TRACTATVS CELEBERRIMVS

DE IVRE PROTHOMISEOS SIVE DE IVRE GONGRVI

D. MATTHÆI DE AFFLICTIS

PATRICII, ET REGII OLIM CONSILIARII
Neapolitani Clarissimi,

Postrema hac editione à nonnullis mendis exactissimè purgatus;

ET EXIMIIS ADDITIONIBVS, SEV POTIVS OBSERVATIONIBVS

FRANCISCI RVMMI


I. C. NEAPOLITANI

abundè auctus.

OPVS SVPREMARVM INCLYTI REGNI NEAP. CVRIARVM DECISIONIBVS egregiè refertum, omnibusque Iuristis perutile, ac pernecessarium.

CVI LOCVPLETISSIMVS INDEX ACCESSIT.

EDITIO NOVISSIMA



NEAPOLI MDCCXII.

Ex Officina Typographica Hyacinthi Pittante.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

TRACTATUS JURIS PROTHOMISÆOS; SIVE CONGRVI,

Præclariſſimi Juriſconſulti

DOM. MATTHÆI DE AFFLICTIS.

De Iure Prothomiſæos.

Ultima Conſtitutio D. FEDERICI Imperatoris ſemper Auguſti.

Primus §. fol. 53.



ANCIMVS à modo in antea, & in omni Prouincia, & omni Ciuitate, quòd ſi quis ex parentela habeat communem agrum, vel domum, vel vineam, vel rem immobilem diuiſam, aut indiuiſam, aut ex communi emptione, vel ex aliquo alio huiuſmodi titulo, vel aliquo alio modo, & coniunctus voluerit alienare prædictas res per venditionem, vel per emphyteuſim, vel locationem, non aliter ei concedimus alienare, niſi prius denuncietur illis, quos vocamus per ordinem in Iure Prothomiſæos. In primis vo-

cen-

Digitized by Google

centur parentes,qui sunt coniuncti,postea socii,qui similiter sunt coniuncti, post hos vocentur illi,qui sunt sub vno seruitio, & sunt coniuncti ex aliqua parte:post omnes istos illi, qui sunt coniuncti,etiam si sint extranei: si autem plures sint qui habeant Ius Prothomisæos,omnibus denuncietur.

Secundus §. fol. 107.

UT infra triginta dies soluendo iustum pretium, sine mora, quantum verus emptor sine fraude dederit, vnusquisque secundum suam portionem recipiat. Verùm si infra statutum terminum pretium iustum non soluerit,de cætero non habeat Ius Prothomisæos,nisi forte quisquã eorum fuerit in captiuitate,vel fuerit deportatus,vel in exilium missus, vel fuerit absens causa Reipublicæ,vel si ex propria causa sua,sine dolo, & fraude,aut si fuerit minor vigintiquinque annis. Et licet fuerint isti absentes ex iusta causa, tamen tutores,vel curatores, vel procuratores, vel defensores infra quatuor menses debent venire, & soluere iustum pretium cum legitimis vsuris, & ~~necessariis expensis~~, & accipere Ius Prothomisæos,& extraneos emptores, omninò repellere. Etsi neglexerint hoc facere resarcere de propriis bonis suis quidquid incommodi illi habebunt.

Tertius §. fol. 148.

LIcet autem supra dixerimus, quòd omnes vocantur ad Ius Prothomisæos, tameu si probatum fuerit, quod atroces iniurias, vel manus impias ex proposito venditori,vel eius familiæ intulerint, vel ipsius substantiæ grauem iacturam molti fuerint, vel contra eius vitam nixi sint, vel etiam pecuniale damnum dederint,omnes isti nullo modo sine venditoris voluntate ad ius Prothomiseos venient. Causa vero dotis, vel donationis propter nuptias, vel simplicis donationis, vel donationis causa mortis, vel ex testamento, vel ex permutatione, vel ex translatione, & parentes, & extranei omnes possunt alienare.

Quartus §. fol. 175.

NIsi fortè si quis vendendo,vel locando, uel in emphyteusim dando illis,qui non habet ius Prothomisæos simulate date donauerint, aut per legatu n dederit,&c. Ideoque illi qui habent Ius Prothomiseos possunt exigere iuramentum ab emptore, & uenditore. Si autem post iura-

men-

Digitized by Google

mentum probatum fuerit contra Constitutionẽ nostram simulatè egisse, uenditor, & emptcr debent pœnam periurii sustinere, & insuper uenditor rem amitterc debet,& emptor pretium, & Fisco applicabitur: Fiscus autem uendat rem illis, qui habet Ius Prothomisæos. Sed si ante iuramentum, probatum fuerit hoc fuisse, uenditione fiet irrita, & cogetur inuitus uenditor uendere illis, qui habent Ius Prothomisæos.

Quintus §. fol. 210.

PRohibemus insuper potentes personas accipere à tenuioribus sub prætextu adoptionis, seù donationis simplicis, aut causa mortis, aut ex testamento, uel ex usu tantum, aut sub prętextu defensionis, &c. nisi fuerint parentes. Potentes autem dicimus illos, qui non tantum per se sunt potentes, sed etiam per propinquiores illis, per quos possunt inferre timorem alienatoribus, aut ptomissionem beneficii. Siquidem si quis ex potentioribus pręsumpserit facere, sit alienus ab illa re, & æstimationem illius rei præstet fisco. Transcurso uero decennio si non denunciauit, nulla de cætero moueatur controuersia illis, qui possidẽt ex aliquo contractu, uel ex donatione, uel ex testamento, nec ab illi quidem, qui Ius habent Prothomisæos, nec etiam à Fisco.

Sextus §. fol. 221.

SCriptum est enim Grecorum legibus de Iure Prothomiseos ubi dicitur de termino, & fine eius, qui ius ipsum habet, quid elicet quod illi, qui in circuitu sunt confines secundum illam propinquitatem, quam ipsi habent, & propè sunt in uendicatione coniuncti, uictoriam ipsius uendicationis habeant. In tali itaque ordine, ut habeant ipsam Prothomisim in unius annui spatium, post annum verò nullam Prothomisim habent. Si autem sint in ipsa terra, uel in ipso loco, habeant Prothomisæos uictoriam usq; ad quatuor menses, ita tamen si fuerint à uenditoribus solemniter requisiti, & non renunciauerint temere.

Septimus §. fol. 239

ITem de ipsa Prothomisi in alio Græcorum capitulo continetur, ut qui habent Prothomisim à tribus partibus, illorũ potior sit uenditio; & una pars nihil ibi habeat. Quod si habeant à duabus partibus, collatione facta recipiant eam omnes, sicut propinquitatem habent.

Octa-

Digitized by Google

Octauus §. fol. 246.

SI autem domum propè caſtrum habeant, ipſe eam habebit, qui Prothomiſim per caſtrum habet, & non illi, qui ipſam Prothomiſim per parietem habent.

Nonus §. fol. 254.

ESt autem propriè de generali conſuetudine approbatum, quòd tria ſunt, quæ Prothomiſim non habent: ſcilicèt, uia publiça, Eccleſia, & Curia.



Digitized by Google

D. IO: PETRI MASSARII

S. SEDIS APOST. RROTON. I. V. D.

Sacr. Theolog. Profeſſ. Oratinen. & Neapol.

ELEGIACVM CARMEN.

PERILLVSTRI, ET ERVDITISS. VIRO

D. FRANCISCO RVMMO HVIVS OPERIS AVCTORI.

SEbethides Muſæ, & cantus modulator Apollo;
Vos, quibus Heroum facta referre datum eſt,
Dicite FRANCISCI laudes, præconia RVMMI,
Num virtute parem ſæcla tulere virum;
Hoperus vt nitidas rutilanti lumine Stellas
Vincit, & occultat lucis honore ſuæ,
Sic hic FRANCISCVS RVMMVS cognomine cunctos,
Quos Syrenis ager ſubtus, & intus alit.
Hic etenim varia virtutum luce coruſcus,
Totius exiſtit maximus Orbis honos.
Admirandus homo, & planè optatiſſimus Heros,
Et quidem diuus, multiſciuſquè viret.
Non tantum ſtudiis ſe totum dedit honeſtis;
Conſcribens lepidos perpetè laude Libros.
Aſt aliorum etiam è mendis, nouiſque repurgans,
Haud nimio lumpsu lucis honore beas.
Teſtis tot Libri, AFFLICTI pulcherrima ſcripta,
Quæ Gloſis ornas, ſæcula noſtra beans.
Teſtis Opus præſens, quod dat reſponſa probata,
Pandis & ancipites, quia latuere, locos.
Sunt ea non vllis vnquam interitura diebus,
Sydera dum cœlum, dum mare torquet aquas.
Vndiquè rauca tuis reſonant Fora laudibus amplis,
Ipſe Tibi cuncta hæc vindicat iſte labor,
Longè ergo in patulo celebris celebraberis Orbe,
Ac etiam viuus, cum morieris, eris.

IANVARII GROSSI I. C.

ANAGRAMMA PVRVM

Franciſcus Rummus Neapolitanus.

Coruſcans Ulpianus firmus manet.

EIVSDEM EPIGRAMMA.

OB DICATVM LIBRVM DIVO PRAESVLI IANVARIO,

Ominatur immortalitatem Operi.

PReſulis auſpicio Diui dum Rummus amore
Nuncupat iſtud Opus, firmus, & altus erit,
Quid mirum? hic Martyr ſi perpetua omnia reddit,
Illius vt Sanguis, Secula vincet Opus.

AP-

Digitized by Google

APPROBATIONES

Al Sig. D. Francesco de Magistris Gregorei Peccerillo per la reuissione.

VOlumen hoc inscriptum (*Additiones ad Afflict. in Const. Sancimus, de iure Prothom. Auctore Domino Francisco Rummo, I.C. Neapol.*) diligenter perlegi, ac recensui, in eoque nihil reperi, quod sit Orthodoxæ Fidei contrarium, aut dissonum; imò religioni, & bonis moribus conformatum; ideoque ob doctrinam, eruditionemque in eo contentam, dignum existimo ob publicam vtilitatem, posse Typis mandari. In cuius fidem, &c. Neap. die 15. Augusti 1647.

D. *Franciscus de Magistris V.I.D. Dep.*

In Congregatione habita coràm Eminentissimo Domino sub die 1. Augusti 1653 fuit dictum, quod Canonicus Fasanus denuò reuideat, & in scriptis referat eidem Congregationi.

REVERENDISSIME DOMINE:

Additiones ad Tractatum de Iure Prothomiseos Excellentissimi Iurisconsulti Matthæi de Afflict. ab insigni iuuene Francisco Rummo V.I.D. Neapolitano de ordine tuo lato animo perlegi, in quibus cum non solum, quod Christianæ Religioni repugnet, non inuenerim, quinimò multa vtilia, & pio modo exarata conspexerim dignas censeo fore imprimendas.

Dominationis Tuæ Reuerendissimæ

Seruus Addictissimus.

Angelus Fasanus

IMPRIMATVR.
Gregorius Peccerillus Vicar. Genet. Neap.

Fr. Joseph de Rubeis Ord Minor. Conu. S.T.D. Eminentiss. & Reuerendiss. Dom. Cardinalis Philamarini Theolog. Congreg. Secret. & Consult. Sancti Officii.

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

LEgi ex præscripto Supremi Senatus in Regno luculentissimas Additiones, Notasque doctissimas, quas parauit ad Commentarium D. Matthæi de Afflictis super Constitut. Sancimus V. I. D. Francus Rummus vir innocentia vitæ, pietate in pauperes, ac motum suauitate insignis, humilitate, atque charitate talis, vt cum potuisset ex scriptis istis integrum Tractatum edere, & quidem omni ex parte absolutum de Iure Prothomiseos, & Congrui ad explicationem Constitutionis citatæ, & Consuetudinem huius Fidelissimæ Ciuitatis, ac ferè Orbis totius, adeò nobis fecit facilem viam quæstionum in materia inueniendarum, & tractandarum, veritatisque ex multiplici opinionum diuersitate, exque Librorum, qua premitur, affluentia, contentus extitit, vt suis laboribus iuuaret Afflictum tantummodo, & circa Afflicti obsequium versaretur qui proprio nomine potuisset aliena expectare, & nomina, & obsequia: cumque exinde Opus, quod non conflatum est in amicorum, clientumque obsequium, sed ad ingenii ostentationem, quodque eo authore natum est, qui beatitudine vsus, quam Flacchus optabat, nullis motus passionibus, vniuersalia particularibus aptando, verum veritatem in determinationibus (quantum professio ipsa concedit) attingere conatus est, nonnisi plurimum emolumenti afferre sit aptum huic, & quæ ventura est ætati, tanta eius est in tractatione vberitas, tanta in explicandis etiam difficillimis quæstionibus perspicuitas, tanta in componendis Doctorum controuersiis facilitas, tantum in eruenda veritate iudicium, nihilque contineat quod Regiæ aduersetur iurisdictioni, censeo è reliteraria non solum fore, si imprimatur, sed & pertinere si iubeatur editio, ad decus, quod ex probatissimis Scriptoribus Patria consequi solet; hinc enim accipient Patroni causarum, vndè clientum causas tueantur, accipient Iudices, vndè rectè dijudicent, accipient posteri monumenta virtutis, accipient que præsentes incitamentum ad gloriam, Te Prorege, ac Præside, Te patre, atque Patriæ, & Regni Seruatore vnico, clementia Prudentissimo, vigilantia maximo, dexteritate optimo. Hoc meum votum. Neap. ex ædibus nostris Kal. Octobris 1647.

EXC. TVÆ

Seruus deditissimus.

Ioannes Iacobus Anichinus.

Vidis Iot Baptista Amendola Reg. Consil. & Præs. Reg. Cam. specialiter Delegatus per Suam excellentiam pro reuisione librorum.

Visa supradicta relatione IMPRIMATVR. Iot Baptista Amendola.

Zufia Regens. Casanate Regens. Sanfelicius Regens. Capycius Latro Regens.

Prouisum per Suam Excellentiam Neap. die 15. Septembris 1649.

Lembardus.

Digitized by Google

COMMENTARIVS SOLEMNIS, ET ABSOLVTVS

Super Constit. Frederici Imperatoris

DE IVRE PROTHOMISEOS

Subtiliter, & ad vnguem interpretata per esquisitiss. & Clariss. Iureconsl.

D. MATHÆVM DE AFFLICTIS

NEAPOLITANVM,

CVM ADDITIONIBVS, ET NOTIS

DOM. FRANCISCI RVMMO

I. C. NEAPOLITANI.

SVMMARIVM.

1 *Speculari quilibet ea debet, quæ ad suum pertinent officium.*
2 *Scholastici omissis regulis ad singulares casus attendentes, taxantur.*
Et qui huius causa sunt.
Subtilitates iuris, quibus nonnunquam Doctores laborant ad ostentationem inanes dicuntur.
3 *Doctorali dignitate nihil altius.*
Scientia non ad hominum delectationem, sed Dei laudem predicanda
4 *Subtilitas non prodest eloquenti, si non percipit intellectus audientis.*
Scientia petenti est docenda.
5 *Otium in discendis disciplinis, plurimùm habet momenti.*
Scholasticus in scholis ridens, potest expelli, tamquàm silentii turbator.

PRÆFATIO.

QVoniam Iuris Sanctio ordinata est ab antiquis ad id, quod frequentiùs accidere solet, vt in *l. iura, ff. de legib.* & nos in ipsam sanctionem speculari debemus, quia nostrum officium est in lege specularì; quilibet enim speculari debet ea, quæ ad suum pertinet officium, vt 21. *distinct. cap. cleros*, vt quemadmodum ipsa ad casus frequentes sæpissi-

Digitized by Google

mè dirigitur; & non ad ea, quæ rarò contingunt, vt *in authen. vt debit & cred.* §. *quia verò, & d. l. iura.* Ita & Iurisperiti magis neceſſitantur adeò aditionem eorum, quæ ſæpènumerò eueniunt, quam eorum, quæ rarò contingere ſolent, & ideò exclamat *D. Barthol. de Saly.* legens in cathedra in *l. quod te, ff. ſi cert. pet. in glo.* ibi poſita *verb. deberes* contra ſcolares dimittentes regulas
2 & implentes eorum capita caſibus ſingularibus: huius autem erroris interdum potiſſima cauſa ſunt Doctores legentes, qui non cupiditate legendi, ſed oſtentatione quadam in vanis ſubtilitatibus laborantes, cathedram aſcendunt magiſtralem, indè euenit, vt auditor ſicut intrauit ſcholas, ſic exiit, arg. eorum, quæ not. *in cap. humilis, extra, de maiò. & obe.* Ego autem *Matth. de*
3 *Afflic.* minimus inter legum doctores, licèt indignus, quia doctorali dignitate nihil altius, vt not. *in l. 1. C. de Conſul. lib. duodecimo*, nunquam faſtum legendi, aut docendi pompam exquiſiui, ſed ſemper fui huius deſiderii, & propoſiti, quot, & quoties cathedram aſcendo, placere ſummo Creatori, quia ſcientia non ad delectationē hominum, ſed ad Dei laudem prædicanda eſt 22. *q.* 2. *c.* 1. & legendo utilitatē audiētiū ſummo deſiderio querere, veras concluſiones referēdo, quatenus vires ingenii ſuppetunt. Vndè dicit *Auguſt. in 4. de Chriſtiana diſciplina, vel doctrina*, Bonus Doctor vulgi more loquatur, ut ambiguitates, obſcuritateſque vitet. Non ſic dicat; vt a-
4 doctis, ſed ab indoctis dici ſolet. Quid enim prodeſt ſubtilitas eloquentis, quam non aſſequitur intellectus audientis. In docendo quoque delectetur de auiditate conſequendæ laudis, ſed charitate ſeminandæ veritatis, 23. *q.* 4. *c. obijciuntur, in fine.* Igitur, cùm ius Prothomiſeos multùm frequentetur penitùs in omnibus Curiis Regni propter caſus ſæpiſſimè occurrentes, ad Poſtulationes Studientium huius Almi Gymnaſij Neapolitani legere decreui, Scientia enim petenti docenda eſt, iuxtà illud: *Petite, & accipietis, pulſate, & aperietur vobis*, & *Matth.* 15. ediſcere nobis parabulā hanc. Et ideò cum ſcientiam iuris congrui petiiſtis, vos non repellam, argu. *extra de renun. c.*
5 *niſi*, Et quoniam in diſcendis artibus accommodatum eſt otium, & non tumultus, vt *C. de excu. artifi. l. 1. poſt princ. lib.* 10. & ideò ſcholaris ridens in ſtudio, ideſt in ſcholis, poteſt à ſcholis expelli, arg. *n.* 15. *q.* 4. *cap in loco*; Propterea ſilentio poſtulato, quia ſecundùm *Hieronymum*, fruſtra loquitur, vbi non præſtatur auditus, condeſcendam ad *Rubricam de Iure Prothomiſeos* ad laudem Dei.

SVMMARIVM.

1 *Prothomiſeos ius quid ſit, & quo iure introductum, & permiſſum, & num.* 6. 7.

2 *Conductores antiqui an, & quando veniant nouis conductoribus præferendi.*

3 *Scholaris domum propè Doctorem conducens, quo gaudeat priuilegio.*
Priuilegiis ſcolaſticorum qui gaudeant.
Meretrices ſcholarium, laqueis legum ſunt indignæ.

4 *Sanguinis ordo, & coniunctio, quibus caſibus conſideretur, & quibus non, & n.* 9. 12. & 13.

5 *Eme-*

Digitized by Google

5 *Emere, vel vendere, quando quis cogatur.*
Lanio nunquid indifferenter omnibus carnes vendere cogi poſſit.
7 *Forum iudiciale, forum etiam conſcientiæ locum habere debet.*
Deſiderare rẽ alterius ſine peccato iure permittente licet.
8 *Lex ciuilis obtinet vim Apoſtolici, & Papæ, Pactum, conſuetudo, & præſcriptio æquiparantur, ibid.*
9 *Vicinitatis loci ratio in condemnatione fructuum habetur.*
10 *Emphyteuta vendens tenetur priùs Domino nunciare.*
Princeps poteſt apponere conditionem in re alterius.
11 *Reſcripta Principum nõ debent in incommodum magnum concedi.*
12 *Dominium præſcriptum alteri nunquid Princeps auferre poſſit.*
Teſtibus vicinis magis creditur, quam extraneis.
14 *Alienare prohibitus poterit teſtari inter ſuos.*
15 *Conſanguinitatis ratio, quibus caſibus attendatur, & quæ ſpecialia habeat, & nu.* 16. 17. & 18.
16 *Religioſi aduocare an, & quando poſſint.*
18 *Æſtimum patris prodeſt filio.*
19 *Securitas data patri, intelligitur etiam data filio.*
Conſanguineus ſolus cum ſola conſanguinea ſtari non poteſt ſine ſuſpitione.
20 *Iudex ratione conſanguinitatis, quo caſu recuſari non poſſit.*
Conſanguineus poteſt cõparere ſine mandato cum cautione de rato.
Iniuria illata vni de agnatione, omnibus videtur facta.
21 *Conſanguineorum præſentia doli ſuſpitionem ceſſare facit.*
22 *Pater poteſt filium ad religionem obligare.*
23 *Debiti remiſſio ſanguinis fauore præſumitur.*
Fideiuſſor conſanguineus pauper dicitur idoneus.
24 *Clericorum bona veniũt ad conſanguineos, excluſa Eccleſia.*
25 *Vaſſallus aduerſus conſanguineos ſuos Dominum iuuare an teneatur.*
26 *Conſanguinitas ſuſpitionẽ quãdò iudicat.*

RVBRICA DE IVRE PROTHOMISEOS.

SVPER iſta Rubrica erit videndum, vtrum Ius Prothomiſeos, id eſt, ius congrui, vt dicit *Andr. de Barulo in l. prædia, C. de loca. prædi. ciu. lib.* 11. ſit ſeruandum in iudiciis.

Et primò videtur, quod non; nam quilibet de re ſua poteſt diſponere, prout vult, vt *l. in re mandata, C. mandati, & C. de noxal. l. 2. & C. de Iudæis, l. nemò*. Sed quod, quis compellatur, conſanguineo, vel vicino vendere, eſt contra dictam libertatem, ergò, &c.

Secundò, habemus *tex.* expreſſum *in l. dudum, C. de contrab. emptio.* vbi dicitur, quòd olim, ſcilicèt in veteri teſtamento, erat permiſſum ius congrui conſanguinitatis, & coniunctionis, vt patet *Hierem. 32. cap.* ibi: *Eme agrum meum: tibi enim competit ex propinquitate, vt emas*, & patet etiam *Rut. 4. cap.* hodie enim per ius ciuile ſublatum eſt, nam quilibet poteſt vendere cui vult, vt *ibi* expreſsè dicitur.

Tertio hoc idem probatur *in l. ne cui, C. de loca.* vbi Dominus non tenetur relocare rem ſuam illi, cui primò locauit, ex eo, quia videtur quodammodò coniunctus per locationem præcedentis anni, ſed poteſt locare, cui vult, etiam eo inuito; hoc tamen fallit in eo, qui locauit prædia fiſcalia. Nàm finita locatione, ſi ipſe vult reconducere, offerendo quantum alius vult dare pro pẽſione, ipſe præfertur nouo conductori, hìc eſt *tex. in l. congrui, C. de loc. præd. ciuil. lib.* 11.

2 Et ideò dico, quòd ſi Gabellotus gabellæ fiſcalis paratus eſt dare tantum pro futuro anno, quantum alius locator, præferendus eſt rationabiliter cuicumque, ità dicit *Luc. de Penn.* per illum *tex. in l. prædia, in fin. eod. tit.* Indè eſt, quod dicitur, quòd in fiſcalibus prædiis non poteſt emptor colonũ expellere ante finem locationis, ut *ff. de iur. fiſc. l. fin. §. Papinianus*: in aliis autem ſecùs eſt, vt *C. loca. l. emptorem, & ff. eod. l. ſi merces*, §. 1. Æquius tamen videtur, vt locator debeat certificare veterem colonũ, & notum facere ſibi, quod pro fundo, quẽ tenuit, maior penſio eſt oblata, argum. *l. neceſsè ff. de in diem adiec.* Sed quid ſi tantundem ab alio inuenit, quis præferatur, an primus conductor, an ſecundus? certè ſecundum, *d. l. nè cui*, eſt in arbitrio Domini, ſed in fiſcalibus primus præfertur, vt patet in *l. ſi tempora, C. de fide inſtrum. & iur. haſtæ fiſc. lib.* 10. & in *l. 2. C. de loca præd. ciu. li.* 11. Secundò, fallit in domo conducta per ſcholarem, vel Doctorem legentem, vt in *cap. 1. extra, de loc. & conduct.* quod *Gloſ. ibi* extendit ad alios gaudentes privilegio ſcolaſticorum, vt ſunt ſcriptores ſcholarium non uxorati, & chartarij, & librarij, & chartarum raſores, ut dicit ibi *glo.* & etiam Bidellus ſtudii, videtur ſentire *glo.* dùm loquitur de Gallopreſſo, ut in *l. hac conſultiſſima, C. qui teſtam. fac. poſſ.* & omnes illi, qui ſunt gratia ſcholarium, ſed non meretrices, cùm quibus agunt ſcholares, quæ

Digitized by Google

non ſunt dignæ laqueis legum, *C. de adult. l. quæ adulterium.* Sed vtrùm maſſariæ, vel pediſſequę ſcholarium gaudeant eorum priuilegio; videtur dicendum, quod ſic, prout famuli ſcholarium. Iſtas etiam duas fallentias ponit, *gloſ. in d. l. nè cui.*

Quartò, ius congrui eſt prohibitum, etiã de iure diuino; quia eſt contra illud præceptum, *nè deſideres rem proximi tui*, & patet expreſsè *Eſaia c. 5.* dùm dicit *Vę, qui coniungitis domum domui, & agrum agro copulatis*, & iſtum *text.* allegat *Luc. de Penna in l. quicumque, la ſeconda, in verbo, vicinas, C. de omni agr. deſert. lib. 11.*

4 Quintò, hoc idem patet, *ff. de tranſac. in l. cum ii, §. ſed pluribus* vbi ſi relictus eſt fundus pluribus ad alimenta, & iſti inter ſe tranſigunt, non valet tranſactio ſine decreto Prætoris, quamquàm ſint coniuncti ratione legati, vndè non eſt in conſideratione ipſa coniunctio.

Sextò, additur bonus *text. l. 1. C. communia diuid.* vbi vnus conſortum, altero irrequiſito poteſt vendere, etiam partem ſuam, cui vult, & ità *ibi* notat *Bal.*

Septimo, *in l. nec emere, C. de iur. dalib.* vbi nemò compellitur, cui non vult, & ad hoc accedit totus titulus, *vt nemò inuitus, C. de iſta materia*, an quis cogatur vendere, vel emere, plenè per *Guilliel. de Cuneo in d. l. nec emere, Bal. in l. 1. C. de Epiſcop. aud. & do. Abb. Sicu. in cap. 1. in l. 1. col. extrà de empt. & vend.* & per *Bart. in l. annonam, ff. de extraord. cri.* Vnum tamen nota, quod ſi quis eſſet publicè deputatus ad vendendum carnes, & omnibus venderet; & mihi non po-
5 terit compelli ad mihi vendendum *in l. ſi quis magiſtratus, ff. de muner. & honor.* & potero agere actione iniuriarum, quia ex affectu æſtimatur iniuria, ut *ff. de iniur. l. illud*, de quo in *capitulis Regiæ Cameræ Sũmariæ de iure affidaturæ, in c. quod incipit hic ſunt.*

Octauo probatur, natura vult, vt nemò debeat ditari cum aliena iactura, *ff. de condict. indeb. in l. nam natura, & ff. de reg. iur. Eiure naturæ*, ſed quòd vicinus contra voluntatem emptoris, & venditoris habeat iure congrui rem habere, lucratur cum aliena iactura, hoc eſt contra voluntatem illorum contrahentium: probatur, quia magna iactura eſt, cùm non ſatisfit eorum voluntati, vt *gloſ.* notab. *in l. pen. ff. de condictio. ob cauſam.*

Nonò, nemò cogitur de ſuo facere beneficium, vt not. *extra, de præſcriptio. cap. cùm ex officii*, ſed quod emptor teneatur
6 vendere vicino, eſſet conferre beneficium contra eius voluntatem, & ſuo iure priuari ſine ſua culpa, quod eſſe non debet; ut 56. *diſtinc. c. ſatis peruerſum, & extra, de eo, qui cogno. conſanguin. uxo. cap. diſcretionem.*

Decimò, & vltimo, nemò tenetur pro alieno, factum ſuum relinquere, vt probatur *in l. ſi longius, ff. de iudic.* Sed quòd emptor teneatur iure congrui reuendere vicino, ſequeretur, quòd eſſet magis conſtrictus deſiderio vicini ſatisfacere, quam ſuo: nec illi vicino iniuriam facit, cùm vtatur iure ſuo, ut in *cap. cùm Eccleſia Vulterana, extrà, de election.* ergò neceſſariò ſequitur concludendum, quòd ius congrui tanquàm contra ius, & equitatem, non erit obſeruandum.

Pro parte quod ſic; In contrarium tamẽ
7 oſtenditur decem aliis mediis, quam ius Prothomiſeos ſit æquum, & in iudiciis ſeruandum.

Primò, per iſtam *l. ſancimus.* Vbi *Imperator Fredericus* generaliter in quolibet loco mandat ſeruari ius congrui, & ſic lex iſta tanquam poſterior correxit omues antecedentes. & ſe conformauit cum lege antiqua veteris teſtamenti, vt dixi *ſuprà* in primo argumento. Nec eſt contra legem diuinam, vt dixi in *quarto argumento*, quia licèt rem alterius deſiderare ſine peccato, iure permittente, vt dixit *Dom. Sebaſtia. in proœmio de iure congrui*, & quod ius congrui non ſit reprobatum, patet expreſsè in *cap. conſtitutus*, iuncta *gloſ. extra, de reſt. in integr.* vbi Papa approbat conſuetudinem de iure congrui: nàm ſi eſſet contra præceptum Dei non approbaſſet, & ſic ius congrui erit obſeruandum in iudiciis *per iſtam legem*; immò etiam in foro conſcientiæ, quia quod habet locum in foro iudiciali, obtinet locum in foro conſcientiæ, ſecundum *D. Thomam*, prout refert *D. Flaria de Sancto Petro in l. ex parte hæres, in §. Stichon libertatem, ff. famil. erciſc.* & notat *Bald. in l. adigere, §. quamuis*, & ibi *gloſ. 1. ff. de iure*
8 *patr.* vbi dicit, quod lex ciuilis obtinet vim Apoſtolici, & Papæ. Et qui contra præceptum legis facit, peccat mortaliter, vt *extra, de maior. & obed. cap. 2.* & notat *Bart. in auth. ſacramenta puberum. 5. col. C. ſi aduerſ. vendi. & Bald. in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccl.*

Secundò probatur *in d. l. dudum*, ibi dum dicit, *niſi lex ſpecialitèr*; vndè prohibitum eſt ius congrui generaliter, niſi ſpecialitèr lex, vel ſpecialis loci conſuetudo hoc permittat, & ſic cùm iſta lex ſpecialiter ius cõgrui permittat, ergò ſeruanda eſt, & ita tenet *Bal. ibi, & Hoſt. in d. c. conſtitutus; & Bald. in d. l. 1. C. com. diuid.* vbi dicit, quòd etiam pactũ poteſt permittere iſtud ius congrui, *vt ff. verb. obl. l. qui Romæ, §. cohæredes;*

ff. de

Digitized by Google

ff. depignor. actio. l. 4. §. vbi verò, & dicit verũ, quia pactum, conſuetudo, & præſcriptio æquiparantur, ſecundùm *Bal. in l. 1. cir. fin. C. de ſerv. & aqua.*

Tertiò probatur *in d. l. 1. C. non lic. habi. met. lib. 11.* vbi dicitur, quod metrocomi, ideſt illi, qui ſunt poſiti iuſſu Principis in quadam villa menſurata, prohibentur poſſeſſiones eorum quocunque alienationis titulo, in alios, quàm in metrocomos tranſferre, ſi autem alienatio in extraneum facta eſt, contractus initus caret effectu, & quod ſolutum eſt, reſtituitur.

9 Quartò probatur *in l. fin. C. de agri. & man. domin. lib. 10.* vbi ſi aliquis ex colonis Imperatoris vult vendere agrum ſuum, requirendi ſunt alii, qui ſunt de ſimili origine, ſeù iure, nec eſt vendendus alicui, qui ſuis conſortibus grauis, vel moleſtus exiſtere præſumatur.

Quintò probatur *in l. ſi cui fundus, ff. de legat. 2.* vbi eſt in conſideratione ratio vicinitatis, & iſtam legem allegat, *gloſ. in l. ſi in emptionem. ff. de minor.* ſic etiam habetur ratio vicinitatis loci in condemnatione fructuum, vt dicit *Bal.* notabiliter *in l. ſi fundum, C. de rei vend.*

Sextò adducitur *tex. in l. hoc iure, §. ſi aquam, ff. de aqua quot. & eſtiu.* vbi alueus fluminis recedentis in ratione vicinitatis acquiritur proximo vicino, patet ergò, quod ratione vicinitatis, & coniunctionis aliquid eſt in conſideratione, ſicut in ſimili dicimus, quod ratione conuictæ obligationis, quæ eſt inter reum, & fideiuſſorem, ſi defenſione, quæ competebat reo principali, ipſe reus nõ vult vti, poteſt fideiuſſor uti, & ſolet allegari *gloſ. in l. fin.* & ibi eam ponderat *Bal. C. de fideiuſſ. mino.* alla *gloſ.* eſt *in l. minor 25. ann. ff. de procur.*

Septimò probatur *in l. fin. C. de iure emphyt. & in cap. potuit, extrà, de loca.* vbi em-
10 phyteuta volens rem emphyteuticam vendere, tenetur prius denunciare domino directo, & poſtea ſi ille refutat emere, poteſt aliis vendere, vt *ibi* dicitur, facit ad *l. qui Romæ, §. coheredes. ff. de verb. oblig.*

Octauò. Princeps poteſt apponere conditionem in re alterius, ſecundum *Andr. de Barulo in l. qui fundus, C. de om. agr. deſer. lib. 11. C. de ſuperindict. l. 1. li. n. & C. de incol. cap. l. fin. C. de fund. rei priu. & ſaltib. diuinæ domus lib. 11. l. fin. & 16. q. vlt. cap. conſiderãdum, & 22. q. 2. innocens, in fine*; ergò poteſt rebus ſubditorum per ſuam legem imponere conditionem hujus iuris congrui. Vndè dicitur, quòd lex non præſumitur velle cõtra iuſtitiam partis, niſi in modico, vt *C. de præc. Imper. offer. l. quoties*, ſecundum *Bald. in l. 1. in 2. col. ff. de Conſt. Princ.* In modico enim læditur emptor, ſi reſtituit vicino rem emptam habito prætio, & ideò audiui, quod Inclytus Rex *Alphonſus de Aragonia* diſpenſauit pluriès, quod ab extraneo emente rem in Ciuitate, qui eam emit, ut ibi poſſet habitare, non poſſit peti ius congrui, & ſimiliter etiam Rex *Ferrandinus* filius conceſſit priuilegium Hoſpitali, &
11 eccleſiæ S.M. Annunciationis de Neapoli, vt ab ementibus ab ea, non poſſit peti ius cõgrui. Potuit enim hoc facere, maximè, quia in modico partem lædit, & idem tenet *Lucas de Penna in l. quæcumque, C. de fid. inſt. & iur. haſtæ fiſci lib. 10.* Vbi dicitur, quòd reſcripta Principum non debent in iniuriam, vel incommodum concedi, vt *C. de emancipat. l. nec auus eſt, & ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. merito, & in §. ſi quis à Principe, & extra, de priuil. cap. parentibus, & c. dudum*, cum concord. hoc verum dicit ipſe de incommodo magno, *vt ff. de relig. & ſumpt. fun. l. ſi quis ſepulchrum, & 12. q. 2. cap. ſi Epiſcopus, & ff. de ſtatu lib. l. ſi peculium in fi.* parũm verò incommodum, benè inferre poteſt, *vt ff. ne quid in flum. publ. l. 1. §. ſed ſi aliqua*, & not. *ff. de aqua pluu. arc. l. in ſũma, §. item variis, & ff. ad Trebellianum, l. ſed cum ab hærede, & cap. cum olim, extrà de conſuet. in fin. & de cenſib. cap. 1. & c. ad aures, de reſcript.* & not. *Archid. in c. non poteſt, de præb. in 6. in gloſ. tertia.* Item poteſt inferre tolerabile præiudicium alteri, *vt ff. de an. lega. l. 3. §. ſed ſi fuerit*, et per *Andr. in*
12 *cap. 1. in princ. quę ſint regal.* Non tamen poteſt Princeps per reſcriptum, dominium auferre, ſi eſſet quæſitum alteri, vt not. *Bar. in proœm. ff. ff.* & not. *in l. fin. C. ſi contrà ius, vel vtilit. publ. & l. ratas, C. de reſeind. vend.*

Nonò arguitur *de c. 1. de conſecr. Eccl. vel Alta. lib. 6. 12. q. 1. quoniam*, vbi ex vicinitate quis conſequitur commodum, & fauorem facit quod not. *gloſ. in l. & qui duas, ff. de ſeruit. vrb. præd.* Sic ergò ei dicendum eſt, vt ex vicinitate habeat ius congrui ſicut *alibi* dicitur, quòd magis creditur teſtibus vicinis, quàm extraneis, vt not. *in c. 1. de controuerſ. apud par. termi.* & facit quod not. *Bar. & Lud. in l. 1. ff. ſi certum pet.* & not. *Bald. in cap. 1. §. ſi tres de pace ten.* idem *Bal. in l. de tutela, C. de in integ. reſt. min. in l. conuenticula, C. de Epiſc. & Cler. & in l. 1. C. de decollu. deteg.*

Decimò, & ultimò pro iſto iure Prothoe miſeos, quòd quis teneatur volens vendere magis ſuo conſanguineo, quam in extraneo, facit *tex. in cap. 1. de alien. feu. & in c. 1. §. ſed, & res quos, fiat inueſt.* & not. *And.*

And

And.ae Isern. in c.1. de alie.feud. pat. vbi licèt feudum non possit alienare sine consensu domini, tamen in coniunctum immediatè potest fieri alienatio, & hoc est in priuilegium coniunctionis, & ille *tex.* etiam probat, quod in emptione rerum alicuius præferri debet agnatus, & facit, *ff.de priuil.credit. l.1.* & notat *Luc.de Pen.in l.1.in ver.debiti, C.de impon.lucrat.descrip. lib.10* quia sanguinis iure tranferri debet in eum, *C.de ann.Ciu.lib.10.* & ex ipso ordine sanguinis, *vt C.de priuil.eor. qui in sac. pala. mil. l.1. lib. 12.* & facit *d. l. fin. C.de agri. & man.* ibi, *simili origine, aut iure, lib. 11.*

13 Non enim mirandum est, si quis primò compellatur vendere consanguineo magis, quam extraneo, quia & multa alia specialia sunt fauore consanguinitatis, quæ non sunt in extraneo.

Et primò, quod non dicitur alienatio illa, quæ transfertur in coniunctum, vt in dd.iuribus, *& ff.de legat.3. in l.cùm pater, §.quindecim, & l.voluntas*, C. *de fideicomm.* ubi prohibitus alienare, non intelligitur prohibitus alienare sorori, facit quod not. *Io: And.in reg. qui tacet*, ubi dicit, quod Episcopus potest emere à Capitulo sine decreto Superioris nomine Ecclesiæ, & hoc est propter coniunctionem, quæ est inter Episcopum, & Capitulum.

Item si sunt duo feudatarii viuentes iure Longobardorum habentes vnum feudum antiquum diuisum, unus potest vendere partem suam alteri, etiam sine consensu Regis, ut *in cap.1. de alien.feudi paterni*; secùs si feudum sit nouum, ut *in cap.1. §.cum verò, de his qui feud.dare possunt.*

Item, si concessum est feudum eo pacto, ut extra agnatos non liceat alienari, videtur permissum inter agnatos, vt not. *Iacobus de Are.in l.si domus, ff. de lega.1.* per *d. l. cum pater, §.quindecim, ff.de leg.3.*

Sic etiam prohibitus alienare poterit testari inter suos, ut dicit *glos.in l.fi. C.in quibus cau.colo.domin.accus.poss. ib.11.* & not. *Speculat.in titul.de feud.vers.19. & in titulo de instrumen.editio. §. compendiosè, vers. quid si adscriptus*, & facit *auth.quæ ex adscriptis, §. fin. & authen. de alien.emphyteu. §.œconomus, & l.1. & l.unum, §.1. ff.si quid in frau.patro.*

14 Item, si sunt plures socii vectigalium, licèt separatim administret; idoneus tenetur minùs idoneo, & hoc ratione coniunctionis, facit *l.Titia, §.Imperator, & l.peto, §.fratre, & l.vnum ex familia, §.si duos, ff.de leg.1. & l. si pupillorum, in princip. ff. de rebus eorum*, vbi consideratur ratio coniunctionis.

Ad idem facit *l.1. C.de inof.do.* iniuncta *l.si vnquam, C.de reuocan.donatio.* vbi, si donationes inofficiosæ fiunt in coniunctum, reuocantur pro parte, si in extraneum reuocantur in totum, & hoc not. *Archidiac.17. quæst.vlt.cap.fina.*

Attenditur etiam ratio consanguinitatis, *l.1.§.quamuis, ff.de alimen.pupil.præst.*

Item licèt de iure ciuili, quis non possit compelli ad compromittendum, vt *l. 3. §. tametsi, ff.de arbit.* tamen hodie in isto Regno per nouum capitulum hoc anno ordinatum, quis compellitur compromittere, si litigantes sunt coniuncti vsq; ad quartum gradum.

15 Item tutor regulariter cogitur accipere iudicium pro pupillo, vt *in l.fin. C.de administ. tuto.* non tamen tenetur defendere pupillum contra suum consanguineum, vt *in l.humanitatis, C.de excu.tuto.*

Item, si concedatur emphyteusis usq; ad tertiam generationem, finita tertia, ego qui sum de quarta possum dicere, quòd mihi potiùs detur, quam alteri, aliàs possum appellare, vt dicit *Bar.in l.1.§. permittitur, ff.de aqua quoti. & æsti. in l.1. ff.de priui. credit. & in l.si mihi, & Titio, ff.de verb. oblig.* & consuluit *Ludou.cons.68. aliàs 75.*

Item officialis non potest emere in officio, nisi necessaria ad victum, ut *in l.1. C.de contractibus Iudic.* tamen poterit emere ea, quæ fuerunt suorum antecessorum, vt *in l. qui officii, ff.de contr.empt.*

Item, si donatio excedit summam quingentorum solidorum, præsumitur facta gratia remunerationis, tamen si dicta summa donetur consanguineo, præsumitur donata gratia consanguinitatis, de quo *in l.Aquilius regulus, ff.de donat.*

Item infamis non potest postulare, sed pro consanguineo non prohibetur, vt *in l. 1.§ fin. ff.de postul.* facit *l.petitione, C. de aduoc.diuer.iudic.*

16 Similitèr Religiosi non possunt pro aliis aduocare, ut *cap.2. extra de postulatio.* tamen pro coniunctis possunt advocare, vt *in cap.fin.eod.tit. & in cap. Sacerdotibus, extra, ne Cleri.vel Mona.* & not. *Specu. in titu. de aduoca. §. 1. vers. sed nunquid religiosi.*

Item regulariter hostibus denegantur alimenta, nihilominus consanguineo hosti licet dare alimenta, vt not. *in auth. incestæ, C.de incest.nupt.et in l.mutus, §.manente, ff. de iure do.* facit quod habetur *in cap.1. §.si quis hæres, de pace tenen.*

Sic similiter dicitur, si licet occidere hostem; non tamen hostem consanguineum, de quo per *Bar. in leg. si adulterium cum inc.stu, §. liberto, ff. de adulte. in l. post li.*

reuer.

Digitized by Google

reuer. & in l. minimè, ff. de relig. facit *l. ſecunda, ff. de recep.* vbi regulariter non licet receptare rebellem, ſeù rebelles, tamen licebit conſanguineum rebellem receptare.

Item, licèt ambaſiator non poſſit facere ambaſiatam per ſubſtitutum, poterit tamen per eius filium, vt *in l. ſciendum, §. legatis, ff. de legationib.*

Item relictum Prelato ab aliquo ſuo conſanguineo, præſumitur ſui contemplatione relictum, & non Eccleſiæ, ſecus ſi ab extraneo, quia præſumitur contemplatione Eccleſiæ, ut *in cap. requiſiſti extra de teſtam.*

17 Item rõne ſanguinis decedens quis nõ electa ſibi ſepoltura, præſumitur eligiſſe illam, quæ eſt ſuorum conſanguineorum, ut *in cap. is, qui de ſepul. lib. ſexto.*

Item licet regulariter volens doctorari debeat ſoluere Collegio, non tamen ſoluit volens doctorari filius Doctoris collegiati, & ità fuit intellecta *Gio.* per Doctores noſtri Collegii Neapolitani, *in l. iubemus, C. de aduoc. diuer. iudi.* & de hoc factum fuit ſtatutum in dicto Collegio.

Item licet regulariter non licet cum excommunicato conuerſari, tamen cum conſanguineo excommunicato, licet, vt *in c. inter alia, de ſen. excommu.*

Item licèt regulariter percutiens laicum non ſit excommunicatus, tamen percutiens conſanguineum Clerici, eſt excommunicatus, vt *in cap. ſciant cuncti, de elect. lib. 6. & in cap. quicumque, de ſenten. excommu. in 6.*

Item, coniunctus magis accipitur ad teſtificandum ſuper ætate, quam extraneus, vt not. *Bal. in l. de tutela, c. de integ. reſtit. non.* & not. *And. de Iſer. in cap. 1. de nat. ſuc. feud.*

Item licet reuocatio procuratoris nõ poſſit fieri poſt litem conteſtatam, ſi tamen procurator efficiatur conſanguineus aduerſarii poterit reuocari, ut in *in quamuis, de procurat. lib. 6.*

Item regulariter tutor ſuſpectus poteſt remoueri, tamẽ ſi tutor conſanguineus pupilli erit ſuſpectus, non remouetur, ſed datur adiunctus, vt *in tex. in l. tutor ab aliquo, ff. de ſuſpec. tutor.*

18 Item, ſi ſunt duo fratres habentes feudũ, & præſtant auxilium Domino in prælio, & vnus aufugit, & dimiſit Dominum in prælio, licèt ex hoc debeat perdere feudum, tamen ratione coniunctionis, quam habet cum illo, qui Dominum defendit, ille, qui aufugit non perdet feudum, argu. *l. is, qui duos, ff. de lib. lega* & ponit *Bald. in cap. 1. in 3. q. quibus mod. feud. amit. & in c. 1. §. præterea Ducatus, de prohib. feu. alie per Frider.*

Item, ſi ſunt duo exiſtentes in pari dignitate, & neſcitur quis præferendus, & vnus habet filios, & alter non, præfertur ille, qui habet filios, vt *in l. alio. c. de decurionib. lib. 10.*

Item faciunt illa, quæ habentur in *l. in ſuis ff. de lib. & poſthu.* & ibi not. *Aug.* quod æſtimum patris prodeſt filio, & facit etiam *inſti. de inuti. ſtipula. §. ei verò, & l. fin. c. de impube. & aliis ſubſtitu. & l. cum ſcimus, C. de agri. & cenſi. lib. 11.* etiam not. *in l. 3. C. qui ætate, in l. ſi mater, §. ſi quis hominem, ff. de excep. rei iud. in l. diuo Marco, C. de quæſtion. in l. moris, ff. de pœn.* & in *l. iſti quidem, ff. quod met. cauſ.*

Hinc eſt, quod dicitur, quod priuilegiũ patris doctoris, vel decurionis, vt non poſſit toſqueri, ut *l. omnes Iudices, C. de decu. lib. 10.* vbi etiam non valet conſuetudo in contrarium, vendicat ſibi locum in deſcendentibus, vſque ad nepotes, vt *l. fin. C. de profeſ. & medi. lib. 11.*

19 Facit etiam, quia ſecuritas data patri, intelligitur etiam data filio, vt in *l. ſi ita ſtipulatus fuero per te non fieri, ff. de verb. oblig.* & in *l. 1. C. de mun. & bon. patris in filios continuandis, lib 11. in l. fin. eodem tit.* & in *l. diximus, §. ſi pater, cum ſeq. ff. de excuſ. tut.*

Item filius feudatarii poteſt dici feudatarius, vt dicit *Bal. in c. 1. in fine, an mutus; vel aliàs imperfec.* & alibi dixit *And. in c. 1. in fin. quis dicat Dux, Comes, vel Marchio*, quod filius Comitis, dicitur Comes in vita patris, & filius Regis, dicitur Rex.

Item ratione coniunctionis inter patrem, & filium, valet patris teſtamentum inter liberos ſine iuris ſolemnitate, vt *l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam.* & not. *Bar. in l. 1. de pactum, §. fin. ff. de pact.*

Item, licèt regulariter vir ſtans cum muliere ſolus cum ſola, præſumatur luxuriare; nihilominus, ſi vir conſanguineus ſteterit cum conſanguinea, ratione ſanguinis, non præſumitur exercuiſſe libidinem, vt in *c. cum iuuentute, extr. de præſumpt.*

Item, licèt regulariter teſtimonium conſanguinei pro conſanguineo non faciet multam fidem, vt in *Spec. de teſt. §. 1.* Tamen in probanda ipſa conſanguinitate, & parentela, ipſe præfertur aliis, vt notatur in *ca. ex conquæſtione, de reſt. ſp. in cap. videtur, extra, qui matr. accu. poſ.* & 35. *q. 6. per totam can-*

20 *ſam*, facit, quod notat *Ioan. And. in addi. qua incipit per hanc legem*, quòd Iudex ſi eſt cõſanguineus vtriq; partĩ in æquali gradu, non poteſt recuſari, vt ſuſpectus ab vna parte, ratione conſanguinitatis, facit ad hoc, *l. in arena, C. de inof. teſt.*

Item, ſi lego Titio centum, & ſunt duo

Ti-

Digitized by Google

Titii, præſumitur legatum factum Titio conſanguineo, vt probatur *in l. ſi fuerit* à contrario ſenſu, *ff. de rebus dub.*

Item licet non habens mandatum nõ poſſit comparere, tamen ſi eſt conſanguineus poteſt comparere cum cautione de rato; ut *in l. ſed hæc, de procur. & in l. 1. C. eod. tit. & in cap. nonnulli, de reſcript.*

Item, quia iniuria facta vni de agnatione, videtur omnibus facta, vt *in l. vnica, C. ſi quacumque præd. poteſt.* & notat *Bart. in l. lex Cornelia, ff. de iniur. & l. miles, §. ſocer. eodem tit.* & eſt *gloſ. in auth. de inceſt. nup. in prin. in verbo generi*, quæ allegat alias cõcor. & vide *Iac. Butr. in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur. & Bal. in l. 1. Cod. de indi. viduit. toll.*

Item pater poteſt remittere iniuriam factam filio ab extraneo, eo inuito, vt *l. in perſonam, §. fin. ff. de pac.* & notat *Bart. in l. Lucius, ff. de ſolut.*

Item, pater ratione conſanguinitatis ſuffert pro filio quatuordecim onera, de quibus per *Bart. in l. onera, ff. de adoptio.*

Item regulariter extraneus non imponit defenſam pro extraneo, ſed conſanguineus pro conſanguineo ſic, vt dicit *gloſ. in Conſtit. regni Iuriſgentium, de defenſis factis ex parte Imperiali*, & ibi per *And.* vbi dicit, quod ſi licet occidere adulterantem conſanguineum, vt *in l. raptores, C. de Epiſcop. & Cler.*, ergò multò fortiùs, licet defenſam imponere pro conſanguineo.

21 Item, quia præſentia conſanguineorum, facit ceſſare præſumptionem doli, & fraudis, quòd ſecùs eſſet, ſi interueniſſent extranei, non amici, vt notat *Bart.* & alii, *in l. tranſactionem, C. de tranſactio.*

Item, ſi conſanguineus facit expenſas conſanguineo; illas repetere non poteſt, niſi proteſtetur, quòd animo repetendi illas facit, licèt ſecùs ſit in extraneo, vt in *l. Neſſennius apollinaris, ff. de neg. geſt. & in l. Alimenta, C. eo tit.* facit *l. qui filium, ff. vbi pupil. æduca. debet*, vbi frater tenetur alere fratrem, vt notat *Bald. in l. 1. C. de eo alen. libe.*

Item, ſi teſtator legat rem alienam conſanguineo, valet legatum, ſecùs, ſi extraneo, vt *in l. cum alienam, C. de leg.* & notatur *in l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de legat. 2.*

Item, ſi teſtator legauit rem hæredis Titio, ſi res legata alias fuit anteceſſorum Titii, hæres non liberatur dando æſtimationẽ, ſed tenetur præcisè tradere, vt in *l. poſſeſſionem, C. communia vtriuſq; iudi.*

Item regulariter libera perſona non poteſt vendi, tamen in caſu neceſſitatis pater filium poteſt vendere, vt in *l. ſecunda, C. de pat. qui filios diſtra.* & notatur in *Specu. de feu. in prin. c.*

Item, vbi plures ſunt æquales ad accuſandum, conſanguineus præfertur aliis, vt in *l. qui autem, §. ſi verò, ff. de his, qui deie. vel*
22 *effu.* † Item licèt extraneus non poſſit extraneum ad religionem obligare, tamen pater poteſt filium ad religionem obligare, vt dicit *gl.* quæ allegat iura decreti in *l. hac diutius, C. de agri. & cen. lib. 11.* de quo per *Hoſti. in ſum. de reg. §. ſed vtrum, verſi igitur pater, cum ſeq.*

Item regulariter, ſi primun teſtamentum eſt validum, & ſecundum inualidum, ſecundum non rumpit primum; tamen ſi in primo teſtamento ſolemni inſtituti eſſent extranei hæredes, & in ſecundo minus ſolemni eſſent inſtituti venientes ab inteſtato, nõ valeret primum, ſed ſecundum, & hoc ratione ſanguinis, ita dicit *Bart. in l. milites, §. veterani, ff. de teſtam. mili. & in l. filius, ff. de lib. & poſth.* & ex *tex. in l. hac conſultiſſima, §. fin. C. de teſt.*

Similiter, ſi apparerent duo teſtamenta eodem die facta, & non apparet, quod ſit primum, vel poſterius, illud teſtamentum valet, in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, de quo per *C. in.* poſt *gl. in l. fin. C. de edict. diui Adri. tol.* per *Bar.* poſt *gloſ. in l. 1 §. ſi quis duobus, ff. de bo. poſſ. ſecundum tab. & gl. in c. duobus, de reſcrip. lib. 6.* Nam maior affectio eſt ad agnatos, quam ad extraneos, vt dicit *Bal. in l. præcibus in fin. C. de impu:* nam in dubio teſtator magis habet reſpectum ad ius hæreditarium, quam ad perſonam, ut in *l. ità liber. in fin. ff. de ſtatu lib.* & not. *Bar. in l. Titia, de legat. 2.*

Item in dubio teſtator prohidere videtur, cui plus intereſt, vt dicit *Bart. in l. fideicom. §. interdum, ff. de legat. 3.*

23 Item, ratione coniunctionis perſonarum cum tacitutnitate longi temporis, præſumitur remiſſio debiti, quòd ſeus eſt in extraneis, ut in *l. Procula, ff. de probat.*

Item, ratione coniunctionis perſonarum præſumitur conſenſus ob taciturnitatem vnius anni, ſed in extraneo requiritur taciturnitas trium annorum, ut notat *in cap. Titius, ſi de feu. controu.*

Item ratione coniunctionis, quando pater eſt occiſus, & compoſitio debet parti aſſignari; non aſſignatur hæredi occiſi, ſed filio, quia potius habetur ratio coniunctarum perſonarum, quam extranearum arg. *ff. de pact. l. antepen. & ff. de priuileg. credit. l. 2.* ſecundum *Iac. de Ardizo, in ſua laudabili ſumma de pace tenen. §. ſed ſi poſt compoſitionem.*

Item, licèt regulariter alteri per alterum

Digitized by Google

rum nemò poſſit ſtipulari, tamèn non habet locum in coniuncto ſecundùm *Bart. in l. ſtipulati iſta, habere licere, §. ſi ſtipuler, ff. de ver. oblig.* notat *Bal. in c. 1. ſi vaſſallus feu. priuetur.*

Item licèt hæreditas non adita regulariter non tranſmictatur, ut in *l. unica, §. in nouiſſimo, C. de cadu. tollen.* tamen ſuus tranſmittitur, quia cõtinuatur quodãmodo in eum poſſeſſio, vt not. *in d. l. in ſuis, de liber. & poſt.* de quo per *Bal. in l. cum antiquioribus, C. de iure delib.*

Itẽ licèt aliàs fideiuſſor pauper non ſit idoneus, tamen ſi eſt fideiuſſor conſanguineus, licèt ſit pauper, dicitur idoneus, vt in *l. 3. ff. de in ius vocan.*

24 Item licèt bona Clericorum debeant ad Eccleſiam venire, tamèn ſi habent conſanguineos, ad ipſos veniunt, excluſa Eccleſia, de quo per *Bal. in l. vnica, §. is ita, in fin. C. de cad. tol.*

Item licèt regulariter, quando quis decedit ſine hærede, fiſcus ſuccedit *per titulum, C. de bon. vacan.* tamèn vir excludit fiſcum à ſucceſſione vxoris; de quo vide *in auth. præterea, C. vndè vir. & vxor.*

Sic etiam ſi moritur vnus Doctor de Collegio ſine hærede, Collegium ei ſuccedit, & non fiſcus, vt in *l. 1. C. de hæred. Decu.*

Item ſi Princeps duobus fecit largitionem, vnus ſuccedit alteri propter coniunctionem in illo dono, ut in *l. 1. C. ſi ſoci. imper. larg. lib. 10.*

Fallit in feudo, ut in *cap. 1. §. cum verò, de his qui feud. da. poſ.*

Item ſi aliquis dixit alicui iniuriam, præſumitur animo iniuriandi, ſecùs ſi conſanguineus leuem iniuriam dixerit conſanguineo, quia præſumitur animo corrigendi, vt dicit *Bart. in l. 2. vim, ff. de iuſt. & iur.* allegat *Gloſ. in l. 1. ff. de ſucceſ. edict.*

Item extraneus non præſumitur ſcire facta extranei.

Fallit in conſanguineo, ut in *l. octauo, ff. vndè cognat.* facit quod notat *Bart. in l. 1. ff. ſi cert. pet.* & *Bald. in l. de tutela, de in integ. reſt. min.*

Item regulariter valet matrimonium inter non coniunctos, tamèn inter conſanguineos non valet regulariter, niſi poſt
25 quartum gradum, vt in *cap. non debet, de conſang. & affi. & in cap. literas, de teſt. ſpo. & in Spe. de conſan. & affi. §. 1. in fin.*

Item, licèt vaſſallus teneatur dominum adiuuare, non tamen contra ſe, vel ſuos conſanguineos, ſed tunc poterit feudo renunciare inuito domino, ut dicit *Iac. de Ard. in dicta ſum. quib. mod. feu. amit.* & poteſt vaſſallus etiam refutare inuitis dominis, de quo *in l. Imperialem, in verbo calidis, de prohibit. feud. alien. per Frider., & in cap. 1. de vaſ. qui contra Conſtitut. Loth.*

Item Clericus in ſacris non poteſt adoptare extraneum, ſed conſanguineum ſic ſecundum *Bart. in l. qui vxorem, ff. de adop.*

Item regulariter prohibita eſt permutatio cum Eccleſia, tamen Imperator poteſt permutare cùm Eccleſia ratione coniunctionis, quæ eſt inter Imperium, & Sacerdotium, vt in *auth. de non auth. de non alien. in §. ſancimus.*

Item, ratione coniunctionis ceſſat ratio furti inter cohæredes, *l. pura, §. vl. ff. famil. erciſ.*

Sic etiam ceſſat actio furti inter virum & vxorem, ſed datur actio rerum amotarum, vt *in toto titulo ff. rerum amot.* facit etiam *text. C. it. de conſor. ciuſd. litis*

Item ratione indiuidui, & ſic coniunctionis vnus fortitur priuilegium alterius vt *in l. loci, §. ſi fundus, ff. ſi ſeru. vend. & in l. ſi communem, ff. quemadmod. ſeru. amit.*
26 & not. *Bart. in l. 1. C. ſi in communi, eademque cau. in cau. in integr. reſt. poſt.*

Item interdum conſanguinitatis inducit ſuſpitionem, vt *in auth. de alie. feu. §. œconomus verò*, & ideò Prælati non poſſunt infeudare conſanguineis, ſed extraneis ſic, res Eccleſiæ, ut not. *in auth. quibuſcunque, C. de Sacroſan. Eccl. & in c. 1. qui ſucceſ. tene. & in cap. 1. ſi de inueſt. inter dom. & vaſſal. lis oriatur, & in cle. 1. Abbate de exceſ. Præla.*

Ex quibus omnibus patet, quod ius Prothomiſeos non ſolùm ratione ſanguinis, ſed etiam ratione connexitatis debet eſſe in conſideratione. Nam, & interdũ aliqua veniunt ratione connexitatis, quæ alias non venirent, vt in *l. ſed interdum ff. de aq. plu. arcen. & l. cum pater, ff. de negot. geſt.* facit *l. 2. cum concor.* allegatis *in gl. ff. de iuriſd. omn. iud.*

Nec obſtant in contrarium allegata, quia ius congrui eſt permiſſum, vbi eſt conſuetudo, vt notatur *in d. c. conſtitutus, extra de reſt. in integr.* Et vbi non eſt conſuetudo, in contrarium ſeruatur iſta lex *Imperatoris Friderici*, ad cuius declarationem deſcendam poſt cras; Laus Deo.

ADDITIO.

SVMMARIVM. ad num. 1.

1 *Ius prothomiſeos vti contra æquitatem, odioſum eſt potiùs, quam fauorabile,*

Digitized by Google

An ſit ſeruandum, ibiacem.

Vitioſum reſtringendum potius eſt, quàm ampliandum, ibid.

2 *Ius congrui eſt odioſum, & improbatum à lege ciuili,*

Coarctat publicam vtilitatem, & licentiam emendi, & vendendi, ibid.

Libertas emendi, & vendendi fuit introducta de iure gentium, ibid.

3 *Statutum prohibens libertatem emendi, & vendendi eſt nullum,*

Eſt ſtricti iuris, & ideò reſtringendum, ibid.

Statutum prohibens vendi in extraneos, eſt contra publicam vtilitatem, ibid.

4 *Contractus emptionis, & venditionis, eſt liber,*

Nemò cogi debet vendere magis vni, quã alteri, ibid.

Niſi ſtatuto, vel conſuetudine contrariũ diſponatur, ibid.

Et in caſibus, de quibus num. 15. & ſub num. 17.

5 *Ciues ne fame pereant, poteſt, qui habet frumentum cogi, illud vendere tempore penuriæ, quamuis Clericus exiſtat.*

Nè id ſuccedat, permittitur venditio rerum Eccleſiaſticarum, ibid.

6 *Penuriæ tempore frumenta ſunt vendenda iuſto pretio; nec tunc non attenditur intereſſe quanti plurimi, ibid.*

Fauore publicæ vtilitatis, an, & quando quis cogatur vendere res ſuas, ibid.

Bladum ſimel expoſitum venale, poteſt cogi exponent ad vendendum, ibid.

7 *Tempore penuriæ, poteſt quis cogi ad vendendum, habita fide de pretio; Careſtia an ſit inter caſus fortuitos.*

9 *Vniuerſaliter licèt careant iuriſdictione, tamen poſſunt tempore careſtiæ condere ſtatuta ſuper pretio annonæ, & cogere ciues ad vendendum frumentum viliori pretio.*

10 *Barones tempore careſtiæ, poſſunt prohibere, ne bona comeſtibilia extrahantur.*

11 *Mercatores, & alii ciues poſſunt cogi ad emendum frumentum, quod ſupereſt, ſi fuit emptum cauſa conſeruandæ abundantiæ, ne corrumpatur propter temporis diuturnitatem.*

12 *Pena vendentium frumenta vitiata, & corrupta, recenſetur.*

13 *Frumenta bona, an, & quando poſſint miſceri inſectis, pro faciliori eorum venditione.*

14 *Fiſcus, an cogat priuatos, vt emant res confiſcatas, ſi illas velit ponere ſubhaſta.*

Et an agere ad vendendum rem, in qua habet portionem, & ſi minimam, refuſa parte pretii cum domino, aut conſorte, ibid.

16 *Vicinus, ex quibus poſſit cogi ad vendendum.*

Et an prò ampliatione Monaſterii, & pro eius viridario, & Ciuitatis ornatu, ac pro ampliatione viridarii, pro viarum ampliatione, & pro conſtruendis magnis ædificiis, ibid.

17 *Et pro conſtructione atris Eccleſiæ, vel pro conſtruenda Eccleſia.*

Vtilitatem ob publicam multa permittuntur, quæ alias non permitterentur; Baro cogitur vendere vaſſallos, ſi illos malè agant, ibid.

19 *Vicini coguntur vendere ſolùm pro conſtructione Eccleſiæ, & ſeruitutem altiùs non tollẽdi via publica intermedia.*

1 AFflictus in hac rubrica de iure prothomiſeos, concludit, quòd hoc ius, vti contra æquitatem, & odioſum potiùs, quàm fauorabile non ſit ſeruandum, cum ſit contra ius commune, nàm de iure communi habetur cõtrarium *in l. dudum, ff. de contrab. empt. l. inuitum, l. nec emere, & l. non enim, ff. rerum amotarum, l. poſſeſſores, Cod. de fund. patrimonialib. lib. 11. l. nec ab initio, C. de nuptiis,* notat *Couarr. reſol. cap. 14. lib. 3. Anchar. conſ. 40. num. 40.* & nouiſſimè *Io: Maria Nouarius in ſuis queſtionib. forenſ. queſt. 34. par. 2.* & ideòvti odioſum hoc ius eſſe reſtringendumpotiùs, quam ampliandum inquit *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 947. num. 1. & cap. 973. num. 11.*

2 Eſſeque ius congrui odioſum, & indè improbatum de iure ciuili, probat *D. Reg. Rouitus in deciſ. 24. num. 19.* in quam redacta eſt ſecunda illa quæſtio, quam ediderat olim ſub nomine *incerti Authoris* poſt *eius commentaria ſuper Pragmatic.* probaturque dùm coarctat publicam utilitatem, & licentiam vendendi, & emendi, quæ libertas fuit introducta de iur gentium, *tex. in l. 1. per tot. C. eod. inſtite eod. tit. §. 1. d. l. nec emere, & l. fin. C. de reb. alienis non alienandis Gomez. var. reſol. cap. 2. tom. 2. num. 2. eod. tit.*

3 Statutum, enim, liberam emptionem, & venditionem prohibens eſſe nullum, inquit *Bart. in l. 2. C. de prædiis, ac aliis rebus nauicul. lib. 11.* & dùm ſtricti eſt iuris, eſſe reſtringendum, ait idem *Bart. in conſ. 113. num. 4. & in repetitione l. Cæſar nu. 21. ff. de publ. & vectigal.* ſic etiam ſtatutum, venditionem fieri poſſe in extraneos. eſſe contra publicam libertatem, idem

Bart.

Digitized by Google

Bart. in l. 1. C. *de Summa Trinit. & fid. Cathol. Barbat. conſ.* 31. *vol.* 4. *Caſtrenſ. in l. qui fundum num.* 2. *ff. ad falcid. Bart. in l. filius familias*, §. *Diui. ff. de legat.* 1. *num.* 11. & conſequentèr non valet, ait *Bal. in conſ.* 422. *lib.* 3. *& in conſ* 297.

4 Et quòd talis cotractus emptionis, & venditionis ſit liber, probatur ex regula, neminem eſſe cogendum ad vendendum magis vni, quàm alteri, *tex. in d. l. nec emere, C. de iure delib.*, niſi ſtatuto, vel conſuetudine contrarium diſponentibus, *Tiraq. de*
5 *retract. lignag. in præf. num.* 15. *Corneus conſ.* 25. *vol.* 4. quæ regula fallit, vt per *Præſid. de Franch: in ſua deciſ.* 9. *num.* 1. & 2. in habentibus frumentum tempore penuriæ, nè Ciuitas, ſeù Cives fame pereant; & quòd in tali caſu permittitur venditio rerum Eccleſiaſticarum, *Abb. in cap.* 1. *de pignor. nu.* 1. etiamque frumenta Clericorum comprehendere, inquit *Paſchal. in tract. de virib. patr. poteſt. cap.* 8. *p.* 6. *num.* 56. per rationes per eum allatas in eodem loco *Præſ. de Franch. in cit.* 9. *deciſ. num.* 5. & 6. ità *Reg. de Ponte in tit. de abundantia Ciuitatis*, §. 5. *& per addentes ad eundem, & videas pragmat. æditam in anno* 1569. *cit. ab eod. de Franch. & à Bernard. Muſcat. in priuil.* 15. *de pœnis delictorum fraud. annonam num.* 101.

6 Tali enim temporis iuſto pretio ſunt vẽdendæ, ait *Illuſt. Epiſc. D. Riccius* vir omni doctrina, & ſcientia, & religione inſignis, ſua tempeſtate nemini ſecundus *in collect.* 4183. ubi favore publicæ vtilitatis rem ſuam quilibet vendere cogitur, quòd ampliat, & limitat per plures illationes, & ſic bladum ſemel expoſitum venale, poteſt cogi exponens ad illud vendendum, *Cappella Toloſana dec.* 449. *in tertia illatione*, & quòd tempore penuriæ quilibet cogi poſſit ad vendendum frumentum, notat *Surd. dec.* 275. *num* 4. *Marc. dec.* 390. *par.* 2. imò intereſſe quantiplurimi tali tempore minimè attenditur *Ricc. in collect.* 788. & quia in tali caſu poſſint cogi, etiam habere fidem de pretio, idem *Ricc. ubi ſup. in* 2. *& quinta illatione.*

7 Careſtia, an ſit inter caſus fortuitos numeranda, affirmatiuè idem *Ricc. in collect.* 1085. quas etiam per rationes poſſe in ſubditos animaduerti, ait *Gomez. par. reſol. cap.* 2. *num. vltim. tom.* 2. & per *Covarr. reſol. cap.* 14. *lib.* 3. per *Viuium commun. opini. lib.* 1. *opin.* 433. quòd procedit tempore pe-
9 nuriæ, à qua nos Deus, eiuſque VIRGO Mater liberet; & licèt Vniverſitates careant iuriſdictione, tamèn poſſunt condere ſtatuta in dictis temporibus ſuper pretio annonæ in congento Cives ad vendendum frumenta viliori pretio tempore careſtiæ, ità *Author. noſter ſuper Conſtit. Regni in præludiis Conſtitutionumq.* 3. *num.* 7. *Decian. in iſto tract. crim. lib.* 7. *cap.* 22. *num.* 36. *Miſtrill. deciſ.* 17. *Franch. deciſ.* 9.

10 Imò Barones etiam hoc poſſunt facere in tali tempore, ne bona comeſtibilia extrahantur prohibendo, ut idem *in collect.* 762. quòd ſecùs videtur *Moſcatello*, ut ipſemet allegando alios *DD. ſupracitatos in tit. de cognitione dictorum in genere, & in lit.*
11 *de extract. extra Regnum, & de pœnis ipſorum, num.* 104. *in priuil* 17. idem 16. *priuilegio* ait, quod poſſunt adſtringi Mercatores, & cæteri Cives ad emendum frumentum remanſum, ac ſuperfluum Populo, cauſa abundantiæ conſeruandæ, nè corrumpatur proptèr temporis diuturnitatem, ex doctrina *Bart. in l.* 1. C. *vt nemini liceat in empt. ſpec. lib.* 10. vbi *etiam per Lucam de Penna*, & meo tempore fuit practicatum in Fideliſſima Ciuitate noſtra Neapolitana in piſtoribus eiuſdem, qui coacti fuerunt ſinguli accipere talia frumenta, & fuit de anno 1638. tempore præſidatus Illuſt. ac Excell. D. Proregis Comitis Montis Regii. Aliàs fallentias refert idem *Gomez.* vbi ſuprà; qua pœna puniantur vendentes fru-
12 menta vitiata, & corrupta, idem *D. Riccius, ubi ſupra in* 6. *illatione*, & ſi frumenta bona poſſunt cum infectis commiſceri pro eorum faciliori venditione, dummo-
13 do nocumentum populo minimè efferat adeſt ſingularis *tex. in l.* 1. C. *de condendis in publ. horreis lib.* 10. vbi pro negatiua licèt *ad eod. D. Ricc. in ead. collect. in.* 1. *limitat. ad* 6. *Illat.* teneatur affirmatiuè, ex authoritate deciſionum, vt apud eum.

14 Fiſcus an poſſit in licitationibus cogere priuatos emere res confiſcatas per eum ſubhaſtandas, vide *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 149. *num.* 33, vbi negat per *tex. in l. citatio* 9. *ad conducendum, de public. & vectigal.* & quòd poſſit cogere ad vendendam rem, in qua habet aliquam portionem; & ſi minimam, diuiſa parte pretii cum domino, aut conſorte, eſt *tex. l.* 2. C. *de commun. rerum alien. l. vn. C. de vendit. rerum Fiſcal. lib.* 10. imò reſultare vtilitatem ex ea priuato, inquit doctiſs. *Dom. D. Ferdinandus Arias de Meſa* Hiſpan. eminentiſſimi ingenii, interpres in almo noſtro Neapolitano Gymnaſio publicè lectionis legalis ſcientiæ, ac Regius Conſiliarius, qui anno præſenti 1646. morte præuentus requieuit in Domino *in ſuis reſolut. variis lib.* 1. *reſol.* 17. *num.* 1. *& per tot.* vbi eleganter ſcripſit pro Fiſco in cauſa in Regia Camera vertente circa ius Portulaniæ caſalium Ciuitatis tempore venditionis eorũ

Digitized by Google

15 De aliis fallentiis videas apud eundem *Riccium*, vt in reditib. fiſcalibus, in mercib. corruptis ratione pub. vtilitatis, & aliis caſibus, vt ait in *collect.* 922., *& in ſuis lucupletiſſimis additionibus ad Tiraq. in priuil.* 6. cuius anima in æterna beatitudine *ſit*, *& in collect.* 1503. & celeberrimum, hac I. C. laborioſiſſimum in legali diſciplina *D. Io: Baptiſtam de Thoro in addit.* ad eundem *Tiraquel. in priuil.* 237. vbi aiunt, vicinum poſſe compelli ad vendendum pro
16 cauſa prædicta. Sic etiam inquit *Reg. de Pont. vbi ſupra num.* 18. *& ſeq. Grat.* qui in puncto diſputat *in diſcept. for. cap.* 897. *num.* 23. *& num.* 24. in ampliatione monaſterii, & pro eius viridario, an poſſit cogi, vicinus ad vendendum. Adde etiam *Io: Petrum Fontanell. clauſ.* 4. *gloſ.* 12. *an.* 25. *vſque ad*, vbi aliàs ponit fallentias, & *Gaſp. Theſaurum* citatum ab eodem *Fontanella in ſuis quæſtionib. forenſ. qu.* 64. vbi aliàs affert limitationes, ad regulam *ſuprà citatam*, & illam eſſe præcipuam, propter Ciuitatis ornatum poſſe compelli vicinum ad vendendum, & in ſpecie pro ampliatione viridarii tradit *Macer. var. reſol.* 112. *caſ.* 29. *lib.* 1. *Giurb deciſ.* 86. *Dom. Reg. Sanfelic.* vir omni laude, ac virtute ornatiſſimus *in deciſ.* nouitèr impreſſa 110. in cauſa Eccleſiæ Diuæ Mariæ de Angelis extra mœnia minorum Fratruum Sancti Franciſci, imò poteſt Prorez vicinos cogere ad domos vendendum, idem *D. Ricc. collect.* 4215. *ex deciſ. Gramat.* 75. *Maſtr. deciſ.* 290. & ipſemet *Ricc. in ſua dec.* 138. *&* 147. *& in collect.* 887.

Et in tali caſu Princeps tenetur etiam ad pretium, cogendo ad vicinos rationes ſuas vendendas, & venditores non tenetur habere fidem de pretio, vt ex *Dec. Valaſci Rotæ Luſitaniæ* 22. infert idem *Ricc. in collect.* 928. *p.* 4. & *Reg. Sanfel. in eius doctiſs. praxi iudiciaria in ſect.* 29. nu per impreſſa *per totam*, vbi teſtatur de obſeruantia R. C. Sum. ac deciſionem; refert Regii, Collateralis Conſilij, in cauſa Arrendamenti Salis nouæ impoſitionis carolenorum quatuor, in quibus Fiſcus in affectu faciendo carolenorum duodecim primo loco impoſitorum prætendendo vnionem ratione maioris partis facere vnicum affectum, fuiſſe deciſum refert idem *Dom. Sanfelic.* prò negatiua parte. Sic etiam prò ſtratarum ampliatione pro conſtruendis magnis
17 ædificijs, ità deciſum refert *Reg. Tapia deciſ. S. C.* 7. *num.* 8. & notat, quod multa permittuntur propter publicam vtilitatem, quæ aliàs minimè permitterentur. Ità etiam cogit Rex vendere Vaſſallos, quando Barones eos maletractent *Camill. de Curtis diuerſor. iuris feudalis c. licèt autem num.* 45. *fol.* 9. ita *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 331. *num.* 8. aliaſque fallentias, vide apud *Soccin. in reg.* 435. & per *Tiraq. in retract. in præfat. num.* 16. per *Couar. var. reſol. cap.* 14. *num.* 3. & quid pro conſtructione atrii Eccleſiæ, ſeù pro ipſa Eccleſia, videas *Gizzarell. in deciſ.* 38 *&* 39. vbi quòd teneantur contribuere vicini pro dictis ædi-
19 ficiis conſtruendis, etiamquè cogi poſſe ad vendendum ſolum prò conſtructione Eccleſiæ, multos allegat *Nauar. in quæſt. forenſ. lib.* 1, *qu.* 12. & ante eum cum alios *D. Marchio de Conſtant. in tribus lib. Cod. in tit. de venditione rerum Fiſcal. lib.* 10. *l.* 1. *num.* 89. *Marc. deciſ.* 334. *Boer. dec.* 333. *Gom. Leon. deciſ.* 97. & quid quando cogitur vendere ſeruitutem altius non tollendi via publica intermedia *de Franch. deciſ.* 223. & quid ſi opponatur, in aliquo loco, hanc conſtitutionem non eſſe ibi vſu receptum, ſed in deſuetudinem abiiſſe, videas *Vigil. commun. opin. in verbo ſtatutum, opin.* 831. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Vetus conductor, an præferatur alteri nouiter conducere volenti pro eodem pretio, & nu.* 3. *&* 5.

2 *An id procedat ſiuè prædium ſit ruſticum, ſiuè vrbanum.*

4 *Et quid in conductore prædiorum Fiſcalium.*

Aut ſi vnus ex Dominis conſenſiat cum vetere conductore, alij verò renuant n. 5. *& num.* 7.

D. Petrus Antonius Carau. Reg. Conſ. *laudatur, ib. Iſq. qui renuat ſit Dominus maioris partis nu.* 6.

Socius an teneatur conſocium requirere in locatione rei communis; ibid.

9 Tex. in l. 1. C. de vend. rer. Fiſcal. lib. 10. *an procedat in locatione, cùm emphiteuta vetus concurrat cum nouo, & pauper cum diuite, quis præferri debeat.*

AD *num.* 2. vbi quis poteſt locare cui vult; & non tenetur relocare veteri conductori *videas* illam ſatis inter DD. celebrem
1 diſputationem inter noſtros Regnicolas, ſcilicèt an vetus nouo conductori præferendus ſit, eodem pretio; & non relictis omnibus, breuitatis cauſa videas tantùm *Preſ. de Franch. in deciſ.* 406. & *Conſil. Gizzarel. in deciſ.* 5. vbi alios recenſet, & *Vincen. Carroccium in ſuo ſolemni tract. de locato, & conducto in tit. de libertate, ad materiam, l. nè cui qu.* 1. *per tot. & Philippum Paſchalem in ſuo tract. de iur. patr. pot. c.* 6. *p.* 4. *num.* 33.

Digitized by Google

num. 33. & quid in ruſtico, quidùe in vr-
2 bano videas *eundem in eod. tract. Fabrum in ſuo ampliſſimo C. tit. de locato & conduct. diff.* 46. vbi an poſſit dominus expellere conductorem ſoluere volentem eandem
3 penſionem, vt nouus conductor, quod ſecus ſeruari inquit in prædiis ruſticis *Aff. l. noſter in deciſ.* 248. *& addentes ad eundem*, & quid circa conductores prædiorum Fiſcalium, iuxtà *tex. in l. congruit, adde D. Ricc. in collect.* 4226. vbi ratio aſſignatur per eum, & quid in gabbellotis, *Vrſill. ad deciſ.* 365. *Crauett. conſ.* 107. *& de antiquitate temp. idem p.* 4. *num.* 100. *& de Graſſ. conſ. ciu.* 38. & nota, quòd in anno 1637. in cauſa Iulii Rummi mei cariſſimi genitoris cum D. Portia de Loffredo, fuit excitatus hic articulus coram Magnif. quod. *Petro Antonio Caranita Reg. Conſiliario* viro ingenui, ac doctrinæ ornatiſſimo, circa validitatem affictus facti per dictum meum genitorem eiusdem molendini ſiti in Paludibus huius Ciuitatis dicti vulgò, il *Ferrapane*, ad rationem ducatorum 24. prò ſingulis menſibus, contradicente dicta D. Portia, quæ inſimul cum dicto meo genitore, ac aliis poſſidet dictum molendinum, ſi poterat expellere Innocentium de Gelſis veterem conductorem finito tempore affictus in eodem anno, vbi licèt per Iudicem M. C. V. fuiſſet prouiſum inauditis aliis condominis eiuſdem molendini, ac dicto Iulio per decretum domi latum, ad inſtantiam dictæ D. Portiæ, vt dictus vetus conductor manuteneatur in poſſeſſione affictus facti per dictam D. Portiam, fuit hoc, quia non fuere auditi cæteri condomini, alitèr non præordinatum fuiſſet dictum decretum; ideòq; pro dicto meo genitore replicabatur, quòd
6 ſupradictum eſt, & inſuper dicebatur ipſum eſſe poſſeſſorem maioris partis (vt conſtare fecit) dicti molendini, ideòq; auditis partibus, per dictum D. Conſ. Caranita fuit ſimilitèr domi deciſum, vti Commiſſarium delegatum, vt dictus Innocentius exfractaret ſtatim à dicto molendino, pro qua exfractatione facienda accederet ſcriba cauſæ cum familia, vt acta reperies apud Barrilem Scribam à mandatis Actuarium aſſumptum, ſcriba cauſæ fuit Amitranus in banca Scaccïauenti, & quòd dictus Iulius ſe obligaret de ſoluenda rata penſionis dictæ D. Portiæ tangente; nàm dictus Iulius (vt dictum eſt) dùm ſe aſſerebat pro maiori parte Dominum, poterat expellere veterem conductorem; eò magis nàm nouus conductor conduxerat plus, & pro maiori penſione, quam dictus Innocentius offerebat ſoluere. Quod decretum fundabatur iure, per *tex. in ma. iorem, ff. de pact. & l. aliud ff. de regul. iur. l. quòd à maiori, ff. ad municipal.* etiamque eius locatio factæ per dictam D. Portiam. quod ei opitulabatur, ſecundum *Carocc. in eod. tract. in* 3. *p. tit. de re communi nu.* 16. *in loco præcitato*, qui venit in puncto ad molendinum, ac ſocios molendini poſſeſſores in concluſione principali, vbi ait, quàmvis ſit prædium ruſticum, referendo varias opiniones, vt vterq; dominorum audiatur locatione facienda, & quòd fiat diuiſio emolumentorum ſubdens, hanc opinionem eſſe de iure æquiorem, tamèn benigniorem, ac humaniorem eſſe, vt alter ſocius teneatur ſtare locationi iam factæ per alium conſocium; quàm locationem, ipſe Innocentius vetus conductor conabatur fundare ei fuiſſe factam per dictam D. Portiam, vt dictum eſt, ſed illam nulliter fuiſſe factam replicabat excipiendo dictus Iulius; nam & alios condominos tenebatur requirere dicta D. Portia, iuxtà *tex. in l. de vnoquoq; ff. de re iudicata* videas *Comez. var. reſol. tit. de locato, & conducto*, vbi diſputat hanc quæſtionem, *Præſ. de Franch. deciſ.* 406. vbi etim loquitur in molendino, quos ſit præferendus in eius locatione, & *Boer. deciſ.* 213. ſic & in duobus poſſidentibus rem communem
9 nem adde, ac etiam videas *Illuſtr. Regentem D. Fuluium de Conſtantio Marchionē Corleti, in tribus lib. Cod. in l.* 1. *C. de vēd. verſ. fiſc. lib.* 10. in quæſtione, ſi fiſci privilegium *d.l.* 1, *ſe extendat ad locationem, nu.* 58. *& num.* 60. ubi loquitur in priuato habente rem communem cum alio.

In emphyteuta verò quid iuris ſit, concurrente nouo cum veteri emphyteuta, paupere cum diuite, quis eorum præferendus ſit, videas *Gizzerell. in ead. præcit. deciſ.* 11. *& in deciſ.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Locare, & relocare ſcolaris quis cogitur.*
2 *Scholares in Ciuitate Neap. permittitur habitare in locis aſſignatis.*
3 *Scholares habentur pro perſonis miſerabilibus.*
4 *Scholares expellendi non ſunt.*
Eis plura priuilegia conferuntur durante eorum Studio.
4 *Quid ſi Scholares ſint exteri, aut caſalium Ciuitatis Neap. & nu.* 7.
7 *Vel habitent ſimul cum Neapolitanis, & ſoluant inſimul penſione.*
8 *Dominus domus an amittat penſiones, quod Studētes, & perſonas prohibitas habitare permiſerit in locis inſolitis, & inde abire cogantur.*
9 *Conductores domorum, quibus ex caſibus expelli poſſint, etiam durante locatione.*

10 *Arti-*

Digitized by Google

10 *Artifex malum odorem faciens vicini, propter sulfetariam, vel aliam rem an possit expelli.*
11 *Priuilegia olim Scholaribus concessa, an hodiè durent, si sint immorigerati, & mali vicini.*

1 AD *num.*3. quod quis compellitur ad lo-
2 candum Scholaribus, eisdemq; relocare videas eundem *Gizzarel.in decis.*5. *nu.* 44. vbi ait, hoc procedere in hac Fidelissima nostra Ciuitate, in qua permittuntur habitare Scholares in certis locis designatis, quid procedit etiam in relocatione, & cum pro-
3 miserabilibus personis habeantur (vt ait *Reg. Rou. & D. Nouarius de quib. addit. ad Gi z-*
4 *zarell. ibid.*) ideò expellendi non sunt scholares, quia plura conferuntur eis priuilegia durante eorum studio, vt in *auth. habita C. ne filius pro patre, & in c. Regni grande, & in c. inter virtutes*, & apud *Rebuff. in const. Gall. & in d. auth. habita, & in tract. de priuileg. Scholarinm.* Hoc fallit in exteris stu-
5 dentibus in hac Ciuitate, vt apud eundem
6 *Reg Rouit. in suis doctissimis commentarijs Pragam. Regni in rubr. de Scholarib. doctorandis*, sed quid si habitabunt simul cùm Neapolitanis dicti exteri, & soluat in simul
7 pensionẽ, videas eundẽ *Regent. vbi suprà*, & quid in studentibus casalium Neapol. de
8 *Franch. dec.* 316. & si pensionem amittat Dominus domus propter mandatum factum ipsis studentibus, siuè aliis cõsimilibus personis pro exfractando in pœnam, quod eos habitare fecit in locis honestis, & conuicinio insolito, videas eundem *Rouit. vt suprà nu.*5.

9 Casus verò, per quos conductores domorum possunt expelli etiam durante locatione, videas apud *Gomez in tit. de loc. & conducto. n.*5. *c.* 3. *Benedell. in tract. de iure congrui num.*273. *fol. mihi* 37. & per *Reg. Rouit. comm. eod. n.*18. & 19. & per *Dom. Philippum Pascalem de virib. part.*6. *cap.*3. & *cap.*9. *p.*4. & *Menoch. de præsumpt. cas.* 78.
10 *nu.* 10. 18. & præcipuè in artifice malum odorem uicinis faciente propter sulfatariam, vel aliem rem *Marc. dec.* 23. *par.* 1.
11 Priuilegia supradicta hodie an sint permanentia ad beneficium supradictarum personarum, tamquàm immorigeratarum, ac malorum vicinorum, videas *Ricc. in sua nouiss. additione ad Tiraq. de priuil. pia cauſa.*

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum legatorum in transactione requiritur auctoritas Prætoris, etiam inter coniunctos, nisi sint præterita.*
2 *In alimentis quare non admittatur transactio, nec possit paciſci super eis.*
3 *An differant in hoc alimenta debita ex causa vltimæ voluntatis a debitis ex vi contractus inter viuos.*
4 *Actio, quæ detur pro alimentis relictis in testamẽto contra heredes, & an insolidum.*
5 *An detur contra tertium.*
6 *Alimento vltimarum voluntatum multa obtinens priuilegia; Sunt loco piarum causarum, ibid.*
7 *Deducuntur ante omnia vti legatum pium.*
8 *Fiscus succedens in bonis vacantibus an teneatur ad alimenta legata in testamẽto.*
9 *Causæ qualitèr debeant exprimi & probari, quando petitur interpositio decreti.*
10 *Fraudis suspictio, an tollatur per decretì interpositionem.*

1 AD *num.*4 quòd requiratur authoritas Prætoris in transactione alimentorum legatorum, etiam si res sit inter cõiun-
2 ctos, *l. cum hi, ff. de transact.* quia secùs est de preteritis, *l. de alimentis, C. de transact.* ratio cur non transigitur in his alimentis, vi-
3 deas apud *Bar. in tract. de alimentis num* 35. immò nec paciſci super eis, idem *Bar vbi supra num.* 36. quod dictum procedit in alimentis vltimæ voluntatis, at secus in alimentis inter viuos debitis ex vi contractuum, *d. l. cum hi. §. planè.*

4 Verùm, quæ actio detur prò his alimentis relictis in testamento contra hæredes, *Pref. de Franch. decis.* 203. *p.* 1. vbi pro futuris insolidùm dari inquit in præteritis verò, non insolidum sed pro hæreditarijs portionibus, & si hæc actio detur contra tertium videas
5 *Grat. discep. forens. cap.* 423. *nu.* 38. & 39. & plura obtinent priuilegia talia alimenta vltimarum voluntatum, cùm sint loco causarum piarum, *Tiraq. de priuileg. causarum*
6 *piarum in prefactione fol. mihi* 6. & ibi apud *Riccium* & *lo: Baptistam de Thoro* (quem laboriosum appellat *Dom. D. Ferdinand. Arias Reg. Consi. in. suis varijs resol. in c.* 25.
7 *lib.* 2. *n.*26.) *in additione nouiss impress.* & vti legatum pium esse deducendi ante omnia, *vt in priuileg.* 72. idem *Tiraq.* vbi, & addentes, vt supra, *Boer. decis.* 41. *et decis.* 93. *n.*8. *et* 9. & si Fiscus teneatur ad talia le-
8 gata succedendo in bonis vacantibus, *Thes. quæst. for.* 38. *lib.* 4. qui allegat *Tiraq. vbi supra in priuil.* 33. *à n.* 15. *Peregr. de iure Fisci in tit.* 3. *de bonis vacant. n.*26.

9 An autem causæ sint exprimendę sigillatim, & solemniter probandæ quando petitur interpositio decreti, vide *Bart. in l.* 1. *et* 2. *C. de præd. Decurion. num.* 10. *et per Addent ad Gizzarel. in decis.* 44. *num.* 6. & an per tale decretum tollatur fraudis suspictio, *Dec in cons.* 18. *num.*4. *et apud eundem Gizzarel. in præcit. dec. n.* 2.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Lanio an cogi possit omnibus vendere carnes. Quid de Notario, et meretrice exercentibus artem publicam, n. 2.*
3 *Hospes an possit peregrinum expellere.*
4 *Carnis appellatione an veniat adeps, sed lardum.*

1 AD *num.* 5. adde *Marant. in suis singularib. ac. Iuris notat. vt in lit. O. in vers. obligatus ad rem restituendam, fol. 72. in nouissima impressione, & in verb. lanio.* ubi remissiuè *fol.* 58. *ex Bart. in l.* 1. *§. cura carnis, ff. de offic. Prefect. vrb.* ex quibus in-
2 fert ad similia, videlicet de Notario, ut non possit alicui, denegare instrumenti confectionem, sic, & in meretrice, vt in *lit. M. in verb. meretrix, fol.* 66. quod dictum de meretrice procedere iniquit de iure communi, at secus de iure Regni, vt per *Constitut.* in-
3 cip. *Omnes nostri reginiinis, tit. de viol.* sic. & in hospite tenente publico diuersorio volentem ibi hospitare, vt non possit eum expel-
4 lere, vt in *verb. hospes lit. H. fol.* 44. ad id, si appellatione carnis venit adeps, ac lardum, adde *Bart. in l.* 1. *C. de erogat. rer. milit. lib.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Ditior quis non dicitur fieri si cum iactura alieno sit ditior.*
Et quando talis teneatur ad restitutionem, & nu. 6.
2 *Furans propter famis necessitatem an, & quando teneatur ad restitutionem.*
Et possit occultè subtrahere absque labe peccati.
3 *Creditor propria auctoritate non potest capere suum creditum.*
Exercitium propriæ auctoritatis recensetur, ibid.
4 *Locupletatio qualitèr probetur, & quando presumatur, & cui incubat onus probandi.*
5 *Modicum quomodo consideretur, & an pro eo quis peccet, & teneatur ad restitutionem.*
6 *Tenens in domo ludum prohibitum si verberetur, vel furtum patiatur, nullam habet actionem.*
7 *Et si talis occidatur, pœna est arbitraria.*
8 *Beneficium de suo facere nemo cogitur.*
9 *Iure suo quis potest priuari propter publicam vilitatem.*
10 *Et cum statutum dicat, vt quis teneatur vendere, num.* 11.
12 *Constitutio Sanciman quam ob causam edita fuerit.*
13 *Vendere suum plus vni, quam alteri nemo cogi potest, nisi statutum, vel pactum aliter dicant.*
14 *Vtilitas publica sæper præponitur priuatæ.*
15 *Gabellam imponendi ius est de magno Imperio.*
16 *Nauis Dominus si videns navem periclitantem, preijcias merces, an, & pro qua rata teneatur Domino mercium cum passageriis.*
17 *Ignis accensus in conuicinio, nè vltra progrediatur, potest distrui domus vicino.*
18 *Quid si in tali domo adsit pignus mulieris pro eius dotibus.*
19 *Princeps an ob bonum publicum auferat bona, & res priuatorum.*
20 *Domus delinquentis diruitur ob delictorum punitionem, & quid si communis sit cum altero socio, num.* 25.
21 *Princeps ob bonum pacis quando possit auferre bona soluendo domino iustum pretium.*
22 *Princeps potest stabilire pretium rebus commutabilibus.*

1 AD *num.* 6. vbi ait *Aflict. in vers. octauo probatur*, natura vult, vt nemo debeat ditari cum aliena iactura, est notandum, quod ditatus cum aliena iactura, ac lege prohibente locupletatus tenetur ad restitutionē; nam alteri per alterum iniqua con-
2 ditio non debet inferri, vulg. reg. *l. alteri*, ex quo si furatur quis fame necessitatus, ad restitutionem non tenetur; tunc enim in tempore omne commune dicitur, vt ex *Abb. Panorm. in cap. si quis, de furt.* licet deindè factus dives teneatur ad restitutionem de quo etiam apud *Diuum Antonin. in summa pulcherrima, par.* 2. *cap.* 15. *tit. de specieb. furt. §.* 1. *& per Angelicum Doct. D. Thom. Aquinatem in* 22. *q.* 16. *art.* 7. quod hoc intelligitur, si furans reperitur in maxima, & extrema necessitate; tali enim casu suo iure utitur, *cap. discipuli de consecr. dist.* 5. imò quod possit occultè, ac manifestè subtrahere, si aliundè sibi prouideri non possit, puta ab amicis, vel per elemosinas; nam secus peccaret, de quo etiam apud *Fontanel. de pact. nupt. in claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 2. *num.* 58. *idem D. Thom. vbi supra ad respons.* adde etiam *Sur. de ali. tit.* 8. *in priu.* 40.
3 Sed & creditor propria autoritate suum creditum capere non potest, etiam si difficilem haberet aditum, vt apud *Ricc. in collectan.* 581. *per tex. in l.* 2. *C. vt nemini licet, ex Dec. Laffred.* 16. licèt *Gratian. in discet. foren. cap.* 826. *num.* 23. tenet, quod si non potest quis rem suam ob aduersarii potentiam recuperare, ut ei permittatur cede-

re io

Digitized by Google

re in potentiorem, vel æquiualentem rem ſurripere ab aduerſario potente, aſſeque tutùm in conſcientia, ex *Archid. cap. non ſanè, num.4. cauſa 14. q. 5. & ex Innocent. in cap. quia pleriq; de immun. Eccleſ.* quod limitatur per *Ricc. in collectan. 1277. in fin.* ſi ſcandalum immineret, circa intellectum ſupradictæ regulæ, & quando locupletior quis factus præſumatur, ad quem res, vel fructus peruenerunt, vide *Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.27. vbi Add. & Præſ. de Franch. deciſ.31. num.2. & 319. num.3. Gratian. cap.101. lib.1. & cap.422. num.4. lib.3.* vbi qualitatem locupletationis eſſe probandam ait, cum alias non ſit præſumenda, & cui onus probandi incumbat, *Maſcard. de prob. in concluſ.1169. num.1.* & de materia hac locupletationis apud *Giurbam in deciſ. Sicil. 89. num.15.* & an in modico quis teneatur ad reſtitutionem, & modicum quomodo conſideretur, vide *Noxar. in Enghirid. ſeu Manual. confeſſ. cap. 17 num. 2.* & tenentem ludum publicum, ac prohibitum in eius domo, ſeu baractariam, ſi in ea acciderit furtum, vel homicidium in eius perſonam tempore ludi, ſi detur contra iurantem, vel homicidam actio. *tex.* eſt in *l.1. ff. de aleæ luſu, & aleat.* vbi prætorio ex ædicto denegatur ei actio, ſed arbitrariam eſſe pœnam tenent *Caccialup. in tract. de ludo, num.7. & Menoch. de arbitr.* & alii allati per *Paſchal. in tract. de virib. patr. poteſt. cap.6. par.1. num.96.* cui adde etiam *Regent. de Pap. Cod. Leg. Regni, part.5. tit.47. num.3. fol.344. ſuper Prag.5. eod. tit. 116.* vbi ſtatuitur pœna tenentibus domum paratam ad receptandum ludentes.

Ad id quod nemo de ſuo cogitur facere beneficium, vt dictum eſt ſupra adde *tex. in l. venditor, §. ſi conſt. ff. commun. præd.* & quis, num ſi ſuo iure priuandus? nota, quod hoc fallit propter publicam vtilitatem, vt in *l. item ſi verberatum, §. item ſi ager, ff. de re iud. l. Lucius, ff. de euict.* & notatur in *cap. quæ in Eccleſiarum, extra de conſtit. & in l.2. C. ſi contra vtilitatem publicam.* Fallit in ſtatuto dicente, vt quis teneatur in ſpecie vendere alteri, *Bart. in d. §. ſi conſtat, vt in hac etiam noſtra Conſtitut.* ideòque legitimo iure priuatur quis ſuo commodo, dum fauore publicæ vtilitatis cogitur vendere, vt. vicinorum vt per *Rendell. in tract. eod. in rubr. 5. et 6. et Benendel. eod. tract. in rubr. num.15.* eſt enim inducta hæc *Conſtitut. Sancimus*, ratione pacis inter vicinos habendæ, nè detur durus, ac malus vicinus *Napod. in conſuetud. 1. num. 33. de iure congr. Maranta ſupra cit.* licet regularitèr nemo cogatur plus vni, quam alteri vendere, vt *Gratian. in d. ſcept. forenſ. cap.978. num.18.* ex ſæpè allegatis iuribus ſupra, niſi exiſtente ſtatuto, vel pacto in contrarium, vt per *Tiraq. loco ſup. cit. per d. Grat.*

Quod publica vtilitas ſemper ſit præponenda priuatæ, non ambigitur, *l.2. C. vend. rer. fiſc. lib.10. l.1. in fin C. de caduc. tollen. l. penult. ff. de priuileg. cred. Gratian. in diſcep. cap.331. num.8.* & ſi propter publicam vtilitatem, ac neceſsitatem imponi poſſit vectigal, & quod fit de magno imperio hoc ius imponendi vectigalia, *Ricc. in collect. 4207. et Silueſtr. in ſum. in tit. de gabel. in verb. gabella, num.8. fol. 344. vlt. impreſſ. ver. 2.*

Ex quibus infertur ad nonnullas quæſtiones tactas per *Afflict. in Conſtit. Regni Patrenorum*. E prima, ſi Dominus nauis viderit nauem periclitantem, & non tam pro ea ſaluanda, verùm pro tuendis paſſageriis, proiecerint merces, non teneri Domino mercium, nam fecit hoc propter vtilitatem publicam, ſed paſſagerii tenentur ad contributionem damni mercatorum pro rata, etiamque ipſe nauis Dominus. *tex. in l.1. et 2. ff. de iact.*

Secundò infertur ad aliam quæſtionē ſimilem, ſi fortuitò (vt ſepè accidere ſolet) in aliquo conuicinio ignis fuerit accenſus, nè ignis vltra progrediatur, ſi poſſit deſtrui domus vicina propter vtilitatem publicam aliarum domorum, & dicitur, quod ſic, per *Bald. in l. ſi quis ſumo, §.2. ff. ad l. Aquil.* & quid ſi talis domus eſſet pignorata mulieri pro eius dotibus, *Grat. diſcept. for. 117. num.13.*

Verùm quando vtilitas publica præfertur priuatæ, ſi Princeps ob bonum publicum auferat bona, & res priuatorum, *Reg. de Ponte in tit. de prouiſion. fieri ſolit. tit.1. num.25. et 26. et ſeq. fol.5.* vbi ob delictorum punitionem diruitur domus delinquentis; Reipublicæ enim intereſt inſontes puniri, iuribus vulgo. & apud eundem *de Ponte nu.* 34. vbi quando Princeps ad bonum pacis poſsit auferre ſoluendo Domino iuſtū pretium; poteſt etiam pretium ſtabilire rebus comeſtibilibus Princeps, ità *Ricc. collect.4215. Rodriq. in alleg.10. per tot. Natta conſil.160. num.40. lib.1. Roland. a Vall. conſ. 69. et 71. lib.2.* & alii, quos copioſè refert *Anton. Gubr. commun. concluſ. tit. de iure quæſito non tollen. concluſ.2. lib.3. num.12. Dom. de Anna in alleg.69. num.46. et Peregr. de iur. Fiſci, lib.1. tit.3. num.66. Vrſill. ad Afflict. dec.282. nu.6.* & nouiſsimè *Dom. de Thoro in addit. ad eundem Reg. de Ponte vbi ſup. num.26. fol.5.*, & domus communis an ex ſo ci delicto poſſit deſtrui tota, idem *de Thoro vbi ſupra num.36.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Ius prothomiſeos an fauorabile, cenſeri debeat, vel odioſum.*
2 *Sanctiones Imperatoris, qua ratione ſeruari debeant, & leges Dei dici poſſint.*
3 *Imperator Regnum à Deo ſuſcepit, eiq; parere debemus.*
Et à Deo data eſt poteſtas condendi leges.
4 *Lex poſtrema, an, & quando corrigat priorem.*
5 *Rigor cum adeſt, et æquitas, non receditur ab æquitate, quamuis rigor ſit in poſtrema opinione.*
6 *Lex noua, quæ corriget veterem, quando ſit extendenda ad alios caſus.*
7 *Lex noua, an præſumatur corrigere legem veterem.*
8 *Correctio legis antiquæ regulariter eſt euitanda, & in dubio ſit præſumenda.*
9 *Conſtitut. Sancimus an ſit contra legem diuinam, vel potius ſit approbata.*
An ſeruari debeat in conſcientia, n. 12.
10 *Lex humana cum eſt contra diuinam, an ſit reiicienda.*
11 *Communis obſeruantia inducit ſemper correctionem legis antiquæ.*
13 *Lex eſt ſeruanda, cum non eſt nutritiua peccati.*
14 *Lex, quando dicatur iuſta, vel iniuſta.*

1 AD *nu.* 7. ad rationes allatas per Auctorem ad fauorem huius *Conſtit. Sancimus*, videlicet, quod ius prothomiſeos ſit fauorabile potius, quàm odioſum, adde etiam *Reg. Tap. in C. Ius Regni, par. 4. num. 5. eod. tit. Petr. de Gregor. ſyntgm. iur. cap. 25. par. 3. lib. 26.* vbi ex rationibus per eos allatis fauorabile dicendum potius, quam
2 contrà, ex eo, quod Imperator ſeruari mandat, cui parendum eſt; nam ſanctiones ipſius, leges Dei ſunt, cũ à Deo Regnũ ſuſcepit, ut in *auth. de nõ aliẽ. aut. ver. quid n.*
3 Reges. n. sũt Dei miniſtri, *Apoſt. ad Rom. c. 13. Afflict. in præm. conſtitut. num. 21. &* 22. eiq; obedire debemus, & poteſtas legis condendæ à Deo eiſdem data eſt *Author in Conſtitutione, Pœnam. col. 1.*
4 Lex autem poſtrema an corrigat priorem iuxta *textum in cap. 1. de Conſtitut. Principum*, vide apud *Illuſtr. Riccium ſuper regulam l. pacta nouiſſima, & in collectan. 676. & in addit. eiuſd. ad Tiraquel. in priuileg. 71.* qui dictam regulam aliis modis exornat, & demum apud *Ias. in l. ſi quis ante, verſ. nota, ff. de acquiſ. & poſſeſſ.* ubi aliis in caſibus regulam ampliat ex allatis per *Dec. in reg. l. in omnibus quidem, ff. de regul. iur. vbi numer. 13.* dat limitationem ad regulam, ſcilicet, quod lex noua derogat veterem, limitari, quando non de directo contrariatur, ut in rigore, & æquitate dat ipſe exẽplũ, dicẽs, vt ſi relati uariis opinionib. vt in poſtrema opinione adeſt rigor, àprima, ubi eſt æquitas, recedẽdũ nõ erit, *Aret. cõſ. 163. noſtra hæc Cõſt. Sãcimus*, eſt directè cõtraria iuri communi, ſcilicet *cit. l. dudum, l. inuitum, & l. nec emere, Gomez. var. reſol. c. 2. tom. 2. eod. tit.* quæ licet contineat rigorem, tamen eſt fundata ad fauorem vicinorum, ac proximiorum, conſanguineorumq; affectionem habentium ad rem, & in ea æquitatem adeſſe iuxta ea, quæ in *l. lex, quæ tutoris, C. de admin. tut.* ergò, &c.
6 Quando lex noua, quæ corrigit legẽ veterẽ ſit extẽdẽda ad alios caſus, vide *gloſ. in l. ſi quis ſeruo, C. de furt. DD. in l. quod verò, ff. de leg. Alex. conſ. 171. vol. 7.* relatos à *Paſcal. in tract. de patria poteſtate, in cap. 4. p. 1. num. 89. de Ponte in tit. de elect. officialium, §. 3. num. 44.* eò magis ſi reperitur ſcripta lex noua, vt hæc noſtra conſti-
7 tutio, *Dom. de Thoro in addit. ad eund. Reg. de Pont.* & an lex noua præſumatur corrigere legem veterem *tex. in c. cum expediat de elect. in 6.* & quando lex noua præterita, non futura corrigat *Grat. diſcept. forenſ. c. 985. num. 7. & 29.* & correctio legis antiquæ regulariter eſt euitãda *in l. præcipimus de appell. cap. in Eccleſia extra de elect. de Franch. in deciſ. 489. Reg. Rou. in prag. 1. de offic. ſindicat. num. 15.* & per eundem *Reg. in pragmat. 7. vt de ordine iudic. nu. 32.* vbi an in dubio ſit præſumenda dicta correctio, vide eundem *Reg. Rouit. in Pragm. 8. tit. de compoſit. n. 69.*
9 Ad id, quòd hæc *Conſtit. Sancimus* non ſit contra legem diuinam, imò quod ſit approbata videas *Benedell. in rubr. hac eadem, num. 19.* qui refert, hoc etiam tenere *Iacob. Nouellus*, ac *Maranta, cæteroſq;* licet contraria ſit *Tiraquell.* ſententia, & per *D. Rendellam* in ſuo ſolemni *tract. in rubr. nu. 9.* imò ſi hæc extrauagans, uti lex hu-
10 mana eſſet contra diuinam, eſſet omninò reiicienda, ex eo, quod ait *Alex. in add. ad Bar. ſuper repet. l. 1. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. in verb. ſint rogati, verſ. quia lex*, quod ſecus in noſtris temporibus videmus, dum ex communi obſeruantia ſecus ſit, quæ com-
11 munis obſeruantia ſemper inducit correctionem legis veteris, *Addit. ad Bart. in l. 1. ff. de vi bonorum raptorum, verſ. an per legem nouam col. 4.* quamuis lex noua ſcripta non eſſet, & dum hęc *Conſtit. Sancimus* ſit lex humana, poſitiua pro iuſta, ac legitima vicinorum cauſa, & fauore, vt ait *Rendell. in Rubr. ſupra cit. num. 6. &* 7. ni ſer-
12 uaretur in conſcientia obligaremur ſecun-

Digitized by Google

dum *Canoniſtas*,& alios, quos *Gomez.* refert in *tract. var. reſolut. cap. vlt.nu.36. vit.de contractibus,& cap.10, num.4. verſ. ſed attende*,& per *Reg.de Pont. c.1. de conſtit.num.9.* qui allegat *Diuum Thomam in*
13 *2.p.q.96. art.6.* vbi inquit, quod lex ſemper ſeruanda eſt, dum non eſt nutritiua peccati,& ad Principis vtilitatem non tendit ſolum; Quando verò dicatur iuſta, vel
14 iniuſta lex *Abb.& Rendell.locis ſupra cit.* & in §.*ideoq;num.13.* in hac eadem *Conſtitut.*Igitur ſeruanda *Conſtit.*hæc *Sancimus*, vide *Maſcard.in concluſ.1286.*

SVMMARIVM.

1 *Iura, quæ ſint inſpicienda in iudicando; & num.3.*
2 *Quidque ſeruari debeat in ſtatutis, contractibus,& vltimis voluntatibus.*
3 *Lex noua ſuperueniens ſi tollat defenſionem an ſit ſeruanda.*
4 *Iudex,ſi non poteſt iudicare, nec ſecundum conſuetudinem, nec ſecundùm ius commune,an Princeps ſit conſulendus.*
5 *Lex noua vt ſit correctoria veteris, quæ debeant in ea concurrere.*
6 *Lex noua in dubio præſumitur conferre beneficia,ac priuilegia legis veteris*
7 *Statutum corrigens ius commune an ſit ampliandum,vel reſtringendum.*
8 *Extrauagantibus,ac Conſtitutionibus an cenſeatur derogatum per clauſulam generalem derogatoriam.*

AD *n.8.*dicit *Affl.*quòd hoc ius eſt ſeruandum, licet ſit contra ius commune,nam mandatum per legem nouam, quæ eſt iſta extrauagans, *Sancimus* ideoque infertur:
1 quod, iudicando ſemper ſunt inſpicienda iura, ac ſtatuta, & conſtitutiones, & conſuetudines Regionis, & loci iudicij,deindè verò leges Romanorum, ac earum diſpoſitiones, vt in *l.2.C.quę ſit longa conſuetudo*, & in *l. iubemus, C. de iudicijs cap.1. extra reſcript. Afflict.noſter in conſtit. vt vniuerſis, n.10.& 33.Lin toto ff.de reg.iur.* vbi *D.c.et in c.ſecundo generi n.2.eod.tit.in* 6.& de hac materia videas, quid in ſtatutis
2 quid in contractibus, quid in vltimis voluntatibus, quid in reſcriptis, ac mandatis, per *Dec. in cad. reg. ſupra* cit.*Rouit.in prag. 4. n. 2. de citation.* vbi Iudex prius debet ſeruare loci conſuetudinem, ac ſtatutum, *tex.in d.l. iubemus, C. de iud.* & per *Præſid.de Franch.dec.666.* eaſque condere, & non ſeruare eſſet inane, *l. fin. ff. ne quid in loco publico vel priuato fiat*; & quando
3 lex noua ſuperueniens tollat in iudicijs defenſionem *Afflict.deciſ.396. in 2.dub.num. penult.*& ſi ſtandum ſit legi, quæ non reperitur correcta, *de Franch.deciſ.375.nu.7* & quando Iudex non poteſt iudicare, nec ſecundum conſuetudinem, nec ſecundum ius commune, an ſit Principi conſulendum, *Author hic num.11.*
5 Et ad hoc, vt lex noua ſit correctoria legis veteris, quæ debeant in ea concurrere, *Fontanell.in tract.de pactis nupt. gloſ.7. clauſ.4. par.3. num.50.* inquit, lex noua
6 præſumitur conferre beneficia,ac priuilegia legi ueteri in dubio, vt *clauſ.6.p.2. gloſ.2. num.16. Cacher. dec. Pedemont. 68,nu.31.*
7 & ſi ſtatutū corrigens,ius commune ſit ampliandum,vel reſtringendum,videas *Afflict. de reſtitutione mulierum in conſtit. Regni Mulieribus,n.2.* & an cenſeatur derogatum
8 extrauagantibus, ac conſtitutionibus, per clauſulam generalem derogatoriam, videas *Gomez. ſuper reg. Cancell. Apoſtol. in q.5. tit. de orig.reg. iur. Cancell.fol.65.*

SVMMARIVM.

1 *Scientia præſumitur circa facta vicinorum, & quando ſecus, n.3.*
2 *Vicino magis creditur, quam alijs in poſſeſſione probanda.*
3 *Vicinus an agere poſſit pro domo combuſta contra vicinum, ex cuius domo ignis eſt ortus*
5 *Vicini domus an impunè deſtrui poſſit ad incendium euitandum.*
6 *Incendium præſumitur accidiſſe culpa inhabitantium.*
Ad quid exindè conductor teneatur, ibid
7 *Vicini bona capi poſſunt in delictis,& maleficijs occultis.*
8 *Vicini ſunt teſtes meliores, & optimi cæteris in probatione famæ.*
9 *Vicini an,& qui poſſit torqueri pro delicto, & furto commiſſo in conuicinio, & num.11.*
10 *Statutum valet, vt vicini teneantur pro pœna delicti commiſſi per propinquos.*
13 *Domeſtici poſſunt puniri pro delicto commiſſo in via publica, & examinari pro delicto commiſſo in domo.*
14 *Statutum an ualeat, ut cauſæ compromittantur inter uicinos.*
15 *Vicinus compelli poteſt ad uendendum domum paruam,& poſſeſſionem paruam pro amplianda domo,aut poſſeſſione magna.*
16 *Damnum a uicino paſſum an præſumatur datum ab alio uicino.*
17 *Vicini an, & qui teneantur contribuere pro deuaſtatione domus, pro ampliatione viæ,& pro oruendo igne,nè,vltra progrediatur.*
18 *Vicinus quando plura bona ſeparata vendunt*ur po-

Digitized by Google

poteſt omnia bona retrahere ratione connexitatis, licet cohereat tantùm in vna re.

19 *Meretrices, & coſtodentes an, & quando expellantur à conuicinio propter vicinitatem honeſtam, quid ſi meretrix ſit coniugata, & maritus non ſit lenus, vel non faciat publicum quæſtum, n. 20.*

Vel qua habeat domum propriam n. 21.

22 *Tunc, anno vicino teneatur contribuere pro migratione in quilinorum.*

23 *Vicini petere poſſunt, vt meretrices, & ſtudentes exfractent. ad vitandas rixas, & ſcandala, et nè eorum familiæ infeſtentur*

24 *Puella ſeducta ab amatoribus an regatur exfractare a conuicinio.*

25 *Meretrix quando dicatur.*

26 *Hæretici extirpandi ſunt à conuicinio, & quarè.*

27 *Vicini qui propriè dicantur.*

28 *Fabri ferrarij, & alij obſtrepentes, vel exercentes artem fetidam expelli poſſunt a conuicinio.*

29 *Exceptio competens principali, an, & quando competat etiam fideiuſſori.*

30 *Clerici fideiuſſor an gaudeat declinatoria fori.*

AD *num.* 9. *Author.* inquit, quòd hoc ius prothomiſcos inter alias rationes, pro quibus datur, eſt ratio vicinitatis nam plura ſunt in cõſideratione propter vicinitatem, quæ aliàs non eſſent, & primum ſcientia quæ ſemper præſumitur circa eorum facta, *ca. quoſdam de præſumpt. Bart. & DD. in l. 1. ff. ſi cert. petat. & Specul. in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum*, imo magis illi creditur, quàm alijs, nam melius præſumitur ſcire veritatem, vt in poſſeſſione probanda, *Maſcard. in concluſ. 1207. num. 3.* & quando non ſcire præſumantur facta vicini, idem *Maſcard. in concluſ. 1159. 1197. 1413.* & quibus in caſibus & in quibus non *Cacher. dec. 71. num. 43.* an autem ratione vicinitatis poſſit quis agere contra vicinum pro domo combuſta, ex cuius vicini domo ignis eſt ortus, & ex quibus culpa incendium præſumatur, *Addentes* ad *Bar. in l. alius, §. eſt alia, ff. quod vi, aut clam, ver. adde, quod domo, & verſ. an impunè*, & deſtruenda an ſit domus pro euitando incendio, *Addent.* ad eund. *Bar. ff. de offic. præfec. vigil. l. 1. C. locat.* vbi *Bald. num. 7.* & regulariter incendium præſumitur accidiſſe culpa inhabitantium, iuxtà *l. ſi vendita, ff. de peric. & comod. rei vend.* & ad quid conductor tenetur, de quo, & alijs circa hoc concernentibus, videas *Ricc. collect. 182. par. 1.* ſic, & in delictis ac maleficijs occultis poſſunt capi vicini eiuſdem loci delicti per Officiales, *Bart. in l. dominus, num. 18. ff. locat.* nam ipſi ſunt optimi, ac meliores teſtes præ cæteris in probatione famæ, *Bald in l. ſi verè ff. qui ſatiſd. cog. §. qui reis.*

9 Ita etiam poſſunt torqueri pro delicto commiſſo in conuicinio, *Bar. in l. Dominus horreorum, & ibi Alex. in ead. l. dominus horreorum ff. locati, verſ. ex iſta lege, col. 3.* & per *Bald. in ead. l. num. 1. col. 3. ff. de aqu. pluu. arcend.* idemq; *Bal.* facit quæſtionem

10 ad *l. ſancimus ff. de pœn. num. 1.* ſi valet ſtatutum, vt vicini teneantur de pœna delicti commiſſi per propinquos, & ſi pro furto in cõuicinio perpetrato poſſunt torqueri, *Gomez. var. reſol. cap. 13. num. 3. C. de reorum tortura, Follerius in prax. crim. par. 2. in verb. capiat informationem, verſ. ſi quis nu. 18. & n. 19.* vbi ſupradicta omnia circa torturam, & incarcerationem, intelligit ipſe de vicino malam famam tenente, ſic etiam domeſtici de maleficio commiſſo in via publica, *Maſcard. in concluſ. 473. n. 4.* & per *Addentes ibid.* & poſſunt etiam examinari domeſtici cauſa delicti commiſſi in domo, ità *Follet. vbi ſupra num. 20.* & an valeat ſtatutum, vt cauſæ cõpromittantur inter vicinos, *Bart. conſ. 28. vol. 2.* per *tex. in l. elegantes ff. de cond. indeb.* & ſic non reprobandũ ſtatutum, vt cauſæ, propter quas vicini in venditione rerum ſtabilium habent congruum præferantur *Caſtrenſ. in l. dum, ff. eod.* etiam ratione vicinitatis compelli poteſt vicinus ad vendendum domum paruam pro ampliatione domus magnæ, ſic etiam poſſeſſionem paruam. *Bald. in l. 1. C. de de-*

16 *bit. Cinit. lib. 11.* & an damnum à vicino paſſum datum præſumatur ab alio vicino, *Mangrell. in addit. ad Bartol. in l. ſi tertia, ff. de aqu. pluu. arc.* ſic, etiam propter incendium alterius vicini, & ſi teneantur contribuere vicini in deuaſtatione domus am-

17 pliatione viæ *tex. in l. ad pontus, C. de oper. publ.* & in tali contributione non niſi qui habet poſſeſſionem rei ſuę, tenetur, ità *Ricc. collect. 603.* ac pro eruendo igne, nè vltra progrediatur, *Gizzarell. deciſ. S. R. C. 38. num. 6.* & ratione connexitatis poteſt vicinus, quãdo plura bona ſeparata venduntur, licet in vna re tantum cohæreat omnia bona retrahere, ità *deciſ. Rotæ Florentinę Magon. 29. Boer. dec. 25.*

19 Meretrices propter vicinitatem honeſtam expelluntur à conuicinio, tàm de iure communi, quam etiam municipali, vt in *l. non oliter, ff. de vſu, & habit. de Franch. in dec. 12.* & *ex Conſtit. Regni*, incip. *quæ paſſim in fine* diamq; ex gratia, & priuilegio Vrbis noſtræ fideliſſimæ conceſſo, vt apud *Reg. Rouit. in prag. 8. de meretric.* nè aliæ puellæ honeſtæ ſuis priuis motibus corrumpantur, ità *Menoch. lib. 2. caſ. 382. de arbitr. iud. in*

Digitized by Google

fin.caſ.553.num. 16. *cum ſeqq. Ceppolla in tract.de ſeruitut.c.*9. *&* c. 91. *de ſeruit.iure poſcend.de Franch. deciſ.*316. vbi *n.*2. refert,etiam, tale priuilegium eſſe conforme iuri communi, quod extenditur etiam ad ſcholares ſtudentes, & habitantes in conuicinio honeſto, videlicèt de ſcolaribus exteris, nam in ſcholaribus Neap. qui non ſunt exteri per priuilegium eis conceſſum & non expelluntur, dum habens priuilegium, non vtatur priuilegio contra priuilegiatum ſimiliter *Bald.l.*2.*C.de priuileg. fiſcal.lib.*10. & notat *Philip. Paſchal.de virib.patr. poteſt. in fin.cap.*10. *par.*2.*num.* 36. qui etiam refert, ſupradicta eſſe limitanda in meretricibus coniugatis,ex autho-
20 ritate *Petri Cabal.* dummodò eius vir non ſit [illegible], vel facere publicum queſtum de ea, [illegible] tunc coniugium non eſt in conſideratione, ità *Do.de Anna iunior. & ſenior in ſingulari* 338. vbi etiam fallere in meretrice habente propriam domum; de aliis
21 limitationibus videas apud *D.Paſcalem* vbi *ſupra num.* 38. 39. *Theſaur.in queſt. forenſ. q.* 33.*lib.*1. *per tot.* dummodò non ſit corrupta moribus dicta meretrix, ſuam habens domum propriam,& ſi vicini tenentur contribuere domino domus propter damnum poſſum ex cauſa migrationis inquilinorum, & meretricum, ac ſtudentium,videas *Add.* nouiſſ.ad *Gizzarell. in deciſ.*53.*in fin.* & præ cæteris *D.Gomezium variar. reſol. cap.*8. *de delictis, tit.de iniur.tom.*3,ubi inquit, vicinos poſſe petere, ut expellantur
23 tales perſonæ ad euitandas rixas, & ſcandala, & ne eorum familiæ infeſtentur, per *tex.in l. nullus*, C. *de ſumm. Trinit. & fide*
24 *Cath.*ſupra dicta quoq;limitatur in puella, quæ fuit ſeducta ab amatoribus, ità *Dominus de Thoro in ſuis priuilegijs Piæ cauſæ,*
25. *priuil.* 185. & meretrix quando dicatur, vide apud *Dom. Nouar. in rubr. Pragm.de meretricibus.*

26 Hæretici etiam à conuicini ſunt extirpandi, ac morbum contagioſum habentes, a quò nos Deus, & Deipara noſtra ſemper liberet. Ità conſulendo *Dom. Gomez. in loco ſuprà cit.* ait, & *D.auth. in ſupra cit.*
17 *Conſt. quæ paſſim*, & qui ſunt propriè vicini, vide *Maſcard. in concluſ.*1193. *num.* 1.*Bald.in lucini*, C.*de nupt.* & *DD. in l. aduerſarium*, C.*de poſtlim.reuerſ.num.*1.& *Benedell l. in hac Conſtit. Sanctimus*, *Super*
28.*rubric.*7. *num.* 18. & *in conſtit. noſtra* quomodò propriè capiantur vicini, videas eundem in loco eodem,ità etiam Faber Ferrarius: vel alius obſtrepens, vel exercens artem fetidam,à conuicinio expelli poſſunt, deciſum refert Dominus Illuſtris Regens, & omni laude meritiſſimum *Io: Franciſcus Sanſelic.* in ſua nuperrima impreſſa *deciſ.* 127. *par.*1.& *Marc.dec.*23.*p.*1.

29 Et dum ratione vicinitatis eſt aliquid in conſideratione,quod aliter non eſſet, ſicut etiam ratione coniunctæ obligationis inter principalẽ,& fideiuſſorem eius,ità ut exceptio competens vni competat, & alteri, & volente vti ea vno poteſt uti, & alius *Afflict.hic num.*9.quod intellige de exceptionibus cohærentibus ad rem *tex.in l.exceptio, la* 2.§.*rei autem,l.omnis*, ff.*de except.*& alia apud *Muſcatell.in ſua prax. fideiuſſoria,in q.*8. *per tot. D. Arias variar. reſolut. lib.*1.

30 *cap.*44.*nu.*20.quod limitatur ait *Author in deciſ.* 206. in fideiuſſore clerici opponentis declinatoriam fori,& copioſè apud *Carolum de Graſſis in except.*16.*Præſ.de Franch.dec.* 400.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Domini an requiratur in ceſſione rei emphiteuticæ.*

2 *Emphyteuta præſertim Eccleſiaſticus, ſi vult relinquere in teſtamento,vel permutare rem emphyteuticam, an teneatur denunciare Domino directo.*

3 *Rex emphyteutica ſi legetur Eccleſiæ an debeatur extimatio,vel cogi poſſit Dominus directus ad vendendum.*
Dominus directus an tunc petere poſſit quod præferatur,ibid.

4 *Emphyteuta quantum tempus teneatur expectare pro conſenſu.*

5 *Emphyteuta an poſſit expelli à Domino, ſi caret aſſenſu.*

6 *Emphyteuta debitor dãdo rem emphiteuticam in ſolutum creditori,an requiratur conſenſus Domini directi.*

7 *Laudemium an debeatur in tali alienatione,& quid in contractu, quo dicitur ad gaudimentum, num.*9.

8 *Laudemium, cui nàm aſſ ſoluendum proprietario,an vſufructuario. & ſi res peruenit ad manus mortuas an laudemium debeatur,& ſi directo Domino,vel ſub alterno,videas,num.*10.& 11.

12 *Dominus directus an ſit præferendus, quando emphiteuta vult locare,Recipiens partem canonis ab emo,an ſibi præiudicet quòad alium, n.*13.

14 *Emphyteutica rei poteſt re diuidi in præiudicium directi Domini?*

15 *Fiſcus emphyteuta an teneatur requirere Dominum in alienatione.*

16 *Quid in pigneratione,vel in relictis vltimarum voluntatum.*

17 *Princeps poteſt apponere conditionẽ quando vult,& quid in re alterius, & ſi pro bono pacis poſſit ledere ius tertii,num.*18.

19 Et

Digitized by Google

19 *Et omne, quo agit absque subditorum iniuria debet agere.*
20 *Ius congrui non habet locum in emente ab extraneo.*
21 *Emantes ab Ecclesia A.G.P. non conueniuntur iure congrui.*
22 *Modicum quatuplex consideretur, & quibus in casibus, & quando de eo non curandum, n. 23. 24. & 25.*
26 *Modicitas pretii cum pacto de reemendo re an faciat vsurarium contractum.*

1 AD *num.* 10. dicit *Affl.* emphyteutam teneri denunciare domino directo, si vult alienare, quæritur quid si vult donare, vel cedere, an in cessione requiratur etiam assensus directi domini, videas *Præsid. de Franch. in dec. 62. num. 2. Specul. num. 6. vers. 18. ait de locat. & conduct. Bart. & Imol. in vers. vsufruct. ff. solut.*
2 *matrim.* & quid in testamento vult relinquere, vel permutare, in directo domino teneatur denunciare, affirmatiuè *Laurent. in decis. Auenion. 145. Guid. Pap. dec. 46. Abb. Panorm. in cons. 74. num. 3. vol. 1.* qui consuluit contra *Bart. in auth. perpetua, C. de sacrosanct. Eccl. in l. in conuentionibus, ff. de verbor. signif.* vbi cum *glos. in l. 1. Cod. feud. patr. lib. 11.* dicit, requiri domini consensum, & dicit, semper tenuisse hanc opinionem, & loquitur etiam de emphyteuta ecclesiastico, videas etiam *Addentes ad Bart. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. in ver. vtile dominium*, vol. 2. vbi pro opinione *Abb.* copiosè satis *glos. in l. fin. §. aliis vendere, C. de sacro. sanct. Eccl.*
3 Et si legetur Ecclesiæ res emphyteutica, an æstimatio debeatur, an verò in odium directi domini debetur id, quod est legatum, ità vt possit compelli ad vendendum, nisi prælatione vellet eti, videas apud *D. Gasparem Thesaur. in quæst. forens. q. 83. lib. 3.* vbi nè res transeat ad manus mortuas, posse vti directum dominum prælatione, vt per *Menoch. in cons. 25.* & secundum hæc dicit *ibi in fin. Thes.* fuisse decisum per Rotam Romanam.
4 Quantum verò tempus teneatur expectare emphyteuta assensum domini directi, *text. in l. 3. C. de iur. emphyt.* qui si promisit vendere irrequisito Domino, an incidat in pœnam, *l. fin. C. eod.* videas *Ricc. ad Tiraq. in priuileg. 155. num. 7.* & an alienus irrequisito domino, ipso iure cadat, videas
5 *Auctorem in decis. 97. & Vrsill. ibi.* & si licet propria auctoritate expellere emptorem, si non adest talis assensus, videas *eund. loc. cit.* vbi etiam, si data fuerit potestas alienandi, an tunc requiratur talis assensus, cùm præuio assensu præsumatur data, *Præs. de Franch. decis. 4. n. 20.*
6 Sed si vult dare dictam rem emphyteuticam in solutum, & pro soluto, iuxtà *auth. hoc nisi, C. de sol. & liber.* an requiratur consensus iste, de qua quæstione apud *Auth. in dec. 191.* vbi distinguit, si ex causa necessaria, vel voluntaria fiat talis alienatio, & loquitur in casu necessario, & consequenter evadit, commissum, nec Domini consensus requirebatur, at secus si voluntarius, *de Franch. decis. 488. & Vrsill. ad Asst.* in præcitat. *decis. 101.* vbi si de-
7 beatur, vel ne laudemium quæritur in tali alienatione *de Franchis in decis. 488. Camillus Salernus in addit. ad Consuet. Napol.* quæ incipit, *hic etiam in Consuet. 1. in tit. de contrahenda empt. & de artis dandis*, & deberi iudicatum fuit per S. C. mei temporis in causa mei carissimi genitoris Iulii Rummi cum Io: Baptista Martiali super prætenso laudemio cuiusdam domus adiudicatæ eidem meo genitori pro eius credito super hereditate quond. Natalis Ranerii in banca Solatii, olim de Mondellis anno 1625. non obstante *decis. Thes. 139.* in contrarium, & fuit solutum dictum laudemium dicto Martiali ad relationem olim Consiliarii *Caranita* ex auctoritate *Præsid. de Franc. in præcit. decis. 488.* apud eundem Solatium.
8 Laudemium verò si vsufructuario, vel proprietario debeat solui, videas D. *Ricc. in collect. 31. 1. par.* in quibus non, videas *Fontanellam dec. 277. 278. 279. 280.* vbi decem casus enarrat, in quibus debetur, vel non dictum laudemium, & an in venditione necessaria facta ad instantiam creditorum, idem *Fontanell. decis. 278.* & quid in venditione, quæ fit in vim pacti de reemendo, vel iure retractus, vel alio modo, vide dict. *277. Gratian. discept. forens. 460. nu. 65.* & quod in datione insolutum, *Ricc. collect. 582.* & an in permutationibus *de Georgio in allegat. 7.*
9 An laudemium debeatur in contractu, qui dicitur ad gaudimentum, dicas cum *Græuco ad Gaillum in obseruat. pract. 2. conclus. 2. num. 5.* qui non, ità per *Thesaurum in suo singular. Codice votorum ciuilium, & criminalium vot. 72. num. 13.* & si fit permissus, vel nè talis contractus DD. citatos per eundem *Thesaur.*, & apud *Rebuffum in pragm. 1. de vsurariis, num. 6. Grimell. dec. Dolana 83. Thesaur. decis. 78.*
10 Et si res peruenit ad manus mortuas, laudemium an debeatur, die eo casu deberi quindemium, videlicèt singulis annis quindecim laudemium, sed practicatur, vt augeatur census, de quo remissiue apud Canonicum *Nauarrum in tit. vol. de quin-*
denn.

Digitized by Google

denn. exact. orig. & cauſ. in ſumma Bullarum, & ſpecialiter num. 32. *Ricc. in praxi Eccleſ. par.* 1. *reſol.* 623. quod ſectis tenet *Fontanell. in deciſ. Cataloniæ* 281. ſcilicet Eccleſiam ad vnum tantùm, laudemium teneri, & an ſi à Domino directo compellatur alienare, & ad manum habilem transferre, & quod in alienatione pro dote, idem *Ricc. collect.* 2189.

11 Et quod laudemium debeatur directo Domino, non ſubalternus Dominus. *de Franch.* deciſum teſtatur apud *Ricc. in collect.* 1557.

12* Quid ſi vult locare emphyteuta, an directus Dominus ſit præferendus, & requiratur eius conſenſus refert deciſum *Vrſill. ad Afflict. in S.C. in dec.* 238. quòd ſic id intellige in locatione ad longum tempus *Barboſa de poteſt. Epiſc. alleg.* 95. *& Ricc. in collect.* 234. & an diuidi poſſit abſque conſenſu directi domini res emphyteutica, & ad longum tempus locari, vide *Dec. in conſ.* 24. *Alex. conſ.* 119. *Add. ad Bart. in d. l. ſi domus, §. ſi Surd. ff. de legat.* 1. *verſ. legari col.* 2. *& in l. ideò, num.* 8. vbi *Bart. ff. de condit. furtiu.* vbi quærit laudemium debeatur *Author* noſter in *dec.* 153. vbi *Vr-*

13 *ſill. num.* 3. dicens. quòd ſi Dominus recipit partem canonis ab vno, an ſe præiudicet quò ad cæteros, vide addentes ad *Bar. in l. qui Romæ § diui fratres, ff. de verb. oblig. in verſ. ſi fuerit renunciatum*, vbi *Iaq. Anell. de Bott. Bal. in l. communi, n.* 1.

14 *ff. commun. diuid.* tenet, quòd inter hæredes non poſſit diuidi in præiudicium directi domini res emphyteuta, idem in *l. item prædia, num.* 1. *ff. fam. erciſc. Bertach. in ſuo repertor. ampliſt. lit. E. in verb. emphy-*

14 *teuta*, & ſi Fiſcus emphyteuta teneatur petere conſenſum à Domino directo, videas *Bart. in l.* 1. *num.* 2. *C. de fund. patrim. lib.* 11. & apud *Peregrin. de iure fiſci lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 47. vbi ſtandum eſſe iuribus priuatorum, dum non reperitur exemptus inquit, imò emens ab eo etiam ad laudemi-

16 um tenetur, & ſi in pignoratione rei emphyteuticæ, ac in diſpoſitione vltimæ voluntatis, vide ſup. *num.* 2. *& Bertachin. loc.* ſup. cit.

17 Ad id, quod poſſit apponere conditionem in re alterius, *Author. in Conſtit. Regni cum conceſſione, num.* 5. *de priuileg. Cur. Communæ.* vbi an in eius conceſſionibus poſſit oppponere conditiones in eorum defectum, vt conceſſio, ac dominium reuocetur, & an in concedendo, & donando poſſit tertio præiudicari, *Author in dec.* 333. vbi de modico præiudicio non eſt curandum vide *l. qui commeatus, ff. de re milit. Afflict. dec.* 191. *num.* 15. *De Pont. de poteſtate Proreg. in tit. de abundantia Ciuitatis, §.* 4. *nu.* 6. & in *annot. ibid. Author. in conſtit. Regni Mulier, quæ dotarium, num.* 25. *&* 26. *& in conſt. Dignum, nu.* 4. *cum ſeqq.* & pro bona pacis poſſit Rex ius

18 tertij tollere, eiuſque dominio præiudicare, *Iſern. in tit. quæ ſint regalia, num.* 78. *fol. mihi* 304. *à ter.* & quò Princeps debet tueri iura alterius, & quando ius tertij poſſit tollere, vide *Gratian. diſcept. for. cap.* 167. *num.* 51. imò ſi concedit aliquid, videtur facta conceſſio ſine tertij præiudicio, ità apud *Rot. dec.* 21. *de præbendum*, imò præſumitur in eo obliuio, nè ius tertj tollatur, *Rot. dec.* 27. *par.* 2. *diuerſ.* & quando damna data à ſubditis remittere: vide *Authorem in dec.* 351. vbi *Vrſill. ad eund.* & ad *dec.* 166. *num.* 3. *& deciſ.* 63. *num.* 2. cùm

19 Princeps quicquid aget abſque iniuria ſubditorum agere debet, *l. nec auus, C. de emancip. lib.* licèt quidquid agat ſemper ſit exiſtimandum iuſtum, *gloſ. in l. relegatis, Grammat. deciſ.* 65. *num.* 26. & ſemper Deum ſequitur, vt in *§. arripiamus, auth. vt omnes obediant Iudic. & Princip. gloſ. in conſtit. Regn. tit. de vſura*, & fuſius de plena Principis poteſtate apud *Regium Conſiliarium Scipionem Theodorum* in ampliſſima *allegat.* ſuper alienatione Caſalium Conſentiæ 10. videas D. *Ricc. in collect.* 4215. & 407. vbi Princeps poteſt ſtabilire pretium rebus comeſtibilibus tempore careſtiæ, etiamque collectam imponere ſuprà pontem tranſeuntibus, *Guid. Pap. dec.* 444. verùm an poſſit ſtatuere, vt exerceat vſurariam prauitatem Iudæus abſque licentia Summi Pontificis, *Theſaur. dec.* 57. & ſignanter nota, quòd verba ſunt impropriranda, ne præiudicium tertio inferant, & præiudicium intelligendum ſemper de prauo, vt per *Buratt. dec.* 60. *& Thelom. deciſ.* 85. vt apud *Ricc. collect.* 4072.

20 Ad id, quod ius congrui locum non habeat in emente ab extraneo, adde *Mangrell. ad Bart. in l. filius familias, §. diui, in l.* 2. *ff. de legat.* 1. *in verſ. valet*, vbi dictante ſtatuto, vt bona vendantur extraneis, an teneat *Caſtrenſ. in eod. loc.* & in *l. qui fundum, num.* 2. *ff. ad leg. falcid.* ſic etiam de

21 lementibus ab Eccleſia Diuæ Mariæ A.G.P. de cuius priuilegio meminit *Præſ. de Frãch. dec.* 383. eſtque in virido obſeruantia tale priuilegium, imò deberi ſemper reſtitui dictam Eccleſiam, ſeù Hoſpitale A.G.P. in ſimilibus cauſis, ex eo, quòd eius priuilegia ignorantur, de quibus manet in poſſeſſione, & de eius mentionem facit D. *Ioſ. Bapt. de Thor.* in ſuis *additt. ad Tiraq. de priuileg. piarum cauſarum in priuileg.* 72.

Digitized by Google

22 Modicum verò quomodò sit considerandum, dicas primum, quòd considerature respectu personæ dantis, secundum *Bart. in l. si susceperint, ff. de iudic. num. 4. §. si liberis, Author, in dec.* 305. *num.* 6. Secundò consideratur respectu rei, vt in *l. hæc adiectio, ff. de verb. signif.* vbi *glos. in verbo modicum decis. Pedemont. Thes.* 175. *limit.* 2. ad Iudicem pertinere de modico considerare, *Mascard. conclus.* 675. *num.* 27. & in *conclus.* 447. *num.* 12. & 16. vbi contractus tempus est inspiciendum circa modici considerationem in pretio rei, vt in eod. *loc. num.* 6. & 7. & quando dicatur læsio modica, & si sexta pars sit læsio modica, *Præs. de Franch. decis.* 120. & 124. & an competat restitutio pro modica læsione, *Gabriel. commun. opin. lib.* 2. *de rest. in integ. concl.* 1. & in arbitrium Iudicis remittitur considerare modicum. *Bart. in auth. vt hi, qui obligantur, num.* 7. & per Auctorem *in dec.* 73. *num.* 2. vbi de modicis vim non esse faciendam, nam nil, & modicum æquipa-
23 rantur, vt per eundem auctorem *in Constit. Regni, Si quis aliquem, de percussione illicita, num.* 4. & addentes *ad Bart. in l. si oleum, §. meritò, ff. de dolo in verb. ac actio,* & *in verb. in princ. Bar. in l. rebus. §. possunt, ff. commodati* §. 2. vbi de modico habetur, quod lex non curat, *Mascar. in concl.* 1231. *num.* 13. *Boer. dec.* 349. *num.* 9. & modica nunquam sunt in consideratione, idem *Boer. dec.* 349. *num.* 9. *Gram. dec.* 34. *Tiraq. de iudicys, illat.* 10. *Corset. notab.* 94. vbi quod modica tortura non dicitur tortura, neq; modicum vulnus dicitur vulnus, & quando percussio dicatur leuis, quando grauis, videas Canonicum *Notarrianum in summa Bullarum in tit. de percussion. cl. graui; super extrauagant. Ioann.* 22. *per tot.* sic dicente statuto, vt nemo possit è Ciuitate extraere aliquam rem, si quis extrahit modicam rem, non incurrit sub pœna in statu comprehensa, *Ripa in tract. de peste;* modicus excessus temporis nec etiam considerandum circa eius adimplementum ità *Vrsil. ad Author. in dec.* 74. *num.* 3. *Tiraq. de retract. consanguinit. §.* 2. *glos.* 11.
24 *num.* 12. & sic immunitate in muneribus concessa non consideratur modicitas rei *Roman. sing.* & appellatione domus minimè venire modicam domum, idem *Roman. insign.* 324. nec pro modico feudo deberi inuestituram, *Capyc. dec.* 32. nec per modicam offensionem dicitur rupta tregua, seù pax, *Viuius decis.* 368. *vol.* 1. nec prohibi-
25 tio facta banditis, nec accedant ad loca, vbi habitant partes offensæ, quando indulgentur. ac guidantur, non intelligitur inclusum illud modicum, ac breue tempo-
ris spatium, siuè momentanea habitatio, vel transitus; At autem modicitas pretij
26 cum pacto de retrouendendo faciat contractum vsurarium, videas *D. Ricc. in collect.* 4223.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta Principum, non sunt concedenda in iniuriam, & præiudicium alterius, quod intellige de iniuria maxima, non parua.*

2 *Principum rescripta sunt intelligenda ne inferant præiudicium tertio, & quid in modico præiudicio.*

3 *Rescriptum Principis auferens ius tertio præsumitur falsum, ac suspectum, & habet contra se præsumptionem.*

4 *An sit demandandum exequutioni, si repugnet dispositioni legis, vel præiudicet iuri tertio quæsito.*

Quod si rescriptum sit ad fauorem piæ causæ,

Princeps quando possit, vel secus tollere ius quæsitum alteri.

Dominus D. Ferdinandus Arias de Mesa Regius Consiliarius laudatur.

6 *Feudum an, & quando potest refutari, absq; assensu in successorem proximè immediatum.*

Probibitio alienationis iurium feudalium nō intelligitur de ea, quæ sit in proximiores.

AD *num.* 12. quòd rescripta Principum non sunt concedenda in iniuriam, & præiudicium alterius, iuxtà *tex. in l. nec auus, & l.* 2. Hoc intelligitur non de parua iniuria, sed de maxima, vt per *Regent. Roxit.* super *Pragmat. Regni in rubr. ne quid in*
2 *loco publico, num.* 4. vbi fatetur quòd Principum rescripta sunt intelligenda, nè alteri inferant præiudicium *§. si quis à Principe, & d. l.* 2. *Gomez. in regulis Cancellariæ Apostolicæ, in tit. de iure quæsito non tollen. q.* 1. & *q.* 15. & quid de modico præiudicio, idem in *quæst.* 6. *vers. & ita, Paschal. de virib. patr. potest. par.* 1. *c.* 1. *num.* 102. 103. & 104. vbi plura de Principum rescriptis, ac de tertij præiudicio.

3 Rescriptum auferens ius tertio presumitur falsum, ac suspectum, *Mascard. in conclus.* 1009. *num.* 23. & illud, quod tollit ius tertio habet contra se præsumptionem, vt per eundem *Mascard. concl.* 1275. *num.* 10.
4 & si sit demandandum exequutioni hoc rescriptum, quando repugnaret dispositioni legis, vel si iuri tertio quæsito preiudicaret, videas *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.* 2. §. 3. *num.* 14. & *Ludouic. Gomez. in Regulis*

Can-

Digitized by Google

Cancellariæ Apostolicę, in tit. d. de inre quæsito alteri non tollendo, vbi *q.1.vers. & hoc*, ampliat regulam, etiam in rescripto emanato ad fauorem pię causę & plura in
5 eodem *tit. in qq.* sequentibus quando Princeps possit, vel non ius alteri quæsitum tollere, & stante clausula generali in rescripto appositа, si rescriptum, vel gratiam reddat nullam, imò verba generalia ipsius sunt accipienda, nè alteri præiudicent, *cap. dudum, de priuileg. cap. 2. §. 1. de decimis, in* 6. & strictè intelligenda est quando adest tertij præiudicium de quo videas apud *Menoch.* & alios, quos refert ille Doctissimus vir olim in Senatu nostro Neapolitano *Regius Consiliarius*. D. *Ferdinandus Arias*, & interpes in almo publico Gymnasio eminentiss. ingenij in suis varijs *resolut. lib. 1. c. 42. num. 20.* in sua iuuentute morte prœuentus, & in *lib. 2. cap. 50. num. 2.* vbi alios varios DD. citat.

6 Ad id, quòd feudum non possit alienari absquè assensu directi Domini: dde, quod non sic est, quando alienatur in immediatum successorem proximum, quam refutationem appellant DD. vt *de Pont.* in eod. *tract.* supra cit. *tit. §. 8. fol. mihi* 358. *n. 1. §. 1. de refutationib. Intrigliol. dec. 43. D. Reg. Sanfel. in dec. 100. num. 32.* & facta prohibitione alienationis iurium, quod non intelligatur de ea, quæ fit in proximiores, cùm non sint propriè alienationes, imò potius prœuentiones ad succedendum in feudo, ideoq; assensu non indigere, idem *de Pont. eod. in loco, nu. 18. in fin.* & per *Loffred. in præfationib. super cap. & si vasallus, vers. & si totius, col. 3. tit. si de feudo defunct. fuerit controu. Ann. iun. cons. 39. num. 13. lib. 1. Camerar. fol. 23. lib. 1. Camerar. fol. 25. col. 2. lit. H.* & alios relatos per eundem *de Ann. in d. cons. 39.* quod intellige secundum D. *Reg. Rouit. in prag. 4. de feud. num. 8. q. 10.* vt refutatio sit simplex, secùs refutatio fiat, reseruata certa parte, vel vsufructu, quam opinionem tenet contra *Mutam, & Fabium de Anna*; cum eo verò concordat D. *Reg. de Pont.* & videas D. *de Ann. iun. cons. 12. & 46.* & eundem *de Pont. cons. 2. & Loffred. cons. 3. & 9. per tot. num. 16. cum seq.* apud *Octau. Bambac. in cap. beneficium à vasallo, quæst. 1. per tot. sub tit. de feud. defunct. milit. &c.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio, quæ fit in coniunctas personas, non dicitur alienatio.*

2 *Prohibita alienatione extra familiam, valet alienatio, quæ fit in filiam nuptam extra familiam.*

Quid attenta consuetudine Neapolit ana. Filia nupta censetur de familia patris, & an remaneat in potestate patris, vel efficitur sui iuris, præsertim Neapoli, & in partibus Francia.

3 *Requisitio si fieri debeat illis de familia, at alienatio facta requisitis filiabus.*

4 *Prohibitus alienare, prohibetur quoque testari.*

5 *Alienatio facta in extraneum an valeat, si fiat in immediatè proximè succesurum vltimo morienti ab intestato.*

9 *Alienatio prohibita in extraneum, an valeat si fiat pro adimplenda causa pia.*

Causa pia semper est excipienda in prohibitione generali.

7 *Prohibitio facta in odium hæredis an extendatur ad hæredes heredum. si prohibitio sit simplex, ad quem gradum extendatur.*

8 *Prohibitio alienationis an operetur, si fiat alienatio in vltimum de familia, vel si alienet vltimus de familia, vel in coniunctam personam.*

9 *Prohibita alienatione, an ea conseri debeat perpetua, vel ad modicum tempus, præsertim si prohibitio sit simplex.*

10 *Assensus domini an, & quando requiratur in diuisione feudi, & vasallorum. Diuisio corrumpit dignitatem, & familiæ memoriam.*

Feudi diuisio an fieri possit causa maioris, ac facilioris gubernij, & culturæ agri, & quando sit, quomodo sit.

11 *Feudum si non potest alienari, nisi inter agnatos, alienatum extraneo reuocatur ab agnatis.*

Retractus an detur alienata re inter proximiores.

AD *n.* 13. vt fauore consanguinitatis si alienatio fit in coniunctas personas, vt non dicatur alienatio, *l. cum. pater, & l. voluntas*, pro quibus nota, quod sit prohibita alienatio extra familiam, valet alienatio, quæ fit in filiam nuptam, quamuis extra familiam, cum adhuc retinet potestatem illius & de eius familia censetur, *text.* est in *l. 1. & 2. C. de bon. libert. l. si* vxorem, *C. de cond. insert*, plenè apud *Tiraq. de legib. connubial. in princ.* licet secus per *Decium in cons. 621.* vide *Mangrell. ad Bart. in l. filius familias, §. Diui, ff. de legat. 2. in verb. non valit*, quod secus dicerem de iure nostro consuetudinario procedere, cum filia familias nupta omninò extranea persona dicatur, nam à potestate paterna eximitur, suiq; iuris efficitur, vt in *Consuet. Sed etiam mulier, tit. de filia sua nubẽte*, vt apud *Grãmat. in dec. 54.* & plenè apud *Præsid. de*

Fran-

Digitized by Google

*Franch.in dec.*546.*n.*9.*par.*4. idem testatur *Boer.* seruari in partibus Franciæ, vt in *dec.*592.*per tot.* videas etiam *Mascar.de probat.in concl.*1242.*n.*42. verum ipsa adhuc de familia censetur, ac de cognatione dicuntur, *Bald.in d.l.voluntas*, ità ut in prohibitione facta de non alienando non comprehendatur; si in filiabus fœminis fit alie-
3 natio: *Bald. in d. l.voluntas*, quid verò si fuit facta requisitio iis de familia ab alienare volentibus, an sequuta alienatione, in extraneos teneat per solam supradictam requisitionem simpliciter factam, *Mangrella vbi supra,& Io: Dilectus, Durantis in cautel.*6.*nu.*5. vbi concludit consulendo modum faciendæ alienationis; & si alienare prohibitus, intelligatur etiam non
4 posse testari, *de Ponte in tit.de potest.Proreg.in* §.11. *tit.*8.*ff. mihi,*§ *frater, ff. de legat.*2.*in verb.auocatur*, vbi *Addent.nouiss. ad Gizzarell.in dec.*74.*num.*12.& in specie apud eundem *Dilectum in arte test.in cautel.*49.*nu.* 42. & quod si alienatur res in ex-
5 traneum, quòd licet non sit de familia, tamen est immediatè proximè succesturus ultimò morienti ab intestato si tenet, vel ne alienatio, videas *Pomac.ad Bart.in addit. l.si ita quis, in* §.*ea lege, ff. de verb.oblig. in vers.liceèt quis,col.* 3. & *Iacob. Masull. ad Capyc.in dec.*108.*num.*4. & *Addent. ad Gizzarell.vt supra,& Surd in dec.* 255.*n.* 24.& *in dec.*124.*nu.*8. quàm alienationem
6 legalem appellat, & *Mascard. in concl.* 1176.*num.*27. *in illat.* 12. inquit valere fauore piæ causæ facta extraneo pro causa pia adimplenda, *Soc. in reg. alienatio in fallentia,* & *Tiraq. in priuil.*130. *ubi adden.nouiss.*& in generali prohibitione semper excipienda pia causa, ita per *Io: Petr. Fontanell.de pact.nupt.glos.*2.*par.*7. *claus.*7. *nu.*40.& 41.

7 Quid si prohibitio facta in odium hæredis extendatur ad hæredes hæredũ, *Bart. in l.filius,*§.*Diui,ff.de legat.* 1. & *in l. Lucius,* §.*Sempronia, ff. de leg.*3. ubi *Dec.in reg.qui per successionem, num.* 6. quam intellige secundum *Masull.ad Capyc. in dec.* 51.& *dec.*108.*num.*1. videlicet de simplici prohibitione alienationis, & *Cacheran.in dec.Pedemon.*50.*n.*5. & vide *Dec. in cons.* 377. vsque ad quem gradum extendatur. videas eundem in *cons.* 327. & quid si a-
8 lienatur in vltimo de familia, vel si fuerit facta alienatio per unum, qui est ultimus de familia, an prohibitio habeat locum *Masull.ad Capyc.vbi supra, imò* facta tali alienationis prohibitione, non censetur habere locum in coniunctis, neque in eis præsumendum, *Thes.in quæst.foren.*9.92.*nu.*1.
9 & si non fuit facta mentio de tempore in dicta prohibitione, an ad modicum tempus; vel ad perpetuum, ac etiam si ea prohibitio, quæ fit simpliciter, extendatur, tantum ad eam, quæ fit ad modicum tempus. *Corn.consil.*53.& *Surd.in dec.*283.*n.*12.

10 Ad *vers.item si sunt duo feudatarii*, videas, *Isern.in* §.*præterea Ducatus*, vbi plenè de hac materia, & ait hoc minimè procedere in locis, vbi viuitur iure Francorũ, maximè si ex diuisione vni eorum dominium fuit quæsitum, *Reg.de Ponte in consil.*57.*per tot.* vbi dictum Authoris confirmat, videas etiam *de Bott.ad Bart.in l.voluntas,C.defideicom.* vbi allegat *glos. Parisiens.* & an in diuisione facta inter vassallos requiratur Domini consensus, & si in diuisione prædicta vnus eorum haberet maiorem partem, an sibi præiudicet, vide eundem *Isern. in glos. super Const. Regni Diuæ mem.fol.mihi* 203.*lim.*70.*in gl.item proprio nomine*, & nota, quòd diuisio corrumpit dignitatem, ac familiæ memoriam, ità ait *Molin.de primogen.Hispan. cap.*11. *lib.*2.*num.*4.& si maioris, ac faciliori s causa gubernandi, accultiuandi agrum possit diuisio feudi fieri *Cepol.cons.*45.*per tot. cũ add. ad eundem Carol.Ruin.in cons.*29.*nu.* 16.*lib.*5. *Rolan.à Vall.in cons.* 80. *num.*37. & *seq.vol.*1.

11 Ad id, quod feudum non possit alienari, nisi inter agnatos, nota, quod si alienatur extraneis, datur reuocatio, ut apud *Iacob.de Franch. in rubr.de feud.num.*20. & 21. & an alienata re inter proximiores, si detur retractus, videas *cap.*1. §. *sed etiam, tit.per quos fiat innest. Arnoldum Ferron. in Consuet. Burdigalensi,tit. eod. num.* 28. *Iacob.de Bellouiso citatum à Pendell. hic.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatione prohibita, prohibetur omnis actus, per quem sequitur alienatio.*

2 *Prohibitus alienare, an censeatur prohibitus pignorare,vel hypotecare,aut testamentum facere.*

3 *Causa,propter quas potest quis alienare, non obstante prohibitione alienationis, recensentur.*

4 *Prohibitus testari, an quoque sit prohibitus codicillare.*

5 *Agui an possit à prohibitis de maiori ad minus.*

6 *Donatio facta quò, ad quid reuocetur per superuenientiam filiorum, & quid cum est inofficiosa.*

7 *Donatarius an teneatur restituere fructus perceptos ex donatione cum liberi superueniens.*

8 *Lites inter coniunctos vsque ad quartum*

Digitized by Google

gradum debent compromitti.

9 *Compromiſsum an poſſit prorogari elapſo termino ſtatuto ad diffiniendũ præſertim ſi fiat vigore ſtatuti, & n.10.*

11 *Arbitri abſentia an, & quando poteſt appellari.*

12 *Dominus Marcus Antonius Cioffi Regius Conſiliarius laudatur.*

13 *Compromiſſi terminus a quo die incipiat incurrere in eo, an perimat infiantia.*

14 *Compromiſsum quot vicibus poſſit prorogari?*

15 *Quibus in cauſis ceſſet non obſtante ſtatuto dictante, quòd cauſæ compromittantur.*

16 *Contumax non poteſt petere, quod cauſa compromittatur vigore Regiæ Pragmaticæ, & n.22.*

17 *Cõpromiſſi exceptio an proſit auctori laudato.*

18 *Papa an poſſit cogere litigantes ad compromittendum.*

19 *Arbitri excuſantur propter infirmitatem*

20 *Statutum loquens de Iudicibus, an habeas locum in arbitris.*

21 *Compromiſsum an petì poſſit in cauſa retractus inter ementem, & conſanguineũ venditoris.*

22 *Exceptio cõpromiſſi competens conſanguineo, an competat etiam ceſſionario.*

23 *Pragmatica odia litium an habeat locum in contractu iurato in cauſa ſpolii, & vitæ militiæ.*

24 *An procedat in bonis Eccleſiaſticis, & an compromiſsum fieri poſſit in perſonam Iudicis ordinarii.*

24 *Compromiſsum an petatur in cauſa ſindicatus.*

25 *Eccleſiaſticæ perſonæ an ligentur ſtatuto in compromittendo.*

26 *Compromiſſi in petitione, an eſt probanda qualitas conſanguinitatis.*

27 *Terminus compromiſſi currit a die acceptationis.*

28 *Arbitri dati de communi conſenſu an poſſint recuſari.*

29 *Petì an poſſit poſt publicatas atteſtationes compromiſsum.*

1 AD *num.14.* (vbi prohibitus alienare, non prohibetur teſtari) adde, quòd ſegulariter vetita alienatione, cenſetur prohibitus omnis actus, per quem ſequitur alienatio, *Surd.in dec.cit.254. nu.21. & 236.n.27.* ideoque per eum prohibetur alienationis contractus, etiam conſequutiuè, *Campeg.in tract.de dot. diuerſ. p.5.q.10.num.20. per tex.in l.codicilli, §.penul.ff. de legat. & in l.cum ſimus, §.fin.C.de agri-*

2 *col. & cenſit.lib.11.* Et ſi prohibitus alienare cenſeatur prohibitus pignorare, vel hypothecare, *Neguſant.de pignor.p.2.memb.3. num. 73. & 76.* & ſi teſtamentum facere poſſit, videas, *Bald.in l.quoties, C.de fideicommiſs.num.12. & Alex.in addit. l.quemadmodum, C.de agris, & cenſit. lib.11. in verſ.hic, col.3.* Alias cauſas, propter quas

3 non obſtante prohibitione alienationis poteſt quis alienare, videas apud *Barthol. Romoleum de teſtat præcep.inrepet. §.Diui, ff.de legat.1.* & ſi prohibitus teſtari, ſit pro-

4 hibitus codicillari, videas *Romol.loc.ſup. cit. num.212.* nàm in prohibitis de ma-

5 iori ad minus non eſt argumentandum, licèt conrrarium teneat, *Surd.in deciſ.279. num.11.*

Sed quid in Eccleſia, diximus ſupra.

6 Ad id, quòd donationes factæ non in totum, ſed pro parte reuocantur, adde *Tiraq.de priuileg.piar.cauſar.in priuileg.118* vbi donatio facta, etiam per ſuperuenientiam ſobolis reuocata cenſetur, non tam quoad legitimam, ſed etiam in totum, vt *Tiraq.* & nouiſſimè DD. addentes ad eundem, quamuis contrarium teneat *Io: Petr. Fontanell.de pact. nuptial. clauſ.5.gl.8.par. 3.num.22.* vt ſolum quoad legitimam reuocetur, & ſecundum hanc vltimam opinionem deciſum refert *Gamma in dec. Luſit. 240. Valaſq.dec.30.* qui ſi eſt donatio inofficioſa, *Gomeſ. var. reſ.cap.3.* per *text. in l.ſi queat, C.de inoffic.donat Bart.Angel.Salic. & Caſtrenſ.in l.1.C.eod. & Caſtr.in l.Titia, §.Imperator, ff. de legib. Bart.in eod. loc.cit. Curt.ſen.conſ.1.n.39. Soccin.iun.conſ.63.n. 55.lib.2. laſ.conſ.125.lib.1.col.fin.* & plenè per *Fontanel.loc.ſup.cit.num.23.24.25. cũ ſeqq.* & apud *Philip.Paſchal.* olim Iudicem tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus M.C.V. meritisſimũ, ac deindè Regium Cõſiliaratum promotum paulò antequàm ab humanis exceſſiſſet in ſuo *tract. de virib. pat. poteſt.in verb. donatio, Dom. Auctoris* noſtri tamen ſententia eſt, vt ſi fit coniuncto, vel uni ex filiis, tunc reuocetur.

7 Donatarius autem ſi tenetur perceptos fructus reſtituere ex tali donatione, *Dom.de Franch.dec.4.in fin. Guttier. cap.10.* qui ſimul vna cum *Tiraquel.* concludunt, quòd non, *Cod.de reuoc.donat.in l. ſi vnquam num.18.*

8 Ad id, quod litigantes ſi ſunt coniuncti vſque ad quartum gradum compellantur, compromittere, hoc idem diſponitur in *pragm.1.de arbitr.* & ita ſeruatur inter coniunctos, vſque ad quartum gradum cauſas compromittere, & an compromiſſum poſſit prorogari elapſo termino ſtatuto ad diffiniendum *Afflict. dec.46. & de Anna ſingul.109.* qui citet *Affl.* & in ſta-

tuto

Digitized by Google

tuto dictante inquit in specie *Dom. Ricc. in collect.* 587. vt tempore elapso, cogantur partes iterum ad compromissum prorogandum, an, & quando appellari potest à sententia arbitri, videas *collect. eadem* 773. vbi limitat pluribus modis, & dum in causa vertente in S.C fuit petitum compromissum ex eo, quod erat lis inter personas coniunctas vigore supradictæ Regiæ Pragmaticæ, & cum esset ordinatum per eundem, vt causa compromittatur in personam V.I.DD. videlicet Magnificorum, ac circumspectorum virorum Aduocatorum
10 primæ classis, *Reg. Consil. Marci Antonii Cioffi*, olim Iudicis primarum causarum Magni Admirati, ac R. D. Caroli Carboni, electorum per ambas partes, & acceptato compromisso, fuit per unam partem compromittentium instatutum, vt procederetur in eodem S. R.C. stante lapsu termini, altera parte reluctante, quæ stare volebat compromisso dicente per eam minimè stetisse, quo minus dictum compromissum terminaretur, & ex allatis per *Afflict. in præcit. dec.*

His verò non obstantibus, ad relationem tunc *Reg. Consil. Petri Caraui tæ* causæ Commissarii, fuit dictum per S.C. ut compromisso non obstante procederetur in eodem S.C. & hoc fuit in causa hæredum qu. Tiberii Coppulæ, & qu. Angelæ Rummo, sub die 21. mensis Octobris anni 1636 penes Cioffum Scriba fuit Dominicus Fia.
11 Compromissi terminus à quo die currat, videas *de Franch. d. dec.* 626. & an instantia dicatur peremptа coram arbitris, *Maranta*
12 *in specul. aur. disput. 4. par.* 5 & quot vicibus prorogantur, videas *de Anna in singul.* 110. *Rouit. in Pragmat. odia litium nu.* 9. & in quibus causis cesset compromissum nõ obstante statuto dictante hoc, quod causæ compromittantur, videas *Vrsill. ad Afflict. in præcit. decis.* 46. *Roni. vbi supra*, quorum vnus est, ut contumax non possit petere
14 compromitti causam vigore Regiæ Pragmaticæ, idem *Afflict. dec.* 185. *vbi addem.*
15 Auctori laudato prosit ne exceptio cõpromissi, *Bart. in l. si procurator, ff. ad exibendum, §.* 1. *& ff. rem ratam haberi pro negatiua*, & si Papa cogit aliquem ad cõpromittendum, an possit, & si ille tenetur, ait
16 affirmatiuè, *tex. in cap. cum inter* RR. *de*
17 *elect.* & arbitri excusantur propter infirmitatem, *tex. in l. licet, ff. de arb.*
18 Et statutum loquens de Iudicibus an habeat locum in arbitris, *Gomez super regul. Cancell. Apostol. in regula de non iudicando iuxta formam supplicat.* quæ est 5. *quæst.* 8. Papæ Nicolai V. de aliis concernentibus præsentem materiam, remissiuè apud *Lu-*

douic. in decis. Perusina 47. *apud Ricc. & in collect.* 79.
19 Finaliter quæritur, si lis oriatur inter emptorem, & venditorem consanguineum, qui petit retractum rei venditæ à dicto emente, an ne possit petere compromissum, videas pro quæstione *Bart. in cons.* 28. *volum.* 2. qui negatiuè respondet, assignatque rationem, quia non contra consanguineum, sed contra rei possessorem agitur penitus extraneum, communem hanc amplectitur per *Rouit. in Pragm. supra cit. & Gram. dec.* 21. *num.* 20. *Capyc. dec.* 123. *Add. ad nostrum Afflictum dec.* 213. *num.* 8. & finaliter per *Dom. de Franch. dec.* 426.
20 Exceptio competens consanguineo an competat eius cessionario vtili actione agentis, videas nostrum *Authorem dec.* 74. *num.* 3. & si nostra hæc *Pragmatica odia litium*
21 habeat locum in contractu iurato, tenet negatiuè *glos. vbi sup. in.* 10. *super eadem Pragm.* ex rationibus per eam allatis, & quid in causa spolii, ibidem, quod non, *Afflic. dec.* 84. & si in quæstione vitæ mili-
22 tiæ, *glos. ubi supr. Afflict. dec.* 43. & insuper *D. Reg. Sanfelic. in sua praxi iudic. de ord. iud. sect.* 41. *tit. de compromiss.* & quid in contumace *nu.* 2. & an super rebus feudalibus fieri possit negatiuè *Ricc. in collect.* 4052.
23 *par.* 9. *posthuma*, & an dispositio prædicta *Pragm. de compromiss.* procedat etiam super bonis Ecclesiasticis, & aliis in casibus, eundem *Ricc. de collect. cit.* & si in personam Iudicis ordinarii fieri possit, idem *Ricc. collect.* 1003. & 1180.
24 Et si in causa sindicatus compromitti debeat, videas apud *Carrab. de præmin. M. C. V. & in tract. in sigul.* 51. & si Ecclesiasticæ personæ ligentur statuto de faciendo
25 compromisso, vel ne, quando est lis inter personas coniunctas, videas *P. Molfes. sup. consuet. Neap. in tit. de personis, par.* 2. *q.* 7. *num.* 44.
26 Qualitas consanguinitatis in hoc casu est probanda, idem *Ricc. in collect.* 768. & termino elapso quid faciendum, & an curret à die acceptati compromissi, *de Franch. dec.*
28 626. & an recusari possint arbitri, quando sint dati de communi consensu, idem *Ricc. collect.* 4013. & si peti potest publicatas attestationes *Capyc. decis.* 185. idem *Riccius collectan.* 2071.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusi concessa vsque ad quartam generationem, si non admittatur agnati. qui sunt in quarto gradu, an appellent.*
2 *Officiales durante officio, an, & quo iure possint negotiari, & contrahere cum subditis,*

Digitized by Google

tis,& n.8.

Et quid de iure Regni, ac reſpectu donationum alimentorum, & veſtium, ibid.

Et quid ſi ſunt perpetui ibid.& n.4 & 6.

An eis liceat ædificare, & cambia contractare, ibidem.

3 *Secretario Regni, vel S. C. & Magiſtri Actorum, & Scribis à Mandatis, quæ negotiationes prohibeantur, & Regiis Theſaurariis, aliiſque Officialibus, n. 18.*

5 *Iudex fenebrem pecuniam mutuans an punitur.*

7 *Officialis emens, & vendens non animo lucrandi, ſed bona fide, an poſſit puniri.*

9 *Statutum ſi dicat ut nemo faciat mercaturas victualium, non comprehendit vendentem victualia collecta in eius agro.*

10 *Officialis an preſumatur ditatus ex officio.*

11 *Barones, ſeù feudatarii exercentes mercaturam an amittant merces, & num. 17. vbi quid ſi fiat hoc cauſa percipiendi maiora emolumenta, ac redditus.*

Iis an poſſit interdici mercatura.

12 *Nobilitas per quæ excitata vilia emittatur.*

Mercatores vendentes eorum triticum, aliaque collecta in eorum agris, an amittant nobilitatem.

Quid ſi ipſi non emunt immediatè, ſed mediatè faciunt emptiones, & venditiones per intermedias perſonas.

13 *Agricultura, vel negotiatio an nobilitet.*

14 *Artes mechanicæ, quæ dicantur.*

15 *Militia, & nobilitas an amittatur per artes humiliores, & ſordidas, & quid in mercatura.*

16 *Ars Aromataria, vel Procuratoria, & Notariatus an ſit vilis.*

16 *Bona mercantilia an poſſint ſequeſtrari, ſi appareant eſſe Officialium.*

20 *Officialibus quæ negotiationes permittantur, aut prohibeantur.*

1 AD *num.* 15. ibi *concedatur emphyteuſis uſque ad tertiam generationem, adde Bart. in l. 1. ff. de priuileg. hered.* vbi inquit, quod niſi admittantur qui ſunt in quarto gradu, poſſunt de hoc appellare. *Add. Bart. in l. maritus, C. de procur. verſ. tenentiſi, colum. 2. in fin. Auctor noſter in deciſ. 292. num. 23.*

2 Ad *verſ. item officialis durante officio nec poteſt emere, nec vendere*, nota, quod licet de iure antiquo digeſtorum officiali ſit permiſſa contractatio, & negotiatio, etiam cum ſubditis, quando ſunt perpetui officiales, per *text. in l. Preſidis ff. ſi cert. pet. l. principalibus, ff. eod. vbi Bart. & ſcrib.* tamen per *text. in l. vnic. C. de contract. iudic.* eis indiſtinctè videtur interdicta, imò nec donationes accipere, nec emere mobilia, vel immobilia, ibi *quarumcumque, &c.* præter eas, quæ ad alimoniam, vel veſtes pertinent, etiamque penitus ædificationes interdicuntur, vt in *eod. text.* vide *Dom. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 3. §. 7. num. 3. de generali viſitatione huius Regni, & Dom. I. C. Io: Baptiſt. de Thoro* in ſua ampliſſima, ac ſolemni *addit. ad eundem de Ponte, et Afflictum noſtrum in Coſt. Regni, & in pragm. 1. tit. de mercator. pragm. 12. §. 2. & 5.* vbi indifferenter omnibus officialibus maioribus, minoribus, etiamq; huius Regni Secretario, ac Secretario, S. R. C. Auctorumue Magiſtris, Scribiſque à Mandatis merces, negotiationes, ac cambiorum contractationes, ac cambiorum contractationes ſunt prohibitæ hoc idem ſtatuitur per *cap. Regni 38. de anno 1507. fol. mihi 61. et in conſt. tit. de prob. curial. commerc.* ratione ſue aſſignat Reg. Rouit. *in prag. 1. de mercatur. off. prohib.* quæ iura videntur eſſe conformia cum *d. l. vna*, quæ indiſtinctè loquitur 4 licet iura ſupra citata ſupradictæ *l. principalibus, et d. l. Preſidis*, diſponam contrarium, tamen intelliguntur, & loquuntur de officialibus perpetuis, ſicut in *l. Caius, ff. de vſur.* & cum *d. l. vnic.* videtur concordare *text. in l. quis quis, C. ſi cert. petat.* vbi Iudex fœnebrem pecuniam mutans pœna plectetur, quæ adhuc videtur contraria, *gloſ. vt de ſubdito mutuante ad corrumpendum, etc. Carauita* vero limitando quæ diſponũt Regni iura ſuper *Rit.* M. C. *in 7. Rit.* in ordine, etiam ait, hoc non habere locum 6 in officialibus perpetuis, at ſecus in temporalibus, hoc idem confirmat *de Thoro loc. ſupracit. ad* Reg. *de Ponte per deciſ. Oſaſcb. Cacher. ſen. Ped. 144. num. 13. Dom. Philipp. Paſchat. in tract. de virib. patr. poteſt. cap. 4. lib. 1. num. 10.* fallit etiam in officialibus 7 mentibus, & vendentibus bona fide, non animo lucrandi, *Dec.* in caſibus allatis per eum remiſſiuè, vbi ponit limitationes 8 ſupra *cit. pragmat.* & ſtatutum vt nemo exter faciat mercantias victualium, non 9 comprehendere vendentem victualia collecta in eius agro, *Dec. conſ. 476.* de aliis verò limitationibus videas apud *Philipp. Paſcal. de vir. patr. poteſt. in loc ſupra cit. nu. 10. cum ſeqq.* & apud *Peregrin. de iure fiſci lib. 4. tit. 7.* & quid in aduocatis, videas eundem *Paſcal. vbi ſupra*, & nouiſſimè apud *Nouar. in collect. pragm. Regni, collect. pragm. Regni, collect. 130. rubr. de mercat. off. prohib.* & nouiſſimè ſuper diſpoſitione ſupradictæ *pragm.* videas *collect. Dom. Ricc. in poſthumæ part. 94 196.*

10 Offi-

Digitized by Google

10 Officialis an præſumatur ex officio ditatus, idem *Reg. de Ponte loco ſupra cit. nu. 2. Dec. in cit. conſ. 476. & de Tboro in addit. ad eundem de Ponte n. 2.* vbi citat alios ad rem hanc.

11 Barones, ſeu feudatarii mercaturam exercentes an mittant merces, & ſi eis poſſit interdici mercatura. *tenet*, eſt in *l. 3. C. de commerc. & mercatorib. Alciat. de præſumpt. regul. 1. 2. præſumpt. 48. Preſid. de Franch. dec. 128. & 150. Strac. de mercat. part. 2. num. 18. & 10.* vnà cum allatis per *Philip. Paſchal. in cap. 1. part. 4. num. 44. 48. 49.* idem affirmantem, vbi quærit quæ ſunt vilia exercitia, per quæ nobilitas amittatur.

12 & quid de mercatoribus vendentibus coctum triticum, aliaque collecta in eorum agris. *Guid. Pap. dec. 492.* & quid ſi ipſi nō emunt immediatè, ſed mediatè faciunt emptiones, & venditiones per intermedias perſonas. Et

13 ſi agricultura, vel negotiatio nobiliter, vel ne videas *de Anna in conſ. 34. Gratian. in diſcept. faren. diſcept. ſeu ca. 976. num. 5. vbi ſi deſiſtat quis a mercatura* (inquit) *& deindè nobiliter viuat, habetur pro nobili, & gaudet priuilegiis nobilium.* allegat eundem *Guid. Pap. deciſ. 391. & Tiraq. de nobilit. cap. 27. n. 5. Meſuer. de collect. Rebuff. de mercat. &* alios, & artes mechanicæ quæ dicentur, conſulas apud eundem *Paſcal. loco*

15 *ſupra cit.* & nouiſſimè apud *Io. Petr. Fontanel. in dec. 292.* vbi quærit ſi militia, & nobilitas amittantur per artes humiliores, & illarum exercitium, & quid in mercatura.

16 An ars aromataria, vel procuratoria, & notariatus ſit vilis, latè defendit *Dom. Reg. Rouit.* quod non in *pragmat. comunes. in rubr. de procur. num. 5. cum ſeqq. & idem Paſcal. vbi ſupra d. num. 52. cum ſequentibus.*

17 Tamen limitat ſupradictum de Baronibus idem Reg. *Rouit.* ſi fit hoc cauſa percipiendi maiora emolumenta, ac redditus, vt in *tit. prag. de offic.*

18 Quid in Regio theſaurario, & quid in officialibus, idem *Rouit. in d. pragm. 1.* & ſi

19 bona mercantialia poſſint ſequeſtrari, quanto apparent eſſe officialium, videas *de Tboro in addit. ad Dom. Reg. de ponte, vbi num. 3.* refert deciſum in cauſa eiuſdem officialis, quod ſic, & circa negotiationes, quæ

20 eis ſunt permiſſæ, & quæ prohibitæ, videas eundem ad eandem *Addit. vbi ſupra.*

SVMMARIVM.

1 *Religioſi aduocare non poſſunt pro aliis perſonis.*

2 *Poſſunt tamen in cauſa propria, vel pro miſerabilibus perſonis Eccleſia, & conſanguineis. An poſſint exercere officium procuratoris, num. 3.*

4 *Quid ſi conſuetudine, aut ſtatuto permittatur clerico procurare pro laicis, ſiuè conſtituto in ſacris, ſiuè in minoribus Ordinibus.*

5 *Clerici ſi impetrauerint reſcriptum à Summo Pontifice de patrocinando pro laicis in cauſis, & iudiciis ſecularibus. Quid exprimere debeat pro obtinendo Regio exequatur.*

6 *Clericus prohibetur exercere officium tebellionatus.*

7 *Monachus de licentia Superioris non poteſt eſſe procurator, & aduocatus, etiam ſi id expoſcat vtilitas Monaſterii.*

8 *Monachi an poſſit tenere officia ſecularia.*

9 *An poſſit exercere tutelas, & cauſas laicorum. Et quid pro miſerabilibus perſonis.*

10 *Venetiis quid in hoc ſeruetur, recenſetur circa notariatum.*

11 *Monachus an poſſint eſſe procurator generalis perſonæ ſecularis.*

12 *Clericus negotiator eſt fugiendus tanquam peſtis.*

13 *Hoſti conſanguineo licet alimenta præbere. Sanguinis ratione plura permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, ibid.*

14 *Filius poteſt præſtare alimenta patri bãdito.*

15 *Receptãs bannitum per vim non punitur. Et quid ſi præ timore, n. 22.*

16 *Receptans bannitum an puniatur pœna ſtatuti, niſi probetur ſcientia banni.*

17 *Aſſociatio cum bannitis præſumitur potiùs caſualis, quam doloſa, & liberata.*

18 *Pœnæ contra receptantes, & non capientes bannitos, & contra Barones, & Officiales in Regno recenſentur, & in ſtatu Eccleſiaſtico.*

19 *Pœnæ ſtatutæ contra receptantem bannitum, an locum habeant contra receptantem bannitum conſãguineum, & affinem, aut filium in Regno, ac Senix, & n. 21.*

20 *Eximens dilinquentem à manu Curiæ, qua pœna plectatur.*

23 *Victus an debeat condemnari in expenſis ad beneficium victoris conſanguinei.*

24 *Salarium patrocinii, & procurationis cenſetur remiſſũ ratione cõſanguinitatis.*

25 *Conſanguineus poteſt occidere raptorem conſanguineæ.*

26 *Conſanguineus poteſt allegare exceptionem infirmitatis abſentiæ, & clericatus.*

17 *Teſtes conſanguinei an admittantur ad deponendum, & præſertim in cauſa matrimoniali.*

28 *Legatum à coniuncto potiùs cenſetur intuita perſona, quã Eccleſiæ.*

29 *Legatum factum ad miniſtratoribus ciuitatis, an ciuibus omnibus, vel ſolum admini*

Digitized by Google

ſtratoribus cenſeatur relictum.

1 A D *num.* 16. videlicet, quod religioſi aduocare non poſſunt pro aliis perſonis, ſic diſpoſitum per Regias Pragmaticas Regis Ferdinandi I. per aliam de anno 1598. & per *Regni Conſt. Aduocatos, tit. de præſtat. ſacram.* limitatur ſi pro cauſa propria, vel pro miſerabilibus perſonis, Eccleſia, & conſanguineis poſtulauerint, vt in *cap. vnic. ext. de poſtuland.* & per *gloſ. in ead. Cauſ. ſupra cit. in.* 3. *in verb. clericos, & in* 3 *verb. aduocatos*, etiam pro coniunctis, & conſanguineis, idem *Rouit. in pragm.* 24. *in tit. de offic. S.R.C. & Top. Super Conſt. Regni, Auocatorum*, nec procurationem exercere poſſunt, *Hoſtienſ. tit. de poſtul. num.* 7. 4 *in fin. Ballaner. c.* 1. *num.* 7. *tit. eod. Addent. ad Molin. in verſ. aduocatus, num.* 22. vbi nec per conſuetudinem, nec per ſtatuta hoc fieri poſſe, vt pro laicis clerici procurent in ſacris ordinibus conſtituti, quod etiam in minoribus ampliatur, vt apud eandem *gloſ.* 5 *vbi ſupra*, & ſi impetrato reſcripto a ſummo Pontifice de patrocinando pro laicis in cauſis, & iudiciis ſecularibus, & producto reſcripto pro Reg. *Exequatur*, obtinendo, quo obtento nulla facta mentione in eo de Reg. Pragm. vt ſupra, hoc vetante, an ſit valida licentia. Refert fuiſſe deciſum in S.C. *Dom. Reg. Sanſelic. in ſua dec.* 12. *part.* 1. 6 negatiuè, ſi etiam prohibetur clericus à tabellionatus officio, *cap. ſicut ne cleric. vel monach.* neque monachus de ſuperioris licẽ- 7 tia poterit eſſe procurator, & aduocatus etiam Monaſterii expoſcente vtilitate, *cap. Monachi* 16. *q.* 1. *Goffred. in ſum. de poſtu. in §. repulluntur ab aduocatione, verſ. monachi autem*, & an poſſint tenere officia 8 ſecularia, videlicet iudicium aſſeſſorum, notariorum, procuratorum, &c. & ſi poſſint, vel ne tenere cautelas, & eſſe exequutores 9 laicorum, *Ioan. Petr. Fontanell. deciſ.* 190. 191. & quid pro miſerabilibus perſonis 192. 10 *idem Fontanell.* licèt Venetiis contrarium ſeruari teſtatur *gloſ. in Conſtit. Regni, Inſtrumentorum robur. lin.* 44. *col.* 2. *in verb. inſtrumentorum robur.* circa notarium, & finaliter circa clericos aduocatos, videas *Dom. Ric. in collect.* 4226. *in* 9. *par. poſthuma* ſuper *text. in l. aduocati, C. de aduoc. diuerſ. iu-* 11 *dic.* & an poſſit eſſe procurator generalis alicuius ſecularis perſonæ, *Bald. dec.* 112. 12 & negotia ſecularia num poſſit tractare, & clericus negotiator tanquam peſtis eſt fugiendus *Guid. Pap. dec.* 196. *Fab. dec.* 23. *tom.* 27.

13 Ad id, quod hoſti conſanguineo liceat dari alimenta ratione ſanguinis, quæ alias non permitterentur, vt in *cap. literas, de præſumpt. in gloſ. in fratrem*, de quibus etiam videas apud *Paſcal. de virib. patr. poteſt. par.* 3. *cap.* 8. *num.* 29. *cum ſeqq. & Ludouic. de Peguer. in dec.* 81. *et Carroc. tract. de loca. et conduct. vbi quæſt.* 1. *de bon. quæliber. f.* 12. ad intellectum *text. vel Procula, tract. de his, quæ ratione ſanguin. permouentur, ac præſumuntur*, ſic etiam eum receptare, de quibus apud *aſſlict. ſuper conſtit. Regni, Patres pro filiis tit. fin.* vbi ait. licere banc 14 nito patri per filium alimenta præſtari, & in *Conſtit. Pactarenorum, et in Conſtit. Pœna eorum.* & cupiosè apud *Rouit. in pragm.* 15 4. *de recept. malefactor.* ſic etiam receptans bannitum per vim non punitur *Regens de Ponte de poteſt. proreg. in tit.* 1. §. 3. *num.* 29. *idem Rouit. vbi ſupra num.* 3. *pragm.* 1. *Arnon. dialog.* 45. *Cala de modo articulandi*, §. 2. *gloſs. num.* 672. Ita ait *Menoch. de arbitr.* 16 *iud. caſ.* 344. *num.* 6. & 16. *Cotta in memorial. bannitorum receptatores, & Caball. in caſ.* 297. *centur.* 5. *reſolut. crim.* vbi etiam reſoluit de præſtantibus eis alimenta. Et ſi non probantur ſcientia, quod erat bannitus, an ſit puniendus pœna ſtatuti receptãs eum, *Paſcal. vbi ſupra part.* 4. *cap.* 3. *num.* 39. vbi citat *Signoroll. in conſ.* 145. *Cacheran. conſ.* 64. & *Menoch. de arbitr. iud. caſ.* 17 348. *n.* 15. & alios, vbi etiam aſſociationè cum bannitis prę ſumi potius cauſualẽ, quàm doloſam, & deliberatam, idem *Paſchal. nu.* 41. *per deciſ. Rot. Lncenſ. in dec.* 31. Sed hodie penitus per Pragmaticam editã ab Illuſtriſs. & Excellentiſs. Domino Prorege Duce de Medina de las Torres Principe 18 Hoſtiliani, ac Duce Sabionetæ &c. poſſunt receptari, imò emanantur pœnæ contra Barones; ac officiales eos ſtatim non capientes, quod fuit in anno 1645. in menſe Iulij propter magnam ipſorum multitudinem, imò per *Conſtit. Sanctiſſ. Papę Sixti V.* & *Sanctiſſ. Papæ Gregorii XII.* infliguntur diuerſæ pœnæ temporales, atque excommunicationis latæ ſententiæ eidem Sanctiſſimo reſeruatæ contra receptantes, fauentes, ac auxilium præſtantes bannitis in ſtatu Eccleſiaſtico, *Dom. Ric. in collect. dec.* 1528. *Nouar. in nou. iur. pontific. concluſ.* 2. *de bannit.* verum non procedit diſpoſitio huius 19 conſtit. in receptante bannitum conſanguineum, & affinem, iuxta terminos huius Bullæ, ita *Canon. Nouar. in ſum. bull. in tit. de bannit. fautor. num.* 16. vbi in aliquibus caſibus limitat Bullas, & conſtitutiones ſupradictas, vt non incurratur in ſententiam excommunicationis.

20 Eximens delinquentem à manu curiæ quà pœna plectatur, videas eundem *Rouit. nu.* 4. & *Ricc. in collect.* 586. *Super l. addictos, C. de epiſcopos. aud.* vbi diuerſimodè

fuiſ-

Digitized by Google

fuisse decisum refert. E nota quod pœna, de qua in Pragmatica supra citata 3. quæ patri, & matri interdicit, vt minimè possint
21 malefactorum consanguineum receptare sub pœna duc. 6000. concordat cum statuto. Senatum, de quo per *Angel. in cons. nobis miles*, & apud *Iaſ. in l. Barbatus, num. 19. vers. 7. ff. de offic. Prætor.* & apud eundem *Pascal. cap. 21. par. 4.* tamen hoc fuit limitatum per aliam sequentem pragmaticam.

Hæc dicta limitantur etiam apud *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 1. §. 6. de prouis. fieri solit.* primò in consanguineo,
22 secundo in vxore, tertiò in patre, & matre, aliisq; affinibus, & receptantibus, præ timore, vt supra dictum est postremo uota quod ratione sanguinis non habet locum iuris re-
23 gula, *Victum victori in expensis litis condemnari debere remittitur pœna ratione venerationis consanguinitatis*. Hec illius magni *Fabr. in suo Cod. tit de lit. expens. definit. 63.* allati à *Fontanell. in dec. Cathal. 95. num. 25.* eamdem etiam amplectente limitationem. Item salarium patrocinii, &
24 procurationis censetur similiter remissum ratione consanguinitatis, *Carroc. de loc. &*
25 *conduct.* ita etiam consanguineus potest occidere raptorem consanguineæ, *l. raptores, vbi glos. C. de Episc. & Cler. l. hæc in ea, ff. ad leg. iul. de adulter.* sic etiam imponere defensam; vt per *const. Regni, iuris gentium,*
26 *de defens.* ita etiam per consanguineos allegari potest exceptio infirmitatis, & absentiæ, & clericatus, *Præs. de Franch. decis. 329.* & arbitrio Iudicis relinquitur, an sint
27 admittendi testes consanguinei, vel ne ad deponendum, *Ricc. collect. 4101. in p. 9. posthuma*, ita consanguinei admittuntur ad testificandum in causa matrimoniali, idem *Dom Ricc. in collect. 782.*

29 *Item ad id, relicta prælatio*, adde *text. in authen. licentia, C. de Episcop. & Cler. l. tutor peritus, §. pen. ff. de excus. tutor.* & quãdo relinquitur aliquid à coniuncto, quod tunc potius intuitu personæ, quã Ecclesiæ, *Bar. eod. in loc.* & cum eo *Tiraq. in tract. de priuileg. piar. causar. in præfat. & Addent.* nouissimos ad eundem.

29 De legato verò facto administratoribus Ciuitatis, si omnibus ciuibus censeatur relictum, uel solummodo administratoribus, *Bar. in l. 2. & Salyc. in l. non plures, C. de sacros. Eccles.*

SVMMARIVM.

1 *Decedens non electa sepultura, ratione sãguinis præsumitur elegisse sepulturam consanguineorum.*
Vxor in qua sepultura sepeliri debeat per maritum, non facta electione per uxorem.
Et an, & quando tunc maritus possit mutare sepulturam, ibid.
2 *Vxor sequitur virum etiam quoad sepulturam.*
Sepeliri debet in sepultura viri, eiusq; vltimi, si plures habuit, ibid.
Sepulchrorum iura, & impensæ faciendæ in funer. ilibus, remissiuè, ibid.
3 *Pater an possit eligere sepulturam pro filio, & amicus pro amico.*
4 *Sepulturæ electio an possit fieri per pactũ, itaut non sit simonia.*
Ius eligendi sepulturam est variabile, ibid.
Et reuocabile usq; ad extremum vitæ spiritum, num. 6.
5 *Funerandi ius, siuè exhibitio omnium Sacramentorum est proprium Parochorum.*
7 *Sepulchrorum species quot sint, & eorum ius an transeat ad hæredes, & sub n. 11. an ad consanguineos, licet non sint hæredes, vel pertineat ad eos, qui sunt de familia, si nullus adsit hæres.*
8 *Sepulchrii ius non trãsit ad fidei commissarium restituta hæreditate, & an ad successores in maioratus, fiscus, emptoremq; totius hæreditatis.*
9 *Sepeliendi onus an spectet ad legitimos cognatos, vel ad donatarium defuncti.*
Et quid de expensis funeralium facientis. ib.
Hæredes scripti an cogi possint ad sepeliendum testatorem, licet hæreditatem non agnouerint.
10 *Viatores, & aduenæ possunt eligere, & tacitè præsumuntur elegisse sepulturam per administrationem Sacramentorum.*
Sepulturæ ius multum pendet ab administratione Sacramentorum, ibid.
Eius electio fieri potest, etiam tacitè, ibid.
11 *Religiosus si mortuus sit in hospitali, quo in loco debeat sepeliri.*
De sepulchris plura ibid.
12 *Sepulchrum quando est familiare, qui possint in eo sepelliri.*
13 *Sepulturæ ad probandam electionem sufficiunt testes singulares, deponentesque diuersimodè.*
14 *Decenti in hospitali absque hærede, et successore an succedat hospitale, & an possit alibi, quãm in Ecclesia S. Restitutæ sepeliri, & de priuilegio huius Ecclesiæ circa successionem.*
25 *Filius Doctoris nil debet soluere pro doctoratu, estque ceteris proponendus in examine, & in lecturis, honoribus, & ceteris dignitatibus, gaudetq; immunitate.*
Honor, qui debetur militibus veteranis, debetur etiam eorum filijs, ibid.

Quid

Quid in filio Doctoris de collegio supernumerarij, nu. 17.

16 *Quæ seruari debeant in admissione ad collegium Doctorum Neapolitanorum. Et an ea requirantur in filio doctoris eiusdem collegij.*

18 *Priuilegia Doctorum quando competant filijs eorum, eisq; gaudeant. Et an transeant ad filios bastardos ibid.*

19 *Consanguineo licet conuersari cum cõsanguineo excommunicato.*

Excommunicatus carens procuratore, cum eo nemo debet communicare, atq; confabulari, ibid.

Quid in patre cum filio, vel è contra, et in tutore cum pupillo, vxore cum marito, aduocato cum marito, aduocato cum cliente, & in Iudice occasione negotiorum, & audientiæ, ibid.

Coactus absolutè communicare cum excommunicato, non est excommunicatus, ibi.

Statutum si diceret, vt nemo loquatur cum excommunicato sub pœna excommunicationis, an locum habeat respectu excommunicati sub conditione.

20 *Percutiens consanguineum clerici an sit excommunicatus, de quo gradu consanguinitatis intelligi debeat. Et an procedat in percutiente affines clerici.*

Percutiens clericum consanguineum, aut filium causa correctionis, an incidat, in causa quis suadente *ibid.*

Et quid in percutiente clericum causa defensionis patris, vel filij, ibid.

21 *defensionis causa quod fit, nõ dicitur dolus.*

22 *Percutiens clericum quibus in casibus incidat, vel non in canonem excõmunicationis, & qui incidit an possit absolui ab alio extra Sedem Apostolicam. Et an incidat percutiens, Episcopo consentiente, ibidem.*

Perseuerans in excomunicatione per quindecim annos est suspectus de hæresi, ibi.

Percutiens, ac iniurians Episcopum an puniatur à Iudice Ecclesiastico, & an teneatur implorare brachium Iudicis secularis, vel secus, ibid.

23 *Clericum includens in aliquo priuato carcere, an incidat in sententiam excommunicationis, licet eum non tangat.*

24 *Coniunctus an admittatur ad testificandum de ætate coniuncti.*

Ad id admittitur obstetrix, & quam fidem faciant pater, & mater, & vicinus, ibi.

Liber patris an probet ætatem filij ibid.

Parochi libris status in probatione ætatis, ibid.

25 *Coniunctus quando admittatur ad testificandum pro coniuncto, tàm in ciuilibus, quam in criminalibus Et unam fidem faciant, maximè inter pariter coniunctos.*

Coniunctus præsumitur scire facta vicini, & consanguinei, ibid.

Venatio quomodo probetur, ibid.

26 *Testes qui esse possint, & qui non.*

1 AD *vers. item ratione sanguinis*, dedecens non electa sepultura, præsumitur electa sepultura consanguineorum, cui adde, per maritum mulier sepeliatur in suorum maiorum sepultura, *d. §. mulier*, & si dicta mulier velit alibi sepeliri sibi eligat sepulturam, *tex. in c. de vxore, de sepult.* & si maritus mutare velit sepulturam, vxori suæ mortuæ remedium erit, vt ipse statim mortua vxore, ei eligat sepulturam *Gemin. in §. sup. cit. mulier*, quam cautelam dat *Iordict. de arte testand. Cautel.* 4. vxor enim sequitur virum etiam quoad sepulturam,

2 estq; sepelienda in sepultura viri, imò vltimi viri, si plures habuit viros *glos. in cap. vnaquaque* 13. *q.* 4. *Alex. in l. pen. ff. de iuris d. omn. iudic. Capyc. & Addent. ad dec.* 84. & in specie *Petra ad eundem*, vbi plura circa ius sepulchrorum, & de impensis faciendis in funeralibus: pater verò an possit eligere sepulturam pro filio, amicus pro amico, videas *Gratian. in discept. for. cap.* 94.

3 *nu.* 80 81. & 82. *Dom. Ricc. in praxi for. Eccl. rer. quotid. de sepolt. eiusq. elect. in resol.* 563. & 566. electio autem sepulturæ

4 an fieri possit per pactum, vt non sit simonia, cum sit variabile hoc ius, & per pactum tale non esset, *Gratian. discept. foren.* 10. *nu.* 18. & *num.* 20. *Felin. in cap. ad audientiam il 2. num.* 9. *de rescript.* & nota, quod hos

5 ius funerandi est proprium Parochorum, sicut omnium Sacramentorum exhibitio, *clem. dudum, §. verum de sepult. & clem. religiosi, de priuileg. & excessib. priuilegiat. c. Ecclesiarum* 14. *q.* 1. & si electio sepulturæ

6 est reuocabilis vsq; ad extremum vitæ die, quod sic idem *Dilect. de arte testandi, vbi supra, cautel.* 6. *n.* 1. sepulturæ electio libera esse debet, *cap. cum liberum sit, de sepult. vbi Ricc. collect.* 658. & *in supra cit. praxi. Eccles. in resol.* 562. species sepulchrorum

7 quot sint, & ius eorum an ad hæredes transeat, an ad consanguineos, licet hæredes non sint, & si hæres nullus sit, an ad eos, qui sunt de familia, retineat, *text. in l. ius sepulchri*, C. *de relig. & sumpt. funer.* & restitu-

8 ta hæreditate ius sepulchri non transit ad fidei commissarium, *l. quia proindè, ff. ad Setusc. Trebell.* citatum à *D.* Reg. *Consil. Arias de Mesa in lib.* 2. *var. resol. cap.* 9. *num.* 14. & an transeat ad successores maioratus, an ad Fiscum, an ad emptorem totius hæreditatis, de quibus apud *Ludouic. Molin. de*

Digitized by Google

lin. de primog. lib. 1. cap. 24. num. 15. 16. 24. 35. 36. an onus ſepelliendi ſpectet ad legitimos cognatos, vel ad donatarium defun-
9 cti, etiam pro expenſis funeralium faciendis, & an ad hæredes ſcripti, licet hæreditatem non agnouerint, compelli poſſint ad ſepeliendum teſtatorem, de quibus videas apud *D. de Thoro in ſuis ſingul. vot. deciſ. in voto* 3.

10 Viatores, & aduenæ poſſunt eligere ſepulturam adminiſtrationis Sacramentorum tempore, imò tacitè præſumitur in d. tempore eorum electio quoniam hæc electio pẽdet ab adminiſtratione eorum. *Petro de Vbald. de quarta Parochiali, c. 6. c. 18. & c. 19 Butric. & Gemin. in tit. eod.* allato à *Gratian. in diſceptat. forenſ. cap. 94. num. 74. & 75. cum ſeq.* & ſi Religioſus moriatur in
11 hoſpitali, an ibi erit ſepeliendus, vel in eius Conventu, vel in Parochiali Eccleſia, vel in Cathedrali, *Boer. dec. 175.* & plura circa materiam hanc *Matheſil. in ſing. 75.* & in
12 ſepultura familiari qui in ea ſepeliri poſſint, & ad probandam electionem ſepulturæ
13 ſufficiunt ſingulares teſtes, etiam ſi diuerſimodè deponerent, *Guid. Papa dec. 554. idem Ricc. in praxi ſupra cit. reſol. 564.*
14 decedens in hoſpitali abſque hærede, & ſucceſſore, ſi ſuccedat hoſpitale, vel ne, *Præſ. de Franch. dec. 198. idem Ricc. vbi ſup. reſol. 569.* ſed hodie ſeruatur, vt Eccleſia *S.* Reſtitutæ in hac Ciuitate Neap. Maioris Eccleſiæ Cathedralis ſuccedat his perſonis decentibus abſq; ſacramentis ab inteſtato, vbi non ſunt agnati, & cognati, & hoc habet ex priuilegio antiquiſſimo, & ex poſſeſſione, vt in iis etiam decedẽtibus non electa ſepultura abſque Sacramentis, eos ſepeliendi, *Ricc. vbi ſupra, reſol. 559.*
15 Ad id, quod filius Doctoris nil debet ſolucre imò cæteris eſt anteponendus tàm in examine, quam in lecturis, & dignitatibus, & gaudere immunitate, *Paſcal. de vir. pat. pot. c. 3. p. 4.* vbi honor debitus militibus veteranis, debetur eorum filiis, idem *Paſcal. & Io: Vinc. de Anna in ſing. 216.* qui teſtatur, ſic fuiſſe ſeruatum in Almo Collegio noſtro
16 Neapol. in perſonam fui filii Fabii de Anna Reg. Conſil. qui in *add. ad Patrem eod. in lec.* ſimiliter hoc teſtatur, vbi etiam circa admiſſionem ad collegium, in qua eſt neceſſarium examinare teſtes, & probare ciuilitatem, aliaſque ſollemnitates requiſitas, ait limitari in filiis Doctorum de Collegio, vt in *ead. add. ad Patrem*, & ſic plures ſeruatum fuiſſe tàm in eius perſonam, quàm etiã aliquorum Doctorum filiorum de Collegio.
17 Sed quid in filio Doctoris ſupernumerarii, *de Franc. deciſ. 234. de Ponte de pot. Proreg. tit. 4. §. 8. de impoſ. regal. num. 54. Felin. in rub. de maior. & obed. col. 6. Bart. in l. Gallus, ff. de lib. & poſthum. idem de Anna in ſing. 261. auctoritate Afflic. in c. 5. §. et ſi clericus, not. 5. de alien. feud.* & quando priuilegia Doctorum competeãt eorum filiis, *text. in l. medicos, C. de profeſſ. & medic. lib. 10.* idẽ *Paſc. vbi ſup. nu. 3. p. 4.* an tranſeant ad filios baſtardos, vide D. *Reg. Sanfelic. in dec. 56.* vbi *n. 12.* refert fuiſſe deciſum per Reg. Collat. Conſil. Neap. ad relationem M. C. V. negatiuè, vide *Ricc. in collect. 290.*
19 Ad id quod cum conſanguineo excommunicato liceat conuerſari, adde, quod hoc idem confirmat *Abb. Panorm. in c. intelleximus, de iud. n. 6. & 7.* vbi ait, excommunicatum carere procuratore, nam nemo communicare debet cum illo, *cap. excommunicatus 11. q. 3.* quod fallit in patre cum filio, vel è contra, in magiſtro cum diſcipulo, vt in *cap. cum voluntate, & cap. fin. de ſent. excomm.* & habetur apud *D. Fabium Incarn. in tract. de ſcrut. Sacerd. in tit. de excõ. tract. 12.* in tutore cum pupillo, in vxore cum marito, in aduocato cum cliente, *d. c. cum voluntate, de ſent. excom. c. cum excõmun. 11. q. 2.* etiam in Iudice excõmunicato limitatur cauſa præbẽdi audientiam. *D. Ant. in ſum. Eccl. in §. 1. tit. de excomm. min. c. 1. §. 1.* ibi, *videtur caſus neceſſitatis*, vbi numerat alios caſus: ſimiliter coactus abſolutè communicare cum excommunicato non eſt excommun. *tex. in c. ſacris, de his, quę vi, met. cau. geſta ſunt*, ſequitur *Couarr. in c. alma mater, p. 1. §. 3. n. 9.* & alij citati per *Nonar. in ſumma Bull. in tit. de lib. impreſſ. num. 5. verſ. nam iuxta*, & dictante ſtatuto, vt nemo cum excommunicato loquatur ſub pœna excommunicationis, an habeat locũ in excommunicato ſub conditione, *Anchar. conſ. 158. incip. Narratis.*
20 Ad id, quod ait *Affl.* poſt *n. 17.* ibi, licet regulariter percutiens laicum non ſit excõmun. tamen percutiens eius cõſanguineum eſt excommunicatus, nota quæ hoc ſolum intelligitur in caſu ſpeciali de quo loquitur *tex. in d. c. ſciant cit. ab eo Affl. hic* vt ex *Petr. Duenas in regula 99. ampl. 11.* qui eundem *Affl.* citat, & *Silueſtr. in ſumma in verbo excomm. & Caietan. in eod. verbo c. 34. el. 9. n. 38.* & quid in percutiente clericum conſanguineum cauſa corrigendi, an incidat in *can. ſi quis ſuadente*, dic, quod non, vt per eundem *Abb. in c. ex tenore, n. 4. de ſent. excom. c. 1.* & qvid in patre percutiente clericum filium correctionis cauſa, & quid in percutiente clericum cauſa defenſionis patris, vel filij, an incidat in excommunicationem, *Couarr. var. reſolut. c. 1. de homicid. p. 3. vnic. n. 5. Innoc. in cap. ſiuè, n. 8. Anſeri. clemen. 1. de offic. ord. regul. fallent.*

Digitized by Google

6. & rationem aſſignant *DD. in cap. ſi quis ſuadente* 17. *q.* 4. *& in l.* 1. *ff. ad legem Corneliam, de Sicar.* quod ſit defenſionis cauſa non dicitur dolus, & ſine dolo nemo puniri
21 *Crauett. in conſ.* 2. *nu.* 15. percutiens
22 clericum quando non incidat in canonem excommunicationis, videas *D. Anton. in citata ſumma, in tit.* 24. *de excommun. cõtra inijcientes manus viol. in perſon. Eccleſiaſt. c.* 1. *ſi quis ſuadente, §.* 2. *notab.* 4. vbi ſexdecim numerat caſus, & *R. D. Fabium Incarn. loc. cit. tit. eod. tract.* 12. vbi quatuordecim numerat caſus, quorum abſolutio ſpectat ad Sanctiſſimum tantum, & ad Epiſcopum ſolum, & per eundem *D. Anton. vbi ſupra d. c.* 1. *§.* 3. *not.* 5. *& Canon. Nouar. in cit. bull. in tit. de clerici percuſſione, nu.* 38. *cum ſeqq.* vbi an poſſit quis abſolui per procuratorem, & ſi conſentiente Epiſcopo, percutiens clericum incidit in dicti canonis ſententiam, videas eundem in *verbo clerici percuſſio*, per *tex. in cap. ſignificaſti, extra de foro comp.* & perſeuerans in excommunicatione an ſuſpectus eſt hæreſis, *Papon. q.* 15. *c.* 18. *nu.* 7. *& Ricc. in collect.* 310. *&* 1961. & ſi eo permittente percuſſerit, affirmatiuè apud *Iaſſre. dec.* 90. & iniurians Epiſcopum, an puniatur a Iudice Eccleſiaſtico, & an ſit brachium ſeculare implorandum *Ricc. in collect.* 1323. & percutiens à caſu nõ ex propoſito, an ſit abſoluendus, videas *Epiſcopum Iſerniẽſem in praxiſori Eccleſ. c.* 18.
23 An includens eum in aliquo priuato carcere incidit in excommunicationẽ *D. Anto. in ſupra cit. ſumma*, 3. *p. principalis, §.* 1. *notab.* 3. *tit. eod verſ. item reputatur, Ill. Marchio Reg. Tapia in C. ius. Regni, lib.* 5. *tit. de priuato carcere, tit.* 54. *ſuper cap. contra effrenatas, n.* 11. *verſ. nonò amplia.*
24 Ad id, quod coniunctus admittatur ad teſtificandum de ætate coniuncti, videas *Maſcardum in concl.* 669. *nu.* 2. vbi omnium teſtium de ætate deponentium idoneæ ſunt obſtetrices, quæ interfuerunt in partu, & hanc eſſe ait indubitatam probationem; ſic etiam pater, & mater faciunt ſemiplenam probationem de ætate probanda, & admittuntur in teſtimonium, ita apud eundem *Maſcard. loco cit. n.* 7. *&* 10. & quando non eſt eis credendum, & ſi conſanguinei, vel vicini de pueri conſanguinei, vel vicini ætate poſſint vel ne deponere, *Maſcar. vbi ſupr.* ætas pueri probatur per librum patris familias, ait *Grammat. deciſion.* 48. *&* *Petra in addit. ad eundem, num.* 3. *&* *Nouellus citatus ab eodem Grammatic. in regul.* 156. ſic etiam ait *Menoch.* ſemiplenè probare librum patris mortui circa pueri ætatem, quod ſecus apud *Verallum deciſion.* 314. *& Ant. Cioffũ in con.* 118. *n.* 8. *in ſec. volumine, Caldas in l. ſi curatorem, numer.* 35. *C. de integrum reſtitut. & de Anna in ſingul.* 278. vbi teſtatur, ſic fuiſſe deciſum per Sacrum Cõſilium in cauſa Marcelli Bozzuti, qui fuit declaratus minor ex libro patris, vt apud eundem *Petram*, qui cum alijs tenet plenam facere probationem librum patris in *addit. ad eundem Grammatic. citat. deciſion.* ætas an probetur per libros Regij Patrimonij quando numerantur focularia, videas eruditiſſimum *Marcellum Calà in tractatu de modo articulandi & probandi, num.* 177. & apud eundem *Petram ſupra cit. in numer.* 7. ex libris Parochorum probetur ætas, & ſi eis ſtandum eſt, vide *Maſcardum de probationibus volumine primo, concluſ.* 673. *& Menochium de præſumption. præſumpt.* 51. cui incumbat onus probandi minorem ætatem, eundem *Menoch. lib. eodem de præſũpt. præſumpt.* 50. *& de Anna filium in conſil.* 73, & in Regno Neapolis adeſt Regia *Pragm. ſub tit. de Parochis*, vt apud eũdem *Petram.*
25 Quando coniunctus admictatur ad teſtificandum pro coniuncto tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, nàm coniunctus præſumitur ſcire facta ſui coniuncti, ac conſanguinei, *textus* eſt in *l. octaui, ff. vnde cognati, Maſcardus in concluſion.* 408. *Gomez variar. reſolution. cap.* 12. *n.* 3. *de probation. delictor. de Franch. deciſ.* 538. vbi *num.* 3. inter pariter coniunctos, coniuncti admittuntur ad teſtificandum pro coniunctis, propter difficiles probationes, quæ haberi non poſſunt, per *textum in cap. in literis, extra de teſt. Ricc. in collectan.* 297. nam aliter veritas detegi non poſſet, *dict. cap. in literis, Follerius in pract. crimin. parte* 2. *in verbo capiant informationem, num.* 49. licet dicta eorum faciant inditia, non autem probationes plenas, ità vt delinquens veniret puniendus pœna extraordinaria, etiam cõcurrentibus aliis indiciis grauioribus idem *Dom. de Franch. cit. deciſ.* 538. *n.* 17. vbi fuit reus tortus, vide *Ricc. collectan.* 2263. quæ verò perſonæ poſſunt eſſe teſtes, quæ non
26 videas eundem *Ricc. in collectan.* 1577. & ſi teſtes ſenes præferuntur iunioribus, ſi maſculi fœminis, idem *Ricc. collectan.* 673. & ſi credendum eſt teſti familiari, ſcilicet nutrici, blaſphemiæ, vel ſeruo, idem in *collectan. cit.* 1573. & ſi poteſt teſtis torqueri idem id *collectan.* 4222. *&* 1143. & nota, quod in crimine venenationis, Iudex debet eſſe propior ad torquendum idem in *collectan.* 4222. *in verſ. infertur tertia*, & nota quod annis præteritis in Magna Curia Vicariæ in cauſa cuiuſdam muſtaris nominis Ioanna N. veneno necata per eius vi-

Digitized by Google

virum, vbi ad probandum hoc delictum fuisse perpetratum per eius virum, inter alios testes quos Fiscus produxit, fuit quidam famulus, qui testificauit, dictum homicidium venenationis fuisse commissum per prædictum eius maritum deponẽdo de visu, quod dictus vir posuit quandam rem albam in eius paropside, vbi comedebat dicta Ioanna vxor, quæ nollens comedere, acritèr illam verberando, per vim comedere fecisset; & de verberibus apparebant contusiones in eius corpore, quod erat graue indicium, nec non constabat de corpore venenato ex recognitione facta per medicos, & si de delicto in genere, iuxta tradita per *Follerium in sua practica criminali, in verb. capiant informationem in vers. item quod sororem venenauit, & per Boss. de delict. num. 8. Gomez variar. resolut. tit. de homicid. num. 8. Plaz. in epitome delictorum, cap. 20. num. 10.* imo in hoc delicto cadauer est aperiendum ait *Iulius Clarus quæstion. 4.* etiamque exhumandum pro hoc effectu, idem *Clarus quæst. 55. Farinac. in praxi criminali de inquisitione. quæst. 2. nu. 5.* & quia hic constabat tàm per conquæstum mulieris veneiatæ, quam per depositionem famuli, & alijs indicijs concurrentibus, & indubitatis, Magna Curia Vicariæ condemnauit dictum virum ad pœnam mortis naturalis, qui fuit in foro magno huius Ciuitatis suspensus, & hoc pro executione sententiæ eiusdẽ Magnæ Curiæ foriudicationis in personã eiusdem referẽte Domino Cõmissario Iudice Marco Antonio Russino: Actuarius Tartaglia.

SVMMARIVM.

1 *Tutor consanguineus, vti suspectus, an amoueatur.*
Et quod si suspectio fuerit, propter inuentarium non confectum, ibidem.
2 *Vasallus tenetur ne defendere dominum aduersus eius fratrem & patrem.*
3 *Et desereus Dominum, & aufugiens an feudum omittat. Quid si per momentum temporis recesserit, ibid.*
4 *Existentes in pari dignitate, quis eorum præferatur.*
5 *Statuto dictante, vt nemo possit esse Sindicus, nisi teneat mille in bonis, an habens patrem, qui habet mille, possit esse.*
6 *Dignitas patris prodest ne filio; Quid in nato post adeptam dignitatem. Et quid post delictum perpetratum.*
7 *Regis filius an nuncupari possit antequam eius pater Regnum sit assecutus.*

AD *versicul. item regulariter*, ante *numer.* 18. ibi, *Tutori consãguineo datur adiũctus, & si suspectus non mouetur* adde eundem *Affictum in decis. 207. & 357. Gozadinum in consil. 17.* vbi *Vrsillus ad eundem Affictum in supra citata decisione*, & si suspictio erit, si non fecit inuentarium, an detur ei adiunctus, & an amoueatur idem *Afflict. in dict. decis. 207. & Vrsill. ad decis. 357.*

Ad vers. si sunt duo fratres habentes feudum, adde *Iacobus de Franchis in cap. quia supra dictum, in Rubrica, Quibus modis feudum amittatur*, & si vassallus teneatur
2 defendere Dominum cõtra ipsiusmet vassalli fratrem, vel patrem, vel consanguineum; adde *Clarum q. 21. in §. feudum, vers. sed nunquid*, idem *Iacobut. nu. 6. vbi supra*, & si vassallus relinquens Dominũ, & aufugiens amictat feudum, non sequuto damno ipsius Domini, videas *Addentes ad Capycium in deci. 27. n. 2.* vbi affert exem-
3 plum Magni Torquati, & si vassalli per aliquod temporis momentum recesserint nõ propterea dicendum est, Dominum mansisse indefensum si statim sunt regressuri, ideò excusantur, & si eorum vita teneatur vitæ Domini præferre, *Reg. Tapia in decis. Supremi Italiæ Senatus 23 n. 87.*

Et quãdo vassallus teneatur iuuare Dominum contra patrem, fratres, vel alios
4 consanguineos suos, & si magis debeat suã vitam ponere pro Patria, vel Principe, & an tenetur iuuare Patriam, & Principem contra proprium filium, de quibus omnibus peroptimè apud *Iserniam in tit. hic finitur lex, §. contra omnes, nu. 22. vbi glos. in lit. D. & E. cap. vnic.* & clarius habetur apud *Iudicem de Laratha in suo nouissimo Theatro feud. par. 12. in dilucidation. 102. & 100. lib. 2.*

Ad id, quod existente in pari dignitate
5 præfertur habens sobolem, addo *Philippum Paschal. in tract. de virib. patr. potest. par. 4. cap. 4. de Franch. decis. 259. & Murantam in suo aur. specul. in proœm.*

Ad id, quod extimum patris sit extimũ filii, & prodest filiis, etiam si sint plures filii, ideòque dictante statuto, vt nemò
6 possit esse Sindicus, nisi in bonis habeat mille, habens patrem, qui habet mille, potest esse Sindicus, secundum *Addentes ad Bartol. in d. l. scimus, & in l. placet, vbi Bart. in prælect. num. 42. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi extenditur ad emancipatum filium inquit, per *l. 1. §. dominus, il 2. num. 2. ff. ad Senatusçon. Syllan.* ideòq; prodest tale extimum filio, licet non emancipato, & seorsum vixerit à patre, *de Bott. ad Bart. in l. si quis duobus, C. de subst. in vers. pater, & filius, col. 3. Bald. in l. prætor, §. sed & filius, ff. de edend. Gulielm. de Benedict. in repet. c. Rainutius, de testam. in vers. mor-*

Digitized by Google

tuo itaque teſtatore,num.45. par. 2. Io:Anton.de Nigris in cap. Regni, porrecta, nu. 105.& alios, vt ab eundem *Paſchal.ubi ſupra,par.4.cap.1.num.3.* & ſi dignitas patris prodeſt filio, & an nato poſt adeptam dignitatem,*tex.* eſt notabilis in *l.ſi Senator, C.de dignit.lib.12,Couar. variar.reſol.c.8. lib.2.num.5.* & è contra ſi infamia, vel delictum patris filio noceat nato ante delictū commiſſum,idem *Couar. variar. reſolut. cap.vt ſupra*, & ſi filius Regis poteſt nuncupari natus antequam pater fuerit Regnum aſſecutus,idem *Couar.ubi ſupra*, & nota,quod in qualibet dignitate eſt inſpicienda cauſa proxima,ideoque filius, cuius pater non eſt Doctor, non inſignitur aui dignitate,*Dom.Ricc.in collect.* 2275. & ſi puniatur pœna nobilium,idē *collect.* 1609. & honeſtæ perſonæ, licet populares non ſint puniendæ pœna ignobilium,idem *collect.*664. & ſi priuilegium conceſſum collegiatis,extendatur ad ſupranumerarios de eodem Collegio,idem in *collect.* 988.

Ad *verſ.item filius feudatarii, n.*19. addas quod filius feudatarii dicitur feudatarius viuente patre, *Afflict.in Conſtit. Præſequentes* 8.*q. Anna n ſingul.*219. *Tiraquell.de primogen.q.*33.*n.*5.

SVMMARIVM.

1 *Suſpicio an ceſſet, quando Officialis eſſet pari gradu coniunctus vtrique partis litiganti.*

2 *Iniuria facta vni de agnatione, an omnibus facta cenſeatur · Et quid in iniuria facta ſocio vicino,n.eod.*

3 *Iniuria facta Procuratori cenſetur facta domino,qualiter intelligatur.*

4 *Iniuria cenſetur facta perſonæ immediatè,& quando mediatè, per exèpla oſtenditur in filio in poteſtate exiſtente, in vxore, in ſeruo,in defuncto,in marito,in clerico,in monacho.*

5 *Remittere an poſſint perſonæ præfatæ iniuriam.*

1 AD *n.*20.adde *Dom.Reg.Rouit.in prag.* 1. *de ſuſpict.Official.n.*14. vbi quando Cfficiales eſt in pari gradu coniunctus vtrique parti litiganti, ſuſpictio geſſat etiamque de iure communi,*tex.*eſt in *l. humanitatis,C.de excuſa.*at ſecus ſi inimicus, vt in eodem *verſ.ſecus.*

2 Ad id, quod iniuria facta vni de agnatione, omnibus facta iatelligatur, adde *Alex.in l.lex Cornelia,& in Addit.ad Bart. in verſ. tali delicto, col.*1. vbi iniuria facta vni de domo,cenſetur facta totæ familiæ, *Grammat.conſ.*12.*num.*27. *Surd.deciſ.*89. *num.*11.*Menoch.de arbitr.iud.caſu* 262.*n.* 4. *Baiard.ad Clarum in §.iniuria, nu.* 37. *& ſeq.* ſic etiam facta vni ſociorum omnibus facta dicetur *Mangrell.ad Bart.in d.l. Cornelia,*ita facta paſtori,cēſetur facta domino,ait *Alex.in l.item apud Labeonem,§.ſi quis ſerui,ff.de iniur. & in addit.ad Bart. ſuper eadem lege,in verſ.vlt.col.*4.ſic etiam facta vicino meo,& mihi cenſetur, *Bart.in auth.vt defunctus num.*8. *Bald.in l. ſi quis homicidiis, C.de accuſat.Gomez.variar.reſolut.cap.*6. *tit.de iniur.num.*6. *Guid.Papa deciſ.*557. *idem Baiard.vbi ſupra n.*19. ita etiam facta procuratori, & domino, cen-
3 ſetur facta, hoc intellige, quando eſt in exercitio procurationis pro ipſo domino ſecundum *Fabr.in Inſtit.tit.de iniur.num.*1. & ſic de aliis, vt apud eundem *Dom.Paſc. par.*1.*c.*10.*num.*19.*cum ſeqq.* item quando iniuria cenſeatur facta perſonæ immediatè,
4 & quando mediatè, & per conſequens ſi fit filio in poteſtate exiſtente, item vxori, item domino pro ſeruo, item defuncto, item marito pro uxore, *Viuius in dec.*167. *Gomez.de delict.vbi ſupra num.*6.*tit.de iniur.*iniuria facta Clerico ſi cenſeatur facta Antiſtiti,& ſi Monaco cenſeatur facta Abbati, vel Monaſterio, idem *Gomez.vbi ſupra num.*5.*eod.loc.* & filius an agat pro iniuria facta patri,videas *Dom.de Marin.cap.* 151.*reſpiut.quotid.num.*2.*lib.*1.& an ſolus pater illam poſſit remittere, idem in *cap.* 2.*num.*23.*vol.*1.

5 Iniuriam verò an poſſint perſonæ, quibus fuit facta, vt ſupra dictum eſt remittere *Gomez.vbi ſupra,& eundem Paſchal. loc.cit.* videas.

SVMMARIVM.

1 *Metus an ceſſet in contractu, affinibus, & conſanguineis intervenientibus.*

4 *Tacitus quis doloſe non præſumatur affinibus.& conſanguineis præſentibus.*

3 *Metus illatus conſanguineis Clerici, cenſetur illatus Clerico.*

4 *Metus qualiter eſſe debeat,& quomodò probetur*

5 *Ius vindictæ,ac quærelādi quibus cōpetat.*

AD *num.*21.adde *Maſcar.in concluſ.*4537. *de probat.* vbi contrahens affinibus, &
1 conſanguineis intervenienribus, non habere locum in eo metum,eodem ex *text.in l.tranſactione*, imo purgari metum ait *Felin.in cap. cauſam matrimonii, ext.de offic.deleg.limit.*4. *Alex.in l. ſi cum dotem,§. eo autem tempore,col. penult.ff.ſolut.matri. Couarr.in tit.de pact.§.*4.ſic etiam affinibus

inter

Digitized by Google

2 interuenientibus non præsumitur quis dolosè testatus, vel per metum affinibus, & consanguineis intervenientibus, *DD. in d. l. transactione*, *idem Mascar. in ead. concl. num. 3. Afflict. in decis. 69. num. 8. & in dec. 150. num. 16. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 126. num. 3. lib. 3. Aliciat. præsumpt. 7. reg. 3. n. 1.* & si metus illatus consanguineis
3 Clerici censetur illatus Clerico, tenet, quod sic *Capbal. in cons. 587. num. 23. lib. 4.* per *text. in cap. sciant cuncti, de elect. in 6. gloss. in Clement. 2. in verb. quomodolibet de sent. excom.* & quomodo dicatur quis prohibitus testari, videas *Vrsill. ad eundem Afflit. in prac. dec. & Iodoch. in Enchirid. par. verbo, testes impedire*, & qua pœna puniatur prohibens testari, *C. totius, tit. ff. quis aliquem test. prohib.* videas *Plotum in d. §. 44. Grammat. cons. ciuili 26.* de quo etiã præter alios, videas *Menoch. de arb. iudic. casu 334.* de importunè reuocationem testamenti procurante, videas *de Franch. in dec. 318.* metus qualiter esse debeat, & quo-
4 modò probetur *de Anna in singul. 339. & 341. Capyc. dec. 159. num. 34.* metus quando concurrit cum læsione, semper succurrit liberis, *Dom. de Marin. lib. 2. 6. 144. num. 20.*

Ad vers. item vbi plures sunt æquales ad accusandum, quis præferatur, vt num. 22. addas *decisionem Dom. de Franch. 611. Dom. Regentem Rouitum super pragmat. 8. de cõpositionib. & Ferdin.* eius filium olim Iudicem M. Cur. Vic. in criminalibus, & Secretarium huius Regni Neapolis, in eius *allegat. à num. 4. vsque ad 47. & Iudicem Philipp. Pascal. par. 2. cap. 1. num. 4. vers. vbi ij, qui præferuntur in accusando, etiamque*
5 *præferi in remittendo*, & quibus propriè competat hoc ius accusandi iuxtà *d. prag.* nouissimè apud *Dom. de Marinis resolut. quotidian. volum. 2. cap. 4.*

Ad vers. similiter si apparent duo testamenta eodem die facta, adde *Afflict. dec. 387. num. 6.* vbi quid in piis causis, & si minus solemne sit testamentum, semper præfertur pia causa, *Dom. de Thoro in addit. ad Tiraquel. de priuilegio piar. caus. in priuileg. 2.* vbi *Mantic. de tacit. & ambig. coniect. ult. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 13.* & pia causa instituta, num rumpatur testamentum, nil filio relictum titulo institutionis, *Reg. Tapia dec. S. N. C. 98. num. 11.* vbi idem *Tiraquell. priuileg. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex in quo gradu esse debeat, ad hoc vt possit recusari.*
2 *Iudex an possit recusari, ne interueniat in causa pupilli, ex quo tutoris est inimicus.*
3 *Quid si est consanguineus Prælati, an in causa Ecclesiæ possit recusari.*
4 *Iudex, si est pater spiritualis, an possit recusari.*
5 *Iudex, qui semel fuit hospitatus in domo litigãtis, vel comedit, an possit recusari.*
6 *Actor, vel reus quis dicatur in iudicio recusationis.*
7 *Iudex, qui fuit Aduocatus, an possit recusari ab illo, qui fuit suus clientulus.*
Quid accedente consensu alterius partis aduersa, ibid.
8 *Aduocatus in eadem causa iudicare non potest, sed benè in consimili.*

AD *num. 22.* quod consanguinitas facit cessare suspectionem, adde *Dom. Reg. Tapiam, & Dom. Regent. Rouitum in tit. de suspect. Official. per totum, & Fontan. in dec. Cathalon. 11. num. 3.* vbi plures causas recusationis Iudicis enarrat, & in quo gra-
1 du esse debeat, ut possit recusari, *Idē n. 6. num. 7.* & si iusta causa recusandi sit, ex quo est inimicus tutori, ne interueniat in causa
2 pupilli, & similiter si est consanguineus Prælati, an sit iusta causa recusandi, ne interue-
3 niat in causa Ecclesiæ, *Dom. de Marinis in eod. loc. supra cit. cap. 114. lib. 2. nu. 1. 2. 3. 4. & 5.* & si pater sit spiritualis, recusatur à
4 iudicando in causa filij spiritualis, & quid
5 de Iudice, qui est hospitatus in domo litigantis, vel cum eo comedit, affirmatiuè fuisse decisum pluries per Sacrum Consilium refert idem *de Marinis in cap. 190. lib. 1. nu. 5. & nu. 12.* vbi etiam per semel receptionem ad domum in mensa potest recusari Iudex, & in hoc iudicio recusationis quis dicatur actor, vel reus, qui proponit
6 suspicionē, an qui est reus in iudicio principali; *Reg. Tapia dec. Sac. Neap. Consil. 46.* vbi decisum refert, vt sit actor ille, qui proposuit recusationem, & Iudex an possit re-
7 cusari per illum, qui fuit suus clientulus, & accendente consensu alterius partis aduersæ, vt interueniat, non sufficiat, idem *Tapia dec. 40.* & aduocatus in eadem causa non
8 potest esse Iudex, sed benè in causa simili, idem *de Marinis cap. 5. volum. 1. nu. 1. & 2.*

SVMMARIVM.

1 *Solutio præsumitur facta per ebirographi redditionem.*
2 *Computi redditio an ex lapsu temporis præsumatur remissa inter socios.*
Quid in debito antiquo concurrentibus nonnullis coniecturis, n. eod.
3 *Taciturnitas quando inducat consensum, & quid in præiudicialibus.*
4 *Taciturnitas per præsentiam an habeatur pro consensu.*

5 In

Digitized by Google

1 *In compoſitionibus faciendis quæ remiſſio attẽdatur hæredis ne occiſi, an conſanguineorum?*

2 AD *nu.* 23. remiſſio debiti nunquam præſumitur, adde *Ripã in repet. legis ſi nunquam* C. *de reuoc. donat. num.* 106. *et in l. ſi eum aurum, ff. de ſolut.* & an per chirographi redditionem cenſeatur facta ſolutio, *tex. in l. pecuniæ ſolutæ, C. de ſolut. et lib. Maſcard. in tract. de probat. in concluſ.* 1324. & an redditio computorum remiſſa præſumatur ex
2 lapſu temporis inter ſocios, vel facientes cõmunitatem, diuiſionemque inde ſequuta, idem *Maſcard. in concluſ.* 1269. *num.* 9. qui diſputat in concluſione prò, & contra, & concludit vt ſpatio viginti, vel triginta annorum cenſeatur remiſſa, ſtante taciturnitate temporis, licet *Berous* in contrariam inclinauerit ſententiam in *conſil.* 191. *nu.* 39. *vol.* 1. *et Maſcard. in aliis concluſ.* 1212. 2263. vbi plura de effectibus productis per conſanguinitatem, præter enarrata hic per *Afflict.* qui in *deciſ.* 13. in debito antiquo concurrentibus nonnullis coniecturis, creditori ſolutum, ac ſatisfactum præſumatur, de quibus coniecturis, & præſumptionibus videas apud *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 135. taciturnitas autem quando
3 in præiudicalibus inducat conſenſum, videas *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 140. *num.* 58. & præſens, & tacens vbi agitur de magno præiudicio, non habetur pro cõſenſiente, *Ricc. collect.* 2082. & ſi in ſpe de futuro cenſetur facta remiſſio, *Odd. conſ.* 49. *num.* 8. *cum ſequentib. Surd. conſ.* 76. *num.* 4. *lib.* 1. *et in conſ.* 418. *num.* 22. *lib.* 3.

Ad verſ. item ratione coniunctionis, poſt n. 23. adde, quod in compoſitionibus faciendis, & gratiis obtinendis in M. Cur. potius remiſſiones conſanguineorum occiſi, quàm hæredes ex teſtamento admittuntur, *de Franch. dec.* 611. *Dom. Conſil. Scipio Theodorus alleg.* 9. citati vna cum aliis *DD. a Dom. de Marinis in lib.* 1. *reſolut. quotid.*
5 *cap.* 2. *num.* 8. vbi plures facit quæſtiones circa materiam compoſitionum vna cum aliis ad-ornatum *prag.* 8. *tit. eod.*

AD *num.* 25. *in verſ. item licet. vaſſallus*, adde *Dom. Reg. Tãp. in deciſ. ſupremi Italiæ Senatus in deciſ.* 23. *num.* 87. *ex gloſ.* communiter approbata *in cap.* 1. *in princ. quib. mod. feud. amit.* imò ſi vaſſallus hæc fecerit, certum eſt Regem obligari illum remunerare, idem in eodem *n.* 87.

Ad verſ. item, & an alienatio rei Eccleſia facta cõſanguineis præſumatur in fraudem, Ricc, *reſol.* 16. *prax. Eccleſ.* ſed inter Rectores Eccleſiarum de bonis Eccleſiaſticis licitam eſſe permutationem, *tex. in cap. hoc ius porrectum, §. ſibi inuicem* 16. *q.* 2. cum aliis iuribus allatis per *Ricc. in ead. prax. Eccluſ. reſol.* 40. & rationem aſſignat, cum ſint res ſpirituales; licet contrarium ſeruari in praxi ipſemet teſtetur in *fin. eiuſd. loci*

SVMMARIVM.

1 *Dilectio*, Sanctio *appoſita in l. pœnaliter operatur.*
Ciuis quis dicendus. Item & Ciuitatis 3.
2 *Prouincia quid ſit. Et quo tempore diſtinctæ prouinciæ.*
Villa ſub ciuitate continetur.
3 *Ius congrui in terris Eccleſiæ non ſeruatur.* 8.
4 *Ius prothomiſeos in mobilibus locum non habet.*
Et an habeat locum in fructibus pendentibus, qui inter immobilia computantur.
Fructus quando dicantur res mobilis, & quando res immobilis.
5 *Pedagia ſoluens non poteſt capi pro repreſaliis.*
Vſusfructus inter immobilia connumeratur.
6 *Redditus annui inter immobilia continentur. ſi findiù duraturi.*
7 *Ius prothomiſeos nunquid ſortiatur locum in emphyteuticis*
Et quid de feudis.
8 *Ius prothomiſeos an locum habeat clerico emente, aut vendente pro ſe ipſo.*
Lex municipalis Eccleſiæ fauens, an eam liget, niſi ſit approbata per Papam. 11.
9 *Ciuium appellatione veniunt clerici.*
10 *Leges, quæ canonibus non contradicunt, intelliguntur à Papa confirmatæ.*
12 *Bona ſtaurita nunquid cenſenda vt bona eccleſiaſtica, uel ſecularia.* 13.
23 *Stauritarii nunquid teneatur ad decimam.*
14 *Ius prothomiſeos an locum habeat in ſtatuis, & columnis, & quando.*
15 *Hortus an, & quando veniat domus appellationis*
16 *Communis res dicitur propria res. Et an poſſit de uoſtari ob delictum unius.*
17 *Fiſcus poteſt rem alienare, etiam quoad partem ſocii.*
Redimendi ius competit ſocio rei communis.
18 *Verba ſpecialia ſequentia reſtringent generalia præcedentia.*
19 *Venditione appellatione quid contineatur.*
20 *Ius prothomiſeos ita tandem locum habet, ſi concurrat preti um & conſenſus.*
Arrarum datio uendit ionem nunquid faciat?
21 *Venditio celebrata in loco, in quo non eſt res, an ſit ualida.*
Feudalis quæſtio attendit conſuetudinem loci, ub ſita eſt res.
Conſuetudo loci, ubi ſita eſt res, quando inſpicienda.
22 *Differẽtia quæ ſit inter cõtractum emphiteuticum, contractum libellarii, contractum precarii, contractus cenſualem.* 23.
24 *Conſenſus quo capiatur.*
25 *Ius prothomiſeos locum etiam ſibi delegit in contractibus locationis, & conductionis.*
Locatio ad decem annos dicitur ad longum tempus

Digitized by Google

pus, per quam transfertur utile dominium.

26 *Locatio ad modicum tempus venit locationis appellatione.*

27 *Venditio sine denunciationem facta, vbi ius congrui locum habet, an sit nulla.* 28.

28 *Dominii translatio quando possit impediri per alienationem.*

29 *In prothomiseos competit per ordinem, & quomodo.* 31

30 *Renunciatio est donatio. Et an requirat insinuationem, si ascendat ad summam ducatorum.*

31 *Cedens iura sua si postea transigit, non praeiudicat cessionario iuri suo renunciando.*

32 *Ius prothomiseos nunquid competat consanguineis bastardis.*

Bastardi iure sanguinis carent, nec dicuntur agnati, aut cognati, aut coniuncti, nec possunt arma domus ferre.

33 *Legitimatio omnem aufert maculam.*

34 *Legitimus ex bastardo nunquid ius prothomiseos habeat.*

35 *Casus, in quo destructa primitiua, duret derivatiua an dubitis.*

36 *Ius congrui quomodo inter consanguineos veniat considerandum.*

Coniunctorum appellatione in bubio qui veniunt.

37 *Feudatario alienante agnati, extraneis praeferuntur, etiam si non habeant feudum collaterale.*

Vsufruarius fundi an possit agere iure congrui contra emptorem.

38 *Locatarius ad longum tempus potest petere rem emptam iure congrui.*

39 *Iure congrui nunquid competat insolidum vicino, qui iura duplicata habet.*

Censuario ius congrui competit.

40 *Vicinus in proprietate emenda ex iure congrui nunquid usufructuario praferendus.*

Fundum vectigalem possidens ius habet congrui.

Ius congrui competit marito ratione rei dotalis.

41 *Vicinus dans vendendi licentiam vicino nunquid amittat ius congrui.*

42 *Ius congrui ex aequa partitur pluribus vicinis alienatum.*

43 *Ius congrui an cedi possit.*

44 *Vicinus propior remotiorem excludit in iure prothomiseos.*

45 *Judicium sortes an, & quando locum habeat in iure congrui.*

Sors, quot modis capiatur.

Maior natu nunquid debeat diuidere, & minor elegere.

46 *Ius congrui totum competit idoneo collateralli alios inhabiles.*

47 *Vendens an possit postea petere iure congrui quod adiacet suo fundo, quem pro parte vendiderat.*

48 *Emptor, & venditor sunt correlativa.*

Defensiones venditorem iuuantes emptorem non repellunt.

PRINCIPIVM LEGIS.

SANCIMVS A MODO. Tota haec *lex*, seu *Constitutio* diuiditur in nouem partes principales. In prima parte ponitur in quibus habet locus ius congrui; demum ponit, quibus personis per ordinem competit ius Prothomiseos, & durat vsque ibi, *Et intra* 30. *dies* & hic est secunda pars, vbi ponitur intra quod tempus liceat rem venditam petere iure congrui, & durat vsq; ibi, *Licet enim*, & hic est tertia pars, vbi ponitur, in quibus casibus non habet locū ius congrui, & durat usque ibi, *Nisi*, & est quarta pars ubi ponitur quid de contractibus simulatis factis in fraudem iuris cōgrui, durat usque ibi *Prohibemus*, ubi ponitur prohibitio contractuum, in quibus non habet locum ius congrui cum personis potentioribus, & durat usq; ibi, *Scriptum est*, & hic est sexta pars, vbi recitantur consuetudines Graecae loquentes de iure congrui, quod tempus competat istud ius congrui vicino, & durat vsque ibi, *item de Episcopo*, hic est septima pars, vbi dicitur, quid seruatur secundum legem Graecorum, quādo plures concurrunt ad petendum ius cōgrui ratione vicinitatis, & durat vsque ibi,

Si autem, hic est octaua pars, vbi ponitur quaedam decisio secundum legem Graecorum quando ad petendum ius congrui concurrunt vicini, & parentes, quis eorum praeferatur, & durat vsque ibi, *Est autem*, hic est nona, & vltima pars, vbi dicitur, quod ius congrui non competit viae publicae, nec Ecclesiae, nec Fisco, & sic de ista lege faciam nouem, §. diuisos.

Prima pars principalis subdiuiditur in duas partes. Nam in prima parte Imperator ponit regulam, videlicèt, quod volens rem stabilem alienare, in primis debet requirere parentes, & iis deficientibus socios, idest consanguineos, qui coniuncti sunt, ex aliqua parte subandi ex parte patris, aut matris; iis verò deficientibus coniunctos, & comicinos rei venditae extraneos, si ipsi volunt emere, quia ipse intendit vendere omnibus enim istis competit ius congrui ordine succesiuo, & haec pars durat vsque ibi *Sin autem, hic est secunda pars*, vbi ponitur decisio cuiusdam dubitationis, quae posset fieri. Qui si sunt plures, quibus cōpetit ius Prothomiseos, puta sint plures parentes, puta auus, pater, & mater, vel si sunt plures consanguinei eiusdem gradus vicini rei, quae venditur, an omnibus istis debeat denunciari, vel sufficiat vni tantū denunciari, dicitur hic in *text.* quod omnibus denunciari debet, hoc dicit haec prima pars.

1 Nota primò, ex *text.* ibi *Sancimus*, quod per istud verbum apparet, quod ista lex, seu Constitutio est poena vallata. Nam vbicumque hoc verbum, *Sanctio*, est appositā *in lege*, signum est, quod Constitutio illa est poenalis, secundm. *Archi. in c. statutum, in prin. de rescrip. lib. 6.*

Nota secundo ex quod text. quod ista lex de iure Prothomiseos seruatur in 5ni Pro-

tho-

Digitized by Google

thomiſeos ſeruatur in omni Prouincia, & in omni Ciuitate, quia qui omne dicit, nihil excludit, vt notatur in *l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* ſed an iſta lex debeat ſeruari in terris, & caſtris, & villis, & caſalibus, videtur, quod non, quia *text.* ſolum dicit de Prouincia, & Ciuitate. Item quia ciuis dicitur non qui ex vico, ſeu ex villa, qui ex Ciuitate oriundus eſt, vt in *auth. quib. mod. nat. offic. ſui, §. ſi quis igitur ex qualibet.* Item, quia ſub nomine Ciuitatis non contineatur ipſa Vniuerſitas. Vnde ſi Vniuerſitas eorum ſubiiciatur, interdicta, poteſt ibi celebrari ianuis apertis, & pulſatis campanis. Secus ſi interdicatur ipſa Ciuitas, quia tunc non poteſt eo modo ibi celebrari, de quo per *Archid. in c. ſi ſententia, de ſent. excom. lib. 6.* Sed in contrarium eſt veritas. Nàm Prouincia eſt,
2 quæ habet decem, vel vndecim Ciuitates, & vnum Regem, vel vnum Iudicem, vt *6. q. 3. c. ſcitote*, & *23. q. 4. cap. duo.* Item vnũ Metropolitanum, & decem, vel vndecim ſuffraganeos, vt ibidem, quo autem tempore Prouinciæ diſtinctæ fuerunt, habetur *49. diſt. cap. Prouinciæ*, & *no. Innocent. in cap. cum cauſam de probat.* Regnum iſtud Siciliæ accipiunt pro vna Pronuncia, licèt ſint multo plures Ciuitates r vt in *Conſtit. Regni de conſuet. præſer.* Et ſic clarè patet, quod Prouincia comprehendit ſub ſe Ciuitates, licèt hic expreſsè dicatur, & *in omni Ciuitate*, cum hoc ſit gratia clarioris intellectus, ſed appellatione Ciuitatis veniunt Caſtra, & Villæ. Nàm ſi Rex imponit collectam Ciuitati, videtur etiam imponere Villis ipſius Ciuitatis, quia Villa ſub Ciuitate continetur, vt eſt *gloſ.* notabilis allegans plura iura in *auth. quo mod. mat. offic. ſui, §. ſi verò, nec ciuis, C. de incol. l. non eſt, lib. 10.* & *ff. ad municip. l. quî ex vico*, & *in l. mediterraneæ, C. de ann. & trib. lib. 10.* & habetur per *Dec. in l. Ciuitas, ff. ſi cert. pet. Bart. in l. fin. C. de Sacroſ. Eccl.* & *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damn. infect.* & per *Archid. in d. cap. ſtatutum, de reſer. lib. 6. in 2. cor.* & per *Cyn. in l. etiam, C. de iur. dot.* & per *Ioan. Andr. in cap. ſi Ciuitas de ſent. excomm. lib. 6.* & per *Bart. in l. ſi hæres, in §. vicini, ff. de legat. 1.* vbi ponit quid ſit Ciuitas, quid villa, quid caſtrum, & per eundem in *extrauag. qui ſint rebell. in ver. Lombardiæ*, per *Luc. de Penn. in litibus, C. de agric. & cenſ. lib. 12.* & dicit *Bart. in l. 1. Cod. de me-*
3 *tropol.* quod illa dicitur Ciuitas, quæ habet Epiſcopum, & idem dicit *d. §. vicis*, ergò ſi appellatione Ciuitatis continentur villæ, ſuburbia, ideò domus, ſequitur, quod ius congrui erit etiam ſeruandum in caſtris, & villis, quæ ſub Ciuitate continentur.

Sed iuxtà hoc quæro, quid de terris, & ciuitatibus Eccleſiæ, an in illis debeat obſeruari iſtud jus Prothomiſeos, certè non maximè quia Imperator non poteſt imponere legem in terris Eccleſiæ non ſubditis, notat *gloſ. in auth. quomodò oportet Epiſcopos in princ. ſub verb. gratia*, vt patet ex notatis in *c. cum Eccleſia, & cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* Sed ponamus, quod quædam ciuitas, vel caſtrum, vel villa eſt vnius Epiſcopi de Regno, & Rex eſt directus dominus dictæ ciuitatis, vel villæ an ibi debeat ſeruari iſtud jus Prothomiſeos, certè ſic, *notab. in cap. 2. de maior. & obed.* & per hoc etiam facit, quod Clericus ratione feudi conuenitur coram domino feudi laico, *tex.* eſt in *cæterũ, text. de ind. & no. in cap. uerum, de for. comp.* & per *Andr. in cap. 1. §. item ſi clericus, de cap. Corrad. & in ſpec. de feud. §. quoniam, ibi Io. Andr.* multum pulchrè.

Tertiò nota ex *text.* quod quãdo venditur bona ſtabilia, habet locum jus Prothomiſeos, in mobilibus autem non habet locum per iſtum *text.* Sed iuxtà hoc quæro,
4 quid ſi vendantur fructus pendentes; an habeat locum ius Prothomiſeos, dic, quod ſic, quia fructus pendentes inter immobili a computantur, *ff. de rei vend. l. fructuus*, & iſta litera dixit, quod ius Prorhomiſeos habet locum, ſi vendantur domus, vel ager vel vinea, vel res immobiles, ergò in fructibus pendentibus habet locũ ius congrui puta ſi vendatur frumentum in herba, vel nondum ſecatum à terra, vel vinum exiſtens in vuis nondum expreſſis, exiſtentibus in arbore. Secus ſit in palmitibus; in iis enim habet locum ius congrui: ſed ſi eſſet frumentum in meſſe, tunc cenſeretur res mobilis, ità dicit *Bald. in cap. 1. §. ſi quis hominem, de pace tenend.*

Item quęro, quid ſi vendantur in perpetuum pedagia, & guidagia, & ſalmaria, & ſimiles gabellæ, an in iſtis habeat locum ius congrui, videtur, quod ſic, quia iſta veniunt appellatione immobilium, ut patet ex notatis per *Bald. in cap. 2. de feud. cogn. & in cap. 1. quæ ſint regal.* nam iſtæ gabellæ ſoluuntur ratione ſoli publici à tranſeuntibus, vt in *cap. ſuper, de verb. ſig. & in l. 1. ff. de public.* & ſoluuntur pro ſecuritate itinerum, ſecundum *Cald. in d. c. quæ ſint regal.* vbi dicit referendo *Odofr. in auth. habita, C. ne fil.*
5 *pro patre*, quod ſoluens pedagia non poteſt capi pro repreſaliis, facit quod idem *Bald.* dicit in *cap. 1. §. conuiticulas, de pace iuram. firm.* quod colligens pedagia debet tenere itinera tuta, aliàs tenetur de roboria

Digitized by Google

tia, vel exibere malefactorem, & ibidem dicit ipſe in *cap.1.7.col.de iis, qui feud.dar. poſſ.*

Item quæro, quid ſi vendatur vſusfructus fundi, an habeat locum ius congrui, dico, quod ſic, quia vſusfructus fundi, pars fundi eſt, & conſequenter eſt res immobilis, vt *l.4.ff.di vſufr.ff. de euict. l. ſi ab emptore, ff.de legat. 2.l.cum filius, §.dominus, ff.de verb.oblig.l.qui vſumfructum, & ff.de pec.l.quam Tuberonis, §.in peculio*, & ſi concurrit, vicinus, & proprietarius, præfertur proprietarius, argu.eorum, quæ dicit *Guil.de Cun.in l.Imperatores, ff.de pact.* & facit *l. fin.C.de iur.emph.*

Item quæro, quid ſi vendantur annui redditus certi, & diù duraturi, puta venduntur iſti redditus, vel cenſus perpetui, an habeat locum ius Prothomiſeos, dic, quod ſic, quia iſti redditus inter immobilia computantur, vt *C.de iur.dot.l.fin. §. præterea*, vbi iſti annui redditus perpetui appellantur panes ciuiles, & certi, computantur inter immobilia, & hoc verbo, *panes ciuiles*, vtitur *text in d.§.præterea, & text.in l.2.circa fin. C.de pet.bon.ſubl.lib.10. & text.in l.iubemus nulli, in princ.C.de ſacroſanct. Eccleſ. vbi text.* vtitur verbo, *annonas ciuiles*, & quod iſti
6 annui redditus perpetui inter immobilia cõnumerentur, voluit *Bald.in d.cap.2.de feu. cogn.* allegans *text.in cap.quærelam, in fin.de elect.* ſed melior *text.in clem.exiui, in §. cumq; de verb.ſign.* & eſt bonus *text.* iuncta *gloſ. in verb.redditus in auth.vt ij, qui obli. ſi habere poſſ.hib.res min.* & vide *Cyn.in l.hac edictali, §.is illud, C.de ſecund. nupt.* vbi dicit, quod qui habet redditum annuum tamquam poſſeſſorem immobilium relevatur à cautione de iudicio ſiſti, vt in *auth. de non alien. circà prin.* alias autem ſi anni redditus non eſſent diù duraturi, nec certi, tunc in illis haberet locum ius Prothomiſeos, quia reputantur inter immobilia, ut conſuluit *Feder.de Sen.in conſ.12. & conſ.65.* facit *gloſ.* iuncta *text.in d.§.1.in auth.de non alien. & gloſ.in clem.1.de reb.Eccleſ.non alien. & Bald.in d. l.iubemus*, vbi dicit, quod præſtatio cenſus ſi eſt magnum tempus, vel in perpetuum dicitur quodam ius mobile abſtractum, & conſideratum de per ſe, & vide ad prædicta *Angel.in auth.ingreſſi, C.de ſacroſanct. Eccl. & in l.ſciendum, ff.qui ſatisd.cog. & Cyn.in l.ſi certis annis, C.de pact. & Io.Andr. in cap peruenit.de conſ. & Bald. in repet.l.2. verſ ſciendum autem, C.de ſtru. & aqu. & in l. libus, & in l.ſi colonus, C.de agric. & cenſit lib.11.*

7 Item quæro, an ius Prothomiſeos habeat locum quãdo venduntur bona emphyteutica, puta ego habeo unam domum emphyteuticam, & volo illam vendere, & dominus directus non vult ipſam emere, quia ſi ipſe vellet eam emere, præferretur omnibus aliis, vt expreſſè ſummat *Gul.de Cun. in d.l.Imperatores*, & patet in *d. l. fin.* an debeo obſeruare illud, quòd dicitur hic. Reſpondeo ſic, quia ex quo venditur illud vtile dominium, in illo vtili dominio habet locum ius congrui, nec diſtinguitur, an ſit emphyteuta Eccleſiæ, vel priuati, & ita videtur tenere *Dom. Sebaſt. in 1. conſuet. de iur. congr. in verſ. alicuius*, & iure iſto vtimur.

Item quæro, an iſtud ius Prothomiſeos habeat locum in feudis, videtur, quod non quia in generali appellatione bonorum non veniunt bona feudalia in *cap.ſi generalis, ſi de feud.fuerit, & in c.1. de cap. qui cur. uend.* & conſuluit *Ludou.conſ. ſuo 161.* vndè dicit *Angel. in l. ſi patro. ff. ad Trebell.* quod ſi quis ſit rogatus reſtituere hæreditatem, non veniunt bona feudalia, & emphyteutica in reſtitutione fideicommiſſi, quia vicinus non habet ius congrui, quando venduntur bona feudalia, quia alienatio non poteſt fieri vicino de re feudali ſine conſenſu Regis, vt in *Conſtit. Regni Conſtitutionem*. Vndè ſi Princeps conſenſit Titio extraneo ementi non propterea ſequitur, quod conſenſit Sempronio vicino, quia alia eſt perſona extranei, alia eſt perſona vicini, & Princeps non debet habere eum in vaſſallũ quem nollet; alias ſequeretur, quod feudum iure congrui poſſet alienari vicino ſine conſenſu Regis, quod eſt contra *d. conſtit.* & ità intelliguntur iura prælegata, ſed benè habet locum ratione ſanguinis ius Prothomiſeos, quando venduntur bona feudalia. Nàm proximior conſanguineus poterit agere iure congrui, & ille proximior venditor tenetur illi vendere, & pro hoc eſt *text.* in terminis in *c.1.§.ſed & res, per quos fiet inueſt.* & hoc etiã firmat hic *Bald.* licèt non ità clarè.

8 Item quæro, an iſtud ius congrui habeat locum in rebus Eccleſiæ, quando res Eccleſiæ venduntur, vel quando Eccleſia emit, dic, quod non, quia lex ciuilis, vel laicorum conſuetudo nihil poteſt diſponere de rebus Eccleſiæ, vt in *d.cap.quæ in Eccleſiarum, & cap. Eccleſia S.Mariæ, de conſt.* & hoc eſt de generali conſuetudine, vt latiùs de hoc dicam infrà in 9.§. *legis noſtræ.*

Item quæro, an ſi Clericus emat, vel vendat pro ſe ipſo, & non pro Eccleſia, habeat locum ius congrui. videtur, quod non, quia illud ius, quod eſt in rebus Eccleſiæ, eſt in bonis Clericorum, vt notat *Innoc. in cap. fin.ext.de vit. & honeſt.cler.* item, quia laici nihil poſſunt diſponere contrà perſonas eccleſiaſticas, vt 96.*diſt.cap.benè quidem, & in d.cap.Eccleſia, & in d.cap.fin. & C.de epiſcop.*

Digitized by Google

ſcop. & cler. auth. ſtatuimus, facit regula tradita per *Hoſtienſ. in cap. fin. de ſolut.* vbi dicit, quod lex municipalis etiam fauens Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis, non continet perſonas Eccleſiaſticas, vel Eccleſias, niſi ſit approbata per Papam, vt in *d. cap. bene quidem, & in d. cap. quæ in Eccleſiarum* ſecus in legibus Imperialibus, quia illæ [illegible]unt, etiam ſi non ſint approbatæ per Papam, dummodò ſint fauoribiles Eccleſiis, 10 *diſt. cap.* 1. & 2. & 37 *diſt. cap. ſi quidem, & de priuileg. cap.* 2. & *de nou. op. nunc. cap.* 1. *de cau. poſſeſſ. & propr. cap.* 2. & hoc expreſſe firmat *Cyn. in l.* 1. *circà fin. C. quæ ſit long. conſuet.* vbi concludit, quod conſuetudo populi non ligat Clericos, & hoc videtur tenere *Innocent. in cap. auditis, de reſt. in integ.*

In contrarium tamen videtur, quod iſta conſuetudo iuris congrui non ſit inimica Canonibus, ergò etiam eſt ſeruanda quoad Clericos, vt dicit *gloſ. in cap. cæterum, de appell.* quia appellatione ciuis comprehenduntur etiam Clerici, vt notat *Bartol. l.* 1. *ff. ad munic.* vbi dicit, quod appellatione ciuium veniunt Clerici. Item pro hoc facit
9 etiam quædam theorica *Bart. in l.* 1. *C. de Sum. Trinit.* qui dicit, quod lex municipalis diſponens per verba generalia non infringens eccleſiaſticam libertatem, ſtringit eccleſiaſticas perſonas per *cap. cum veniſſent, extr. de eo qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſeruan. & per cap. cum cauſam, de re iudic.* Item per hoc allegatur deciſio in terminis in *cap. conſtitut. de reſcript.* vbi conſuetudo ciuitatis ſuper iure congrui comprehendit etiã Clericos illius Ciuitatis & etiam ibi videtur tenere *Abb. & Cyn. in lneque C. de l. ared. inſtit.* quem refert ibi *Bald.* & hic, quod verum intelligitur *lo. de Imol. in d. cap. conſtitutus*, quatenus ius congrui reſpicit commodum Clericorum, allegat, quod notat *Io. Andr. in cap. dilecti, de for. comp. & in cap. fin. de offic. deleg. lib.* 6. & ſic videtur ſecundum opinionem *Io. de Imol* quod Clericus poſſit ab alio petere ius congrui, ſed ab eo peti nõ poſſit, & pro hoc facit quod notat *gloſ. in cap. nouiter, ſuper verb. quicunq; de iud.* vbi Eccleſia poteſt inducere legem cum pro ipſa facit, ſed eam contra ſe recipere non tenetur, 10. *diſt. c. legem.* Sed certè Clericus tunc non ſeruaret æqualitatem iuxtà ea, quæ habentur in *l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ.* & facere contra illud præceptum *Patere legem, quam tu ipſe tuleris*, dicit tamen *gloſ. in cap. intelleximus, de oper. noui nunc.*
10 quod leges, quæ canonibus non contradicunt, tanquam canones, ſunt ſeruandæ, & intelliguntur à Papa cõfirmatæ, ut in *d. c. bene quidem, & ibi Archid.* & tenet *Feder. de Sen. in conſ.* 117. & ſic clericus ligatur iure congrui, cum ius congrui non ſit contra canones, imò permiſſum, vt patet in *d. cap. conſtitutus*, & hoc communiter ſequuntur DD. & eandem opinionem firmat *d. Sebaſt. in tit. de iure congrui in conſuet. ſi Eccleſia, & in proœm. ſuper verb. tenore*, quia clerici ſubſunt Principi quoad bona temporalia, ſiue patrimonialia ipſorum, vt *C. de Epiſcop. & clericis aut. præsbyteros, & in conſt. Regni de conuen. cler. pro poſſ. quas non tenet nõ Eccl.* ſed debet clericus conueniri ſuper iure congrui coram Iudice Eccleſiaſtico, vt in *cap. ſi diligenti de for. compet.* quia actor ſequitur forum rei, & in Curia Eccleſiaſtica poterit allegari conſuetudo iuris congrui, vt dicit idem *Sebaſt. in d. rit. conſuetudine ſi Eccleſ. per notar. ex ea, ff. de poſtlimin.* licèt hoc malè ſeruetur in Curia Archiepiſcopali Neapolitana. De iſta tamen materia an
11 lex ciuilis, ſeù municipalis liget etiam clericos quoad eorum bona, videtur plenè per *D. Franciſc. de Zabar. in repet. cap. perpendimus, de ſent. excomm. & per eundem in cap. ſi ſententia, in princ. eodem tit. & in cap. fin. de vit. & honeſt. cleric. & in cap. cum venerabilis, de except. & in cap. fin. de ſolut. & in cap. dilecti de for. compet. & in cap. at ſi Clerici, de iudic. Io. de Imol. in cap. cum contingat, de iureiur. Io. Andr. in cap. tuarũ, de priuileg. & DD. in d. cap. Eccl. ſti S. Mariæ, ext. de conſtit. & in cap.* 1. *de nou. op. nunc. & Lap. alleg. ſua cit*, vbi dat intellectum ad ſupradictam theoricam, *Bart. & Bald. in l.* 1. *C. de Summ. Trin. & Oldrad. in ſua q.* 17. *& Io. And. in add. Spec. in tit. de feud. & Bald. in priuilegia, C. de ſacroſ. Eccleſ. & Luc. de Pen. in l.* 1. *in verſ. omnis genus. de condu. & procur. lib.* 11.

Subſequenter quæro an ſtauritarii, qui vendant bona ſtaurita, vel emant bona ſtaurita, habeat in illis bonis locum ius congrui.
12 Iſtud dubium dependet ab alio, an bona ſtaurita cenſeantur vt bona eccleſiaſtica, vel vt ſecularia, dicit *Sebaſt. in tit. de iur. congr. in conſuet. ſi Eccleſia*, quod bona ſtaurita dicuntur bona ſecularia, & non eccleſiaſtica, quia bona ſtaurita gubernantur per æconomos laicos, & ſeculares, vt *C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. iubemus nulli*, & pro iſta opinione vltrà eum adduco primò, quia iſta ſtaurita non eſt fundata authoritate Epiſcopi, vt in *cap. ad hæc de relig. dom. & in cap. inter dilectos, de donat.* & per *gloſ. in clem. per literas, de prab. ibi Paul. de Lea.* ergò ſunt me laicorum. Secundò, quia res Eccleſiæ debent gubernari per æconomos, qui ſunt clerici, vt in *cap. Imperatorum de iur. cal.* ſed ſtaurita gubernantur per laicos, ergò, &c.

Tertio bona ſtaurita alienantur ſine authoritate Epiſcopi, quod non poſſet fieri, ſi eſſent bona Eccleſiæ, vt in *cap.* 1. *& per tot. de reb.*

Digitized by Google

de reb. Eccles. non alien. & cap. Abbatibus 12 *q. 2. & in cap. hoc consultissimo, & in Monasteriorum de reb. Eccles. non alien.* & de hoc est *Constitutio Girardina*, de qua fit mentio *in cap. Regni.* Quartò ipsi seculares stauritarii faciunt sibi Sindicum, non Episcopus, vt in *d. cap. ad hæc, de relig. dom.* ergò censẽtur bona laicorum. Quintò, habent stauritarii collegium seculare & militare, quod non subiicitur Curiæ Ecclesiasticæ, in *cap. si quis despicit* 42. *dist.* 24. *q. 2. cap. sanè.* Sextò, Episcopus nullam iurisdictionem in ipsis exercet, nec exercet aliquam legem diœcesani, neque iurisdictionem, nec habet cathedraticum, nec quartam, nec aliquid iusta formam, *cap. conquerenti, & cap. dilectus, de offi. ord.* iuncta *clement. dudum, de sepul.* Septimò, bona stauritarum non reperiuntur in cartophilatio, ideſt in catastico Ecclesiæ descripta, vt in *cap. 1. de probat. & ibi Ant. de Butr.* ergò censentur secularia bona. Octauò, quia isti stauritarii fuerunt, & sunt in possessione à tempore, cuius initi in contrarium memoria hominum non existit, quia res eorum reputantur, vt bona laicorum, & habet vim priuilegii, vt in *cap. super quibusdam §. præterea, in glos. de ver. significat. & in cap. de præscrip. in* 6. & Do-
13 minus Rex noster Ferdinandus, dum soluere debeat decima Papalis, asseruit, quod bona stauritarum non tenentur ad soluendum, quia sunt laicorum, sed tenentur ei soluere sicut de aliis bonis laicorum. Nam Princeps iudicat in causa propria, vt in *cap. ex parte in Christo, de verb. signific. & in cap. cum venissent, de iudic.* & quod non teneantur ad decimam Papalem stauritarii, tenet *Io: de Imol. in d. clem. per literas de præb.* & dicit *glos.* quod ità extitit declaratum per Maximos Pontifices, videlicet per Clementem IV. Honorium, & etiam Bonifacium, & licèt *Lap.* aliter dicat, vt refert ibi *Io: de Imol.* tamen contrarium tenet ibi *Dom. Fran. de Zabar.* denominatio, & affectio fit ab ipso stauritarum, & non ab Ecclesia stauritarum, ergò non est Ecclesia res, vt dicit *glos. in d. clem. per literas in vers. Ecclesia.* Nec obstat, quod habent stauritarii aliquã capellam, quia ibi non est reperire cæmiterium, neque campana releuata, vt dicit *Anton. de Butr. in cap. patentibus, de priuileg. & Federic. de Sen. in cons.* 7. licèt stauritarii faciant dicere in dicta cappella, vbi solent congregari, aliquas missas peculiares pro animabus benefacientium, vt in *cap. missæ peculiares, de conse. di.* 1. ex quibus patet, quod bona stauritarum sunt secularia, & non ecclesiastica, & sic in eis habet locum ius congrui.

14 Subsequenter quæro, pone quod aliquis in domo sua habet vnam magnam columnam affixam, vel habet statuam, & vult illam vendere, an habeat locum ius congrui, videtur, quod sic, quia omnia sunt immobilia, ex quo affixa sunt terræ, patet *ff. de act. empt. l. dolia. ff. de vsu cap. l. rerum mixtura, & ff. de legat. 3. l. fidei commissaria, §. pen.* maximè si perpetuò ad vsum ædificii sunt deputata, vt in *l. fundi. in princip. & in §. Labeo, ff. de act. empt.* Nihilominus contrariũ videtur verius, si sunt separatæ ab ædificio: nàm tunc tamquam res mobiles iudicantur, per id: quod notat *glos. in d. l. fundi*, & ideò non habet locum ius congrui in istis columnis, & marmoribus, quando separantur à domo, & venduntur separatim ab ædificio.

15 Sed interum incidentèr quæro, pone quod quos habeat domũ, & illã vult vẽdere, nullus ex cõsãguineis vult emere, & iuxtà istã domũ est hortus vicini, an dominus horti habeat ius cõgrui ad domũ? videtur, quod nõ, quia res rustica, ideſt hortus, non trahit ad se rem vrbanam, ideſt domum, nisi quod est intra se, vt *ff. de actio. empt. l. fundi, in princ.* & hoc tenet *D. Sebast. in* 1. *sua consuet. de iur. cong. in verb. domum*, allegat etiam *ff. de leg.* 3. *in l. Lucius, §. collegio.* Benè tamen verum est, quod si hortus esset cum domo, coniunctus, tunc appellatione domus continentur quicquid est intrà se, videlicet affixa, & non affixa, vt claves, & claustra, & instrumenta, eum quibus clauduntur, de quo in *d. l. fundi*, & continent etiam fundum rusticum, vel vrbanum sibi adiacentem, puta balneum, hortum, vel terram sibi adiacentem, si aditus habeatur ad ipsum per domũ, & sunt insimul, de quo in *l. prædiis, §. balnea, ff. de leg.* 3. & hæc quoad tertium notabile.

Quartò nota ex *text.* ibi, *diuisam, vel indiuisam*, quod quando agitur iure congrui, non est in consideratione, an res vendita sit diuisa, vel indiuisa, & sic non consideratur an sit vnius personæ, vel plurium personarum, nàm res communis propria dici potest, vt in *l. illud, ff. de ritu nupt.* item quia res communis potest reſici inuito socio, vt in *l. si ut proponis, C. de ædific. priuat. & ff. de damn. infect. l. si reficiendo, & ff. pro soc. l. cum duobus, §. idem respondit, & in l. ad curatoris, ff. de damn. infect.* & facit *l. in re communi, ff. & ſeru. vrb. præd.* vbi res communis potest dici sua, vel mea. Et scias, quod non sine ministerio fuit ibi appositum illud verbum, *diuisam, & indiuisam*, quia si simpliciter fuisset dictum *si quis habeat domum*, intelligitur de domo propria, & non de domo communi, quia quod commune est meum est quantum ad dispositionem partis meæ, vt *l. ſerui electione, §. Labeo, de legat.* 1.

Digitized by Google

ſed quantum ad diſpoſitionem patris ſocii eſt, vt in *l.falſo,C.de com. re alie.* licèt benè valeat venditio, vt in *l.qui tabernas, ff. de contrab.empt.& in d.tit.de comm.re.alie.*

16 & pro iſta parte, quod non veniant res cõmunes patet, quia ſi dicit ſtatutum, quod domus homicidæ debeat deuaſtari; nàm ſi homicida habeat domum communem cum alio, tunc ex quo non poſſet deuaſtari pars homicidæ, niſi in læſionem conſortis non habeat locum dicta pæna, de quo per *Bart. in l.cum ager, ff.de aqu.plu.arc. & Bald.in l.1.C.qui teſt.fac.poſſ.& gloſ.in cap. ſed, & continuò, de pœnit. diſt.1. Io: And. in cap. felicis de pœn.lib.6.* & ibi etiam *Archid. in cap. ſuper ſpeculo, de priuileg.* & plenius decidit *Specul.in tit.de pœn. in rubr.* & per *Cyn.& Bald.in l.& ſi ſeuerior, C. ex quib. cau.infa. irro.& l.ſi is, cum quo, ff. com. diui.& Ludou.in l.1.§.1.ff. ad Syll.* item facit illud, quod dicitur, ſi Papa mandat Epiſcopo, vt prouideat Titio de beneficio ſpectante ad ſuam collationem; nàm non poterit prouidere de beneficio ſpectante ad collationem ſibi communem cum alio, et eſt ratio, quia per reſcriptum nunquam potest ledi perſona in eo non nominato, ut in *cap ſuper eo, de offic. dele.* vndè non poterit prouidere quoad partem alterius cum collatio beneficii ſit indiuidua, vt in *d. cap. ſuper eo*, & hæc omnia ſunt vera, niſi in fiſco, qui poteſt rem communem alienare, e-

17 tiam quo ad partem ſocii. ut in *l.1. C. de alienat.bon.com.cum fiſco, lib.10.* & nota *Cyn.in l. multum, C. de com. re. alien.* quia minus venditur re, quando pro parte venditur quàm in tota re vendatur, vt in *l. Marius, §.fin, ff. fam. erciſc.* Fallit etiam in aliis caſibus notatis per *Bart. in l.ſeruì electione, in §.Labeo, ff.de legat. 1.* propterea fuit dictum hic in *tex.* quod ſi quis habet rem communem, vel indiuiſam, & illã venit vendere, debeat requirere conſanguineos, vel vicinos ſecundum ordinem huius literæ.

Sed iuxtà hoc quæro: pone, quod quis habeat domum communem cum Titio, & ille vult vendere partem ſuam Sempronio, an ille ſocius habeat ius redimẽdi, dic, quod ſic, per notata in *cap.conſtitutus, de reſtit. in integ.* & hoc tenet *Bal. in l. in officium, C. de rei vend.* et ſi ratio ſtatuti eſt perſonalis, puta ne exeat de genere: nàm ratione perſonæ cohærentis competit ius redimendi, facit quod dicit *gloſ. in l. ſi emptione ratione, ff.de min.* quod res maiorum noſtrorum intereſt noſtra ipſas recuperare pretio oblato venditori. Vndè ſi ſunt duo habentes caſtrum commune, & vnus velit vẽdere iuriſdictionem alteri, non poteſt ad æmulationem alterius ſocii, ſecundum *Bal. in l.1.C.qui teſtam.fac.poſſ.*

Sed quæro habeo vnam domum communem, illam volo vendere Titio, quis præfertur, ſocius, vel parentes; certè parentes præferuntur per iſtum *text.* ſed iſte ſocius præfertur vicino extraneo, vt probat hæc litera ibi, dum dicit, *poſtea ſocii*, quod verbum poteſt intelligi de ſocio ratione sãguinis, & de ſocio ratione rei, nàm ſocietas obtinet vinculũ fraternitatis, *ff.pro ſoc. l.verum in prin.*

18 Quintò nota ex *text.* ibi, *alienare*, quod quando præcedit verbum generale, & poſtea ſequuntur verba ſpecialia, illa verba ſpecialia refringunt illud verbum generale procedens, ſecundum *Bart. in l. Titia, §. Lucius, ff.de legat.2.* & patet in *text.* iſto, Nam alienatio eſt verbum generale comprehendens omnem modum alienationis, per quem transfertur dominium, vt *l.1.C.de fund.dot.& l. alienationis verbum, ff. de verb.ſignific.* & tamen ius congrui non habet locum, niſi in venditione, et in conceſſione in emphyteuſim, et locatione, et ſic per iſtos tres contractus, qui ſequuntur, reſtringitur illud verbum, *alienare.* Sed opono, et imò videtur, quod illud verbum, *alienare*, comprehendat alios contractus, quàm illos tres, quia materia iuris congrui non habet locum in contractu dotis, nec in contractu donationis inter vivos, vel cauſa mortis, nec in contractu permutationis, nec in cotractu tranſactionis, ergò in non exceptuatis, regula firma manet, argumento *l.ius regulare, ff.de legi. & in l.1. ff.de regul.iur.* et ſic videtur, quod in omnibus contractibus, præterquam in prædictis exceptuatis habet locum ius congrui. Solutio diço quod ius congrui non habet locum, niſi quando venditur, vel datur in emphyteuſim, vel locator. Nec obſtat contrariũ, quia ideò illud dicit *text.* ut in dictis contractibus non habeat locum ius congrui ad tollendum fortè dubitationem, quam aliquis poſſet facere, quia appellatione ven-

19 ditionis omnis ſpecies alienationis, & permutationis continetur, ut notatur in *l.ſtatu liberis, ff. de ſtat. liber.* & ibi per *Bern.de Palamb.* et dicit *Bald.in cap.1.§.indè, de alien. feud.* quod ſi prohibita eſt venditio abſolutè, tunc omnis alienatio videtur prohibita, ut in *l.2.C.de uſu cap.pro empt.* & nota *gloſ. in l.1.in princ.per quos fiat inueſt.* ideò pro declaratione quando nomen venditionis importat omnem alienationem, & quando ſolum contractum venditionis ſciẽdum eſt, quod *gloſ. in l.fin. C. de præd. curial. lib.12* dicit, quod aut nomen venditionis profertur in materia ſingulari, et cõ-

trà,

Digitized by Google

trà ius commune, et non continentur alij contractus; aut non eſt contra ius commune, et tunc veniunt alii contractus. Tu dic clarius, aut verbum venditionis profert ab homine, aut à lege primo caſu non continentur alii modi alienationis, ut *ff. de inſt. act. l. quicunque*, §. *non tamen*, & *ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſolu. l. ſicut*, §. *ſed ſi promiſerit*, & *ff. de leg. 2. l. codicillis*, §. *inſtituto*; & *l. in quorum*, *ff. de pignor. act.* aut profertur à lege, & tunc aut in caſu, qui non regulatur ſecundum ius commune, aut qui regulatur primo caſu, aut lex non ſolùm fecit mentionem de venditione, ſed de contractatione, et nunc alii contractus continentur, vt *ff. quæ res pignor. oblig poſſ. d. eam rem*, aut ſolum mentionem fecit de venditione, et tunc non continentur alii contractus, ut in *d. l. fin. C. de præd. car.* aut fit mentio de venditione in caſu, qui regulatur ſecundum ius commune, et tunc continentur alii contractus ſi ſit identitatis ratio, ut *ff. de ædilit. edict. l. ſciendum*, §. *emptorem*, & *d. l. ſtatu liberi*, *C. ſi manſtè fuer. alien. l.* 1. ſi verò ſit ratio diuerſa, et tunc nõ veniunt alii contractus, *ff. de ædilit. edict. l. ad res donatas*, *C. de iur. emphyt. l. fin.* et ſi ex his habes intellectum huius dubij, et ad iſtam materiam vide *Bald. in l. voluntas*, *C. de fideicommiſſ.* & *Cyn. in l. fin. C. de re. alie. non alien.* & *DD. in l.* 2. *C. de uſucap. pro ẽpt.* & *in ſumm. Dom. Iacobi de Ardizo. quib. mod. feud. amitt.* §. *non ſolum prohibetur.*

30 Sexto nota ex *text.* ibi per *venditionem*, quod ius congrui habet locum, quando res uenditur, quod intelligitur concurrente re ſtabili, prętio, et conſenſu, quia iſta tria faciunt contractum emptionis, et uenditionis, ut *Inſtit. de empt.* & *vend. c.* 1. ſed juxtà hoc quæro, an oporteat, quod ad hoc ut habeat locum ius congrui, quod uenditor ſit dominus rei; dic, quod non, ſed ſufficit, quod poſſideat tempore contractus, quia, et res aliena poteſt etiam uendi ſi non ſit præiudicium uero domino, ut notatur in *l.* 1. & 2. *C. de com. rei alien.*

Item quæro, pone quod facta eſt uenditio domus, et datæ ſunt arræ, non tamen eſt ſolutum prętium, an habeat locum ius congrui? diſtingue, an datæ ſunt arræ non in ſe pagamenti, et tunc habet locum ius congrui; ſed ſi arræ ſunt datæ pro arris tantum, et tunc arrearum datio non facit venditionem perfectam, quia quando non eſt proceſſum ad traditionem rei, vel prætii, vel partis ęius, dicitur res integra, ſecundum *Cyn. in l.* 1. *C. quando licet ab empt. diſced.* & ubi eſt dubium, præſumitur data loco prętii, & arrarum, ita concludit *Cyn. in l. perfectum*, *C. quando licet ab empt. diſc.*

Sed ponamus, quod quis vendit domum pro decem, & eam tradit, & ad huc non recepit decem, an vicinus poſſit petere iura congrui? reſpondetur, quod ſi fuit habita fides de pretio, traslatũ eſt dominiũ, & perfectus eſt contractus, alias non erit translatum dominium, & conſequenter non habet locum ius congrui, ſecundum *Cyn. in l. ſi non donationis*, *C. de contrah. empt.* & *l. in ciuile*, *C. de rei vend.* Item pone, quod in terra Auerſæ fit contractus venditionis cuiuſdam domus exiſtentis in Civitate Neap. præſuppoſito quod in Civitate Averſæ non habet locum ius congrui, & Neapoli ſic, an habeat locum ius congrui? in iſta venditione videtur dicendum, quod non, quia dicit
21 *Cyn. in l.* 1. *C. de contrah. empt.* quod venditio celebrata in loco, in quo non eſt res, nihilhominus ualet: & ratio eſt quia contrahere emptionem eſt, perſonaliter ſe obligare, nec talis obligatio concernit circa locum, ut in *d. l.* 1. & *ff. de iudic. l. ſi fidei cõmiſſum*, §. *tractatum*, & poſtea ſubdit tamẽ ibi de re, quæ eſt Florentiæ, in Ciuitate iſta contrahitur ſi diverſę ſunt conſuetudines, magis inſpicitur conſuetudo loci, ubi contractus eſt initus, quàm conſuetudo, ubi eſt res, *ff. de euict. l. ſi fundus*, ubi eſt *text.* & idem videtur tenere *Cyn. in l.* 1. *C. de ſum. Trin.* & pro hoc facit *text. cum gloſ. in cap. illud*, 12. *diſt.* vbi ſervatur conſuetudo ubi factus eſt contractus. In contrarium facit dictum *Bald. in cap.* 1. *in verb. ſi qua controverſia*, *de pace conſtan.* vbi dicit, quod in feudis attenditur conſuetudo loci, vbi eſt res tantùm: undè ſi Imperator conceſſit mihi Tuſco feudum cuiusdam Caſtri Alemaniæ, videtur mihi conceſſum in conſuetudinem Alemaniæ, & ſi Alemanico concedit in Tuſcia, videtur conceſſum ſecundum conſuetudines Tuſciæ, ut ibi dicitur: & eſt ratio ſecundum eum, quia conſuetudo præſtationis, & rei præſtandæ intelligitur ſecundum locum illum, vbi fieri debet traditio, & ſolutio corporalis, ut in *l. ſemper*; *in ſtipulationibus*, *ff. de regul. iur.* & facit, quod notat *extr. de teſtam. Raynutius in glo.* & *ibi Ioan. Andr.* & idem in effectu notat *Bald. in cap. mulier*, *ſi de feud. fuer. controu.* & iſta pars eſt verior, quando conſuetudo diligit verba ſua ad bona, & ſic ligat bona exiſtentia in Civitate Neapolis, etſi ſunt extraneorum, ſivè adventum per doctrinam *Bart. in l.* 1. *vlt. chart. C. de ſumm. Trinit. per text. in l. reſcripto*, *in l. fin. C. de muner.* & *honor.* & *in l. an totum ff. de ædific. privat.* & hoc etiam firmat *Dom. Sebaſt. in d. conſuet.* quæ incipit, *Pupillus ſuper verb. bona*, & in aliis locis ibi per eum allegatis. Sed tu breviter diſtinguas, dum quæritur cuius loci con-

Digitized by Google

ei conſuetudo ſervanda ſit, quod aut eſt introducta ad litem decidendam, & tunc inſpicitur conſuetudo loci vbi eſt celebratus contractus, vt in *d. l. ſi fundus, & ff. de vſu cap. l.* 1. aut ad litem ordinandam, & tunc inſpicitur conſuetudo loci, vbi agitur, vt *ff. de teſtament. l.* 3. *§. fin.* & facit *l. Præſides, ff. de fur.* & hoc firmat *Cyn. in d. l.* 1. *C. de ſumm. Trinit. & in l.* 1. *C. de manu pignor.* & vide eundem in *l.* 1. *in ped. quæſt. C. quæ ſit long. conſ. & DD. in cap. cum veniſſent, de eo, qui mitt. in poſ. cauſa rei ſeruand. per gloſ. in d. cap. illud.* 12. *diſt.*

32 Septimo nota ex *text.* ibi, *vel emphyteuſim*, quod res ſtabilis alienatur per contractum emphyteuticum, habet locum ius congrui, vt hic. Cuius rei cauſa quæro quæ ſit differentia inter contractum emphyteuticum, & contractum libellarii, contractum precariæ, & contractum cenſualem? Reſp. contractus emphyteuticus eſt propriè contractus meliorationis: nàm *emphyteuſis* græcè, latinè, *melioratio*, quia datur res ad meliorandum, licet ſit extenſum, etiam ad res ſertiles, & melioramentum eſt ipſius conceſſionarii, vt *in auth. ſi quas ruinas, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ibi Bald.* tamen ſit vtile dominium in conceſſionarium, & directum retinetur penes dominum, & res incidit in commiſſum, ſi nõ ſoluatur cenſus infra biennium in emphyteuticam Eccleſiæ, vt in *cap. patuit, de locat.* & in priuato infra triennium, vt *inſtit. locati, §. adeò, & in l.* 2. *C. de iur. emphyt.* & poteſt etiam concedi in perpetuum, vt in *§. emphyteuſim in auth. de alienat. emphyt. & in auth. perpetua, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & idem emphyteuſi Eccleſiæ cum ſolemnitate, ſi res non eſt ſolita, alias ſi eſt ſolita, concedi, nõ requiritur ſolemnitas, licet poſtea reuertatur ad Eccleſiã, vt notatur in *c. nulli, de reb. Eccleſ. non alien. & in cap.* 2. *ext. de feud. & in cap.* 1. *de cler. qui innuſt. fecit*, & de iſta materia emphyteuſis plenè per *Specul. per infinitas quæſtiones, in tit. de locat. §. nunc aliqua*, & in locis præallegatis. Contractus libellarius, dicitur quando conceditur res
33 immobilis ſub certo annuo redditu ad viginti nouem annos ad renouandum, & dicitur quaſi contractus perpetuus, ſaluo quod finitis dictis viginti nouem annis, debet renouari contractus, ita *Dom. Andr. & Bald. in cap.* 1. *in verb. aut libellario, quib. mod. feud. amit.* & ideò dicitur contractus libellarius, quia de eo ſolet fieri breuis ſcriptura, licet interdum contractus emphyteuticus appelletur etiam libellarius ſecundum *Bald.* vbi ſupra. Contractus precariæ dicitur, quando conceditur vſque ad viginti nouem annos, ſine renouatione pro certo annuo redditu in recognitionem dominii, & dicitur precaria conceſſio, quia ad preces petentis ſolet concedi, & debet reuocari de quinquennio ad quinquennium, 10. *q.* 2. *cap. precariæ*, & notatur *in cap.* 1. *ext. de præcar.* & durat iſtud precarium uſque ad libitum cõcedentis, vel cui conceſſum eſt, vt in *d. c.* 1. *de præcar.* & eſt differentia inter præcarium, & precariam, quia precarium renouatur pro voluntate concedentis, ſed contractus, qui precaria nominatus eſt, non poteſt renocari ad voluntatem concedentis, vt in *d. cap.* 1. *de præcar.* & vide bonam *gloſ. in auth. ingreſſi, de ſacroſ. Eccleſ.* Contra-
34 ctus cenſualis dicitur, quando penes ceſſionarium tranſit utile dominium, & directum, & penes concedentem non remanet niſi ſolum illud ius percipiendi illum cenſum, de quo in *cap. conſtitutus, de relig. dom. & in l.* 2. *C. ſine cenſ. vel reliq.* & notat *Archid. in l. quæſt.* 3. *cap. quæſitum*, & notatur in *cap. bonæ, de appell.* & ſcias, quod multis modis ſumitur in iure verbum, *cenſus*: nàm primò cenſus, ideſt annua penſio, quæ Superiori de prouentibus eorum præſtatur; vndè quicquid præſtatur annuatim in quãtitate, vel ſumma, cenſus vocatur, vt in *l. ætatem, cum duab. ſeqq. ff. de cenſib. & ext. eod. tit. cap. cum olim, & cap. cum cauſa, & in d. cap. quæſitum*. Secundò cenſus accipitur pro ſubſtantia, & facultatibus, *C. de Epiſc. aud. l. de creationibus, propè fin.* Tertio accipitur pro ubi bona cenſualia cum ſumma cenſus, qui proindè debetur, ſcripta ſunt, vt *ff. de probat. l. cenſus*, notat *Luc. de Penna in rubr. C. de cenſ. lib.* 11.

35 Octauò nota, ex *text.* ibi, *locationem*, quod ius congrui habet locum in contractibus locationis, & conductionis, & ſic conſanguineus, vel vicinus repellit locatarium ſoluendo iuſtum pretiũ, ideſt iuſtam penſionẽ, vt probat iſte *text.* iuncto *§. ſeq.* ibi, *dum dicitur iuſtum pretium*. Sed quæro, an iſte *text.* loquatur de locatione ad longum tempus, vel locatione ad modicum tempus? nam per locationem ad longum tempus tranſfertur utile dominium in locatarium, *in l.* 1. *§. quod autem, ff. de ſuperfi. & in l. ſun. ff. ſi ager vectig.* notatur in *c. ad audientiam, de rebus Eccleſ. non alienand.* per locationem enim ad decem annos trasfertur vtile dominium, quia locatio ad decem annos dicitur locatio ad longum tempus, vt notatur in *l. filio, §. ſi vir quinquennium. ff ſolut. matrim.* & hoc tenet *Bart. in d. §. quod autem, & glo. in clem.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. & Dom. Franciſc. de Zabar. & ibi Lap.* 31. *allegat.* & ita concludit ſummus vtriusq; cenſuræ profeſſor *Dom. Andr. Sicul.* dictus *Barbat. in re-*

pet.

Digitized by Google

pet. fin. rubr. de reb. Eccles. non alienand. in 4. carta. per locationem verò per modicum tẽpus non trasfertur vtile dominium, ut patet in *tot. tit. ff. & C. locat.* huc præsuppositò respondetur ad quæsitum, quod iste *text.* habet locum, tàm in locatione ad longum tẽpus, quàm ad modicum, quia ista litera loquitur generaliter, non distinguendo inter locationem ad longum tempus, vel brevet; sic nec nos distinguere debemus *L. de pretio, ff. de publ. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præst.* propterea appellatione locationis intelligi-
16 tur de locatione ad modicum tempus, probatur per communem conclusionem omnium DD. in *l. codicillis, in §. instituto, de legat. 3.* vbi reprobatur *glos.* ibi quæ voluit contrarium, & illam *glos.* reprobat etiam *Bald. in c. 1. in 6. col. de his, qui fund. dar. poss. in cap. 1. vers. aut si libellario præallegato, & Angel. in l. 1. §. fin. ff. si ager vectig. & lo. de Imol. in c. ad audientiã, de reb. Eccl. non alien.* & est optima *glos. in Const. Regni, Cõstitutionem Diuæ memoriæ*, ergò iste *text.* potest intelligi de locatione ad modicum tempus, & etiam de locatione ad longum tempus, quia permissum est ius congrui in contractu, per quem transfertur vtile dominium, vt patet in præcedenti notabili, ergò etiam habet locum in contractu locationis, per quem transfertur vtile dominium.

Nonò nota, ex *text.* ibi, *non autem concedimus*, quod per istam legem restringitur libera potestas hominis in venditione rei stabilis: nam conceditur Domini rei posse cuicumque rem suam alienare per venditionem, vel emphyteusim, vel locationem, nisi prius denuncietur per ordinem in scriptis personis, de quibus dicetur sequenti nota-
27 bili, &c. modo ponamus, quod dominus rei stabilis vendidit cuidam extraneo absq; eo, quod facta sit denunciatio per venditorem illis personis, quibus competit ius Prothomiseos, an ista venditio sit ipso iure nulla quantum ad consanguineum, vel vicinũ; ità quod habeatur pro non facta, vel valeat venditio, sed ipse consanguineus, vel vicinus poterit iure congrui ab emptore, vel à venditore recuperare; prima facie videtur, quod venditio non valeat, quia prohibitio testatoris, legis, & contrahentium æquiparantur, vt in *L. non impossibile, & l. pactum, ff. de pact. & ff. de pigno. act. l. non est mirũ, C. communia, de legat. l. 1. C. de hæredi. vel act. vend. l. fin. cum similib.* quod si testator prohibet alienationem, non transfertur dominium si alienatur, *C. communia, de legat. auth. res quæ*, ergò, &c. Adde, quod si facta est prohibitio alienationis cum qualitate si fiat alienatio, illa qualitate non seruata, & sic contra legis prohitionem, non transfertur dominium, & sic non habet locum ius congrui: sed istud argumentum non est verum, prout dicit *Bald. in l. ea lege C. de condit. ob caus.* nam si est prohibita alienatio, postea si fiat alienatio contra prohibitionem, transit dominium, & valet alienatio, vt *d. l. ea lege, C. de condit. ob caus. & C. de pact. inter empt. l. fin.* fallit hoc, nisi res
18 esset prohibita alienari sub pœna applicãda certæ personæ, & pro pœna rem prohibitam alienari obligavit, & hypotecauit, tunc propter pœnam commissam advocabitur res ab emptore, secundum *Andr. in c. 1. §. sed nec est alia instior, quæst prima caus. benefic. amiss.* de quo per *Bart. in l. nemo pacisc. ff. de pact. & in l. creditor, §. quæritur, ff. de distract. pignor.* & notat *Ludou. in l. qui absenti, §. si quis possessionem ff. de acquir. possess.* de quo per *DD. in l. filius, §. diuus, ff. de legat. 1. & in l. peto, §. prædium, de legat. 2.* Item fallit secundò, nisi pactum ne alienetur, esset appositum in vim modi, seù conditionis, per *l. 1. 2. & 3. C. de condit. quæ sub modo*, secundum *Andr. in d. §. sed nec est alia.* Item tertiò fallit, nisi specialitèr convenisset, ne in emptorem transiret dominium per alienationem, vt in *l. 1. in glos. magna, ff. de donat.* secundum *Arcr. vbi supra, & Bald. in d. l. ea lege*, & ibi etiam ponit alias cautelas, per quas potest impediri translatio dominij per alienationem. Et de ista materia, an sit actus prohibitionis concernat alios, si ille actus fiat, an sit ipso iure nullus, vide per *Dom. Petr. de Anchar. in cap. quia cunctis, de conces. præb. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. in novell. & Innoc. in cap. quanto de consuet.* sequitur ergo, quod licet in *text.* nostro sit prohibita alienatio, nisi requiratur consensus consanguinei, & vicini; tamen si fiat alienatio ipsis non requisitis, transfertur dominium in emptorem, & sic ab ipso possessore petitur res vendita iure congrui, & hoc probatur *§. seq.* ibi dum dicitur, *& extraneos emptores omnino expellere* vndè contra emptorem agens iure congrui dirigit gressus suos.

Decimò nota ex *text.* ibi, *in primis, quod*
29 *competit ius Prothomiseos per ordinem.* Nã primò competit parentibus, et ipsis racitè, vel expressè renunciantibus, competit aliis consanguineis, et ipsis similiter nolentibus uti iure Prothomiseos, tunc competit vicinis omnibus concurrentibus insimul præferuntur parentes, et ubi desunt parentes, præferuntur consanguinei vicinis per istum *text.* et ubi concurrunt plures parentes omnibus, competit ius Prothomiseos. Sed si vnus non vult uti, accrescit aliis volentibus vti, argumento *l. si ex pluribus, ff. de leg. hæred. & in l. 1. C. quando non pet. pat.* Tene

menti

Digitized by Google

tamen iſtum *text.* quod conſanguinei habent aliquod ius in bonis cõſanguineorum, etiam cis viuentibus, & inuitis, ſcilicet ius Prothomiſeos.

Sed quæro, quid ſi parentes, & conſanguinei renunciant ius Prothomiſeos emptori, & vicinus non, an vicinus non poſſit petere ius congrui ab emptore? videtur, quod non, quia ſi ipſi conſanguinei petiiſſent, & habuiſſent ius congrui, vicinus non poſſet ammodo petere, per iſtum *text.* ergò eadem ratione quando conſanguinei emptori renunciant; quia per renũciationem iura ſua
30 quis perdit, & iura illius, cui facta eſt renũciatio, confirmantur, argum. *l. ſicut, §. venditionis, ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſolut.* Itẽ renunciatio, & refutatio eſt donatio, ſecundum *Bald. in l. illud, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi quærit, an requiratur inſinuatio in renunciatione, quæ aſcendit ſummam quingentorum ducatorum; & dicit quod ſic, alias eſſet ipſo iure nulla, ut in *l. fancimus C. de donat.* etiam ſi eſſet confirmata iuramento, ſecundum eum ibi. & *Bart. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſor*, de quo per *Ioan. de Imol. in cap. cum contingat, de iureiur.* & quod requiratur inſinuatio in renunciatione prædicta, voluit *Bald. in duob. conſil.* videlicet in *conſ. 75. & in conſil. 78.* Item conſẽtiens donationi rei propriæ, videtur donare, vt notatur in *l. 2. C. ſi aduer. vendi.* & notat *Bald. in l. quæ dotis, ff. ſolut. matrim & in cap. Titius, ſi de feud. fuer. controverſ.* ſed in donatione non habet locum ius congrui, vt dicit iſta *Conſtitutio in §. 3.* ergò dicendum, quod vicinus non habet ius congrui, quãdo conſanguinei, vel parentes renunciauerunt. In contrarium facit, quia renunciatio conſanguineorum non poteſt tollere ius alterius, ſcilicèt vicini exiſtens in prudenti, ideſt ſi ipſi conſanguinei volunt ius congrui, tunc admittuntur vicini: quia licet ſit verum, quod ius congrui poſſit renunciari, ſcilicet in præiudicium renunciantis, quia quilibet poteſt iuri pro ſe introducto renunciare, *l. fin. C. de pact. cum concord.* tamen nõ
31 in præiudicium aliorum vicinorum, quibus competit ius congrui ordine ſucceſſivo, vt notatur in *l. factum, ff. de regul. iur. & ff. ad Trebell. l. quidam, §. ſi quis filium*, & facit *ff. de noxal. l. electio, propè fin.* Nam in damnum alterius nemo actum exercere poteſt *l. Proculus, ff. de damn. infect. & ff. de aq. plu. arcend. l. ſi in meo*, facit quod notatur in *l. facta, §. ſi hæres, ff. ad Trebell. & ibi Ang.* quod credens iura ſua ſi poſteà tranſigit; nõ præiudicat ceſſionario, nec præiudicat ceſſionario iuri ſuo renunciando, allegat ad hoc *l. ſi partem, §. ſi per feudum, quemad. ſeruit. amit. & ff. locat. l. qui fundum.* imò nec Princeps per ſuum reſcriptum tollit alteri ius ſuum, *l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ.* & hanc vltimam partem puto veriorem. Nec obſtant in contrarium allegata, quia aliud eſt renunciare iuri congrui, aliud eſt quando quis vincit rẽ ſtabilem iure congrui, & poſteà donat, ſicut in ſimili dicimus, quod aliud eſt vendere, & aliud vendendi conſentire, vt *ff. de regul. iur. l. aliud.*

Item quæro, an conſanguineis baſtardis competat ius congrui ratione conſanguinitatis? dic, quod non, quia baſtardi non
32 habent iura ſanguinis, ſecundum *Bart. in l. fin. ff. de verb. ſignific.* Nec poſſunt dici agnati, vel cognati, vt in *l. ſpurius, ff. vnde cognat.* ſecundum *Bald. in l. in teſtamento, C. de teſtam. milit.* Nec appellatione coniunctorum continentur baſtardi, ſecundùm *Io. Andr. & Innoc. in cap. nulli, de reſcript.* Non poſſunt arma domus portare, ſecundum *Bal. in l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſtit. & l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, & tenet *Dyn. in l. cum pater, §. mater, ff. de legat. 2.* Nàm quoad eos 'egis affectio nõ extenditur, ut in *clem. 2. de baptiſm.* vbi dicitur, quod baſtardi quoad commoda, & honores non includuntur in diſpoſitione legali, et notat *Cyn. in l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt. & C. de interdict. matrim. l. libertinum.* hoc eſt verum, quod non habent lineam quoad patrem, ſed quoad matrem, ſic, ſecundum *Bald. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtament.* et faciũt quæ habentur in *cap. naturales, ſi de feud. fuer. controuerſ.* Nam vulgò concepti matri ſuccedunt, vt dicit *gloſ. in §. penult. Inſtit. ad Orfi.* et notatur in *l. ſi qua illuſtris, Cod. eod.* prædicta limita, eſſe vera, niſi baſtardi fuiſſent legitimati, quoniam legitimatio
33 tollit omnem maculam, & omnem defectũ, vt in *auth. quib. mod. nat. offic. ſui, §. ſi quis verò filios, & ius aut. quib. mod. natur. officiant legit. §. ſi quis verò*, & habentur, ac ſi legitime eſſent concepti, ſecundum *Bald. in l. Imperialis, C. de nupt. & l. Callus, §. quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthu. & Bart. in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucap.* et ſic iſtis legitimatis competit ius congrui. Secundò limita, niſi aliter ſe haberet communis vſus loquendi, qui regione verſatur, ut in *l. cum de canonis, §. aſina, ff. de feud. inſtr. & ff. de legat. 3. l. librorum. §. quod tu Gaſſius*, undè apud Iuſcos, baſtardi ſunt de domo, ità dicit *Angel. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell.* & hodie de generali conſuetudine portant arma domus, & vocantur de cognomine, ſeù de caſata, et conſequentur de generali conſuetudine competit eius ius congrui.

Sed

Digitized by Google

Sed iuxta hoc quæro, an ſi aliquis eſt natus legitimus, et naturalis, ex parentibus tamen baſtardis, an habeat ius Prothomiſeos tanquam illi de ſanguine? dic, quod non
34 quia, nulla conſequentia poteſt eſſe legitima ex radice corrupta, ſiuè ex legitimo naſcendi principio, ut *in l. fin. Cod. de natur. liber.* et notat *Bald. in l. fin. Cod. de verbor. ſignific.* vbi ſic dicitur, *quod infecta primitiua, inficitur & deriuatiua*, et idem dicitur in *auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.* faciunt pulchra verba *Bald. in cap. 1. §. & quia verſ. modo quæritur de his, qui feud. dar. poſſ.* vbi dicit, quod ratio quare nepos maſculus ex filia fœmina nõ ſuccedit in feudis, eſt quia deſtructo ordine, deſtruitur ordinabile, vt *ff. de ſeruit. ruſt. præd. l. tria prædia*, & ad privationẽ ãtecedẽtis ſequitur deſtructio conſequentis, vt *ff. de offic. eius, l. 1. §. huius rei*, & iſtis verbis vtitur etiam *Angel. in l. nec is, qui, §. hæres inſtitutus, ff. de acq. hæred.* facit, quod notat *Andr. de Iſern. in cap. 1. de vaſſal. decrept. ætat. in ſua addit.* vbi dicit, quod principali extinctu accidẽtia, & dependentia pereunt, quia origine rei ſublata, imago non relinquitur, vt *C. de lat. liber. tollend. l. 1. in princ.* facit etiam quod dicit *Angel. in l. ſi hæres pecuniam, in*
35 *fin. ff. ad Trebell.* vbi dicit nouam doctrinã negatiuam, quod non eſt dari caſum, in quo extincta funditus primitiua, durare poſſit acceſſoria, & hinc eſt quod concluditur per *Bald. in l. pactum, C. de coll.* quod filius, & hæres filiæ renunciantis eſt excluſus à ſucceſſione, ſicut eſt excluſa ipſa renuncians, de quo per *Bald. in l. quoties, C. de ſuis, & legit. & Bald. in l. fin. in 6. col. C. de pact. & in l. maximum vitium. C. de lib. præt. et etiã Petri de Anchar. in clement. 1. de baptiſm. & etiã Andr. de Iſern. in Cõſtit. Regni in aliquibus*, et de hoc ſunt quinque *gloſ. Do. Sebaſt.* loquentes de hoc, una eſt in *1. Conſtit. in verb. filiis*, alia eſt in *verb. iſti ſucceſſ.* alia in *verb. liberis*, alia in *ver. pro nepot.* alia in *verb. ex maſculis*, alia in *Conſtit. Quod autem, in verb. ad prædicta*, et iſtas remiſſiones poſui pro Neapolit. ſtudentibus.

Item quæro, an ad hoc ut conſanguineus habeat ius congrui, et præferatur vicino, requiratur, quod habeat domum, vel agrum collateralem domui, vel agro vendito, vel
36 ſufficit ſolùm eſſe conſanguineum? et videtur, quod ſufficiat eſſe cõſanguineũ: quia de iure veteris teſtamenti competebat ius congrui conſanguineo ratione ſanguinis, vt patet in *alleg. cap. 32. in Hieremia*, ibi, dum dicitur: *Ecce Emanuel filius Selim patruelis tuus veniet ad te dicens, eme tibi agrum meũ; tibi enim competit ex propinquitate, us emas*, et iſta lex trahit ſecum diſpoſitionem primi iuris, quia res de facili conuertuntur ad ſuam naturam, vel principium, vt in *l. 1. C. de impo. lucr. deſcrip. lib. 10.* Nec obſtat iſte *text.* qui dicit, *Quod in primis competit ius congrui parentibus, qui ſunt coniuncti*, quia illud verbum *coniuncti*, exponitur de coniunctione ſanguinis; quia appellatione coniunctorum in dubio, intetelliguntur de coniuncto ſecundùm naturam, & non per
37 accidens, ideſt per vicinitatem, vt notatur in *l. ſi quis poſthumus, ff. de liber. et poſthum.* In contrariũ tamen pluries fuit determinatum, ſcilicet quod ad hoc, vt conſanguineus habeat ius congrui, oportet habere rẽ collateralem, & quod rei collateralis ſit dominus, ita quod eius dominiũ habeat; ut dixit hic *Bald. in princ.* per iſta verba, videlicet: *Patet per iſtam conſtitutionem*, ibi, dum dicitur *Si quis ſubaudi maſculus, vel fœmina, in l. 1. ff. de verbor. ſignific.* per *Bart.* habetur, quod deſignat dominium, domum aggregatam, & ſic oportet, quod duo concurrant ad hoc, vt conſanguineus præferatur vicino, ſcilicet vt ſit conſanguineus, & ſit coniunctus ratione rei, & hoc non eſt ſine maxima ratione, quia tunc conſanguineus habet iura duplicata, & duo vincula vincunt unum, ideò præfertur extraneo, *Inſtit. de adopt. §. ſed hodie, l. 1. C. de edict. Diui Andr. tollend. & in auth. de conſangu. & vter. frat. in verb. melioris, in fin. ff. de inoffic. teſtament. l. nam, & ſi parentes, l. itaque, Cod. comm. de ſucceſſ.* & ibi per *Bart.* & eadem ratione dico, quod ſi concurrat unus conſanguineus, qui habeat domum vicinam iuxta domum venditam cum alio conſanguineo, qui nullam vicinitatem habet ratione rei, quod ille præfertur in iure congrui, qui habet ius ſanguinis, & ius vicinitatis, maximè ut dixi ille, qui habet ſolùm iura ſanguinis, non poteſt petere ius congrui, niſi aliter ſe haberet conſuetudo, ſicut eſt in feudis, ubi vicinitas ratione rei non conſideratur, ſed ratione ſanguinis ſic: quia ſi feudatarius vult vendere feudũ antiquum, agnati præferuntur extraneis, etiam ſi non habeat feudum collaterale, vt patet in *tit. de alienat. feud. cap. 1. ff. ſed, & res per quos fiat inueſtit. & in c. 1. in princ. de alienat. feud. pater.*

Item quæro, dixi, quod ius congrui competit dominio rei vicinæ, quæro, an uſufructuarius fundi poſſit agere iure congrui contra emptorem? dic quod non: quia res fructuaria non eſt fructuarii, ſed aliena dicitur, vt *ff. de acquir. rer. dom. l. rem in bonis, ff. de uſufruct. l. 1. & 2. ff. de adul. l. poſtulauerint, §. quæſtioni*, & ità tenet *Dom. Sebaſt. in conſtit. de iur. congr. in verb.*

Digitized by Google

alicui, vbi etiam quærit, an emphyteuta, qui habet domum emphyteuticam, poſſit petere ab emptore rem emptam iure cõgrui? & dicit, quod ſic, quia emphyteuta habet utile dominium, ut *Inſtit. locat. §. adeò*, & conſequenter ratione utilis domini, quod habet in re coniuncta, habet locum ius congrui iſto caſu. Item, quia utile dominium eſt alienabile, vt notatur in *gloſ. in verb. vendere, in l. fin. C. de contra. empt.*

Item quæro, an locatarius ad longum tẽpus poſſit petere rem coniunctam iure con-
38 grui? & dic, quod ſic, quia habet vtile dominium, ut notant *DD. in l. codicillis, §. inſtituto, de legat. 2.* facit *text. in l. 1. §. qui ſi ſuperfic.* quid autem de emphyteuta Eccleſiæ, an habeat ius congrui contra emptorẽ? dic, quod ſic, quia ratione utilis domini, quod eſt ſui, & non eccleſiæ. competit ſibi ius cõgrui, vt ſupra dixi. Non obſtat, quod habet cauſam ab Eccleſia, quæ non habet ius congrui, ergò non poteſt habere pluſquam Eccleſia habuit, argumento, *l. alienatio, ff. de contrah. empt.* quia ad hoc reſpondetur: nàm Eccleſia dedit quod habuit, & aliter quam habuit; habuit enim directò, & dedit vtiliter, ſicut diximus in vſufructu, quem dominus cauſaliter habet, & transfert formaliter. ſic intelligitur, *ff. de uſufruct. l. quod noſtrum.* Item, quia mutata perſona, mutatur cõditio rei, ut in *l. fiſcus, ff. de iure fiſci, et in l. Paulus, ff. de acq. hæred.* Itẽ, quia res profana efficitur ſacra per dedicationẽ, ut *Inſtit. de rer. diu. §. ſacræ. cũ ſeq* & iſto caſu Eccleſia transfert ius in alio modo, quã habeat, de quo in *c. 1. de iur. patr. lib. 6.*

Item quæro, quid ſi venditur domus, ab uno latere eſt domus emphyteutica Titii, qui recognoſcit in dominum directum Caium; ab alio verò latere eſt domus alia ipſius Caii, quis præferatur in iure congrui, Titius vel Caius, qui habet iura duplicata? primò, quia eſt Dñs directus domus Titii: ſecundò, quia vicinus ab alio latere, & ſic videtur prima facie per ſupradicta, quo iſte dominus, qui habet duo iura, præferatu-
39 illi Titio. In contrarium tamen eſt veritas, ſcilicèt, quod ambobus competit, quia illud ius, quod dominus directus habet in domo emphyteutica, non eſt in conſideratione quoad aduocandam rem venditam iure congrui ab emptore, immò ipſi emphyteutæ, qui habet utile dominium, competit ius agendi conditione huius legis, ut ſupra dictum eſt, & patet: quia ſi venditur domus collateralis domui emphyteutæ, emphyteuta poteſt petere ius congrui, & non dominus directus, qui non habet congruitatem, & ità concludit per plura verba *Dom. Sebaſt. in loc. prælleg.* vbi ponit ethymologiam huius verbi, *congrui*, & dicit, quod aſſumptum eſt à grauibus, quæ vadunt ſimul vna poſt aliam, & ideò dictum eſt ius congrui, ideſt ius viciniratis. Item quæro, quid cenſuario, an ei competat ius cõgrui? certè ſic, quia cẽſuarius habet vtile, & directũ, ut in *c. conſtitutus, de relig. dom.*

Item quæro, uſufructuarius vult emere proprietatem illius rei, in qua habet uſumfructum: vicinus verò petit proprietatem
40 iure congrui. Quæritur quis præferatur, dicit *Bald.* quod vicinus præfertur, per ea, quæ notat *Cyn. in l. ſi maritus, C. de inoffic. teſtam.* Sed in iſto caſu dubitatur, utrum vicinus habebit rem cum uſufructuario, an ſolam proprietatem venditam? ibi *Cyn.* quod eſſet iniquum vtrumque conſequi, quia ille emptor non debet plus conſequi, quàm venditor habuiſſet.

Item quæro, an qui habet fundum vectigalem: habeat ius congrui? & certè ſic, quia habet etiã actionẽ finiũ regũdorũ, ut *ff. arbo. ſun. ca ſa. l. cedere, §. fin.* Itẽ, quia eſt utilis dominus, & habet actionem in rem, ut in *l. 1. ff. ſi ager. vectigal.*

Item quæro, an ius congrui competat marito ratione rei dotalis? dicit hic *Bald.* quod ſic, quia maritus eſt dominus rei dotalis, *l. doce ancillam, C. de rei vend. & in l. in rebus, Cod. de iur. dot.* Sed an ſoluto matrimonio teneatur maritus reſtituere rem, quam iure congrui habuit ratione rei dotalis hæredibus vxoris? *tex.* facit, quod non in *l. vſusfructus, ff. de uſufruct.* pro quo *l. manifeſtiſſimi, §. ſed cum in ſecunda, & ibi Cyn. C. de furt.* in contrarium facit, *l. quoties, C. de iur. dot. & in l. non ſolum, eod. tit.* vide ad hoc, quod notatur per DD. in ſimili in *l. ſi verò*, quæ eſt *pen. §. 1. ff. ſolu. matr.*

41 Subſequenter quæro, quid ſi vicinus dat licentiam ipſi vicino vendendi cui velit, an iſte talis, qui dedit iſtam licentiam, poſſit poſtea agere iure congrui contra emptorem? videtur, quod ſic, quia nondum competebat vicino ius congrui ante venditionem, ergò ei quod nondũ competebat, renunciari non poteſt, ut *ff. de acqu. hæred. l. in repudianda, & l. qui ſuperſtitis, ff. de acqu. hæred. & ff. de leg. 2. l. ſi ita ſcriptum, §. ſi ſub conditione, & C. quæ res pign. oblig. l. ſpem.* Item, quia cum emptore nihil actum eſt, ergò emptor non poteſt excipere de pacto facto cũ venditore, quia res inter alios acta, &c. In contrariũ tamen eſt veritas, quia pactũ factum vẽditori prodeſt etiam emptori, vt *ff. de pact. l. ſi tibi decẽ millia, §. pact. & l. id. in duob. perſonale, & l. iuris gẽtiũ, §. pactorũ, eod. tit.* Nàm etiam pactum perſonale reſpicit eum, cui fit, & hæredes eius, & cui daret, vt in *cap. tres erant, de eo, qui fin. fra. agna.* & hoc probatur etiam per iſtam legem, quæ vult, quod debeat fieri denunciatio ſupra-

Digitized by Google

prædictis perſonis, & ipſis nolentibus emere, poteſt vendere cui vult, nec ad ius renunciatũ poterit ulterius redire, argumento, in *l. pactũ, C. de collat. & c. quamuis de pact. lib. 6. & d. cap. tres erãt.* Multò fortius hæc opinio procedit ſi pactum fuiſſet reale, puta, quia renunciatum eſſet iuri congrui. Nàm tunc videtur actum, vt nullo modo vlterius ad ius congrui admittatur argumento, *l. 1. §. quibus, ff. de ſucceſſ. edic. cum concordant. ſupra allegat.* ſed *Dom. Sebaſt. in conſtit. de iur. cong. in verb. emit.* diſtinguit, aut pactum eſt perſonale, aut reale. Primo caſu non obſtante pacto poteſt agere iure congrui contra emptorem. Secundo caſu non: ſed ſi nullum pactum interuenit; ſed ſimplex refutatio, tunc poteſt agere contra emptorem iure congrui, vt latius ibi dicitur per eum.

42 Vltimò nota, ex *tex.* ibi, quod ſi ſunt plures conſanguinei vicini concurrant in petendo ius congrui omnibus competit res empta iſto iure pro æquali portione, & eadem ratione ſunt plures vicini omnibus competit ius agendi iure Prothomiſeos ad rẽ emptam per iſtum *tex.* & fiet, diuiſio rei, vſque ad vnum palmum ſi tot ſunt vicini, vt expreſsè probat iſte *tex.* Et ſi ſunt duo, quibus competat ius congruĩ, & unus non vult exercere ius congrui aliquo reſpectu, totum ius congrui accreſcit volenti exercere iure accreſcendi per *l. 1. C. quando non paten. par.* & ità tenet *Sebaſt. in 1. conſtit. de iure congrui, in verb. domum, in fin.* & *in conſtit. ſi ex vno, in verb. unus.*

Et ex his deciditur alia quæſtio; ſcilicèt, quod ius congrui poteſt cedi, ſeù vendi, vel donari alii propinquo ratione vicinitatis rei, & tunc non venit virtute ceſſionis, ſed iure eccreſcendi, ut dicit idem *Sebaſt. in 1. conſtit. de iur. congrui, in verb. habenti, & in d. conſt. ſi ex vno. in verb. niſi*, ſed alii extraneo non poteſt cedi, quia eo tempore, quo collateralis vult uti iure congrui, & cõ-
43 ſequenter non poteſt cedi. Item, quia iſtud ius congrui eſt reale, ergò nullo modo poteſt cedi de per ſe, niſi ipſa res vicina cedatur cum iure congrui; ſicut dicimus in ſeruitute mere reali, *vt. ff. de ſeruit. ruſt. præd. l. præcoris*, & ſic ius congrui tranſit cum ipſa re vendita. Cum iſta congruitas ratione rerum coniunctarum ſit introducta & hanc ſententiam tenet hic *Bald. in 2. colum. verſ. an ius Prothomiſeos poſſit cedi, vel donari*, idem tenet *Pet. de Bella pert. in l. ad Officiũ, C. de rei vend.* quem ibi referunt *Cyn.* & *Bald.* & vbi ius congrui eſſet perſonale introductum ratione ſanguinis, tunc ratio ſtatuti iuris Prothomiſeos eſt ne exeat de genere, & tunc exiret, ſi alteri cederetur, *ut, ff. de legat. ſecundo, l. cum pater, §. libertus.*

Item, quia qui cedit extraneo, facit contra ſtatutum, & nõ prodeſt ſecundum *Bald. ibi*, & idem *Bald. in l. 2. C. de reſcind. vend. & in l. 2. C. de reſcin. vend. & in l. dudum, Cod. de cont. empt. & DD. in cap. conſtitutus, de reſtit. in integr.*

Item quæro, ſunt duo vicini, unus tamẽ propinquior altero, an iſte iſtam rem venditam poterat inſolidum aduocare alio excluſo, qui eſt remotior, dic, quod ſic, pro
44 hoc videtur *tex. in l. adeò, §. inſulã, ff. de acquir. rer. dom. fac. l. duum viri, in fin. ff. de re mil. & inſtit. de rer. diuiſ. §. in ſumma.*

Iuxtà hòc quæro Titius vendidit domum mihi iuxta aliam domum meam vicinus agit contra me iure congrui inſolidum, an ego, ex quo ſum vicinus habeam ius congrui propter meam contra me ipſum, videtur, quod non, quia ius congrui confuſum, ex quo ego emi ille met, qui erat vicinus, argum. *ff. ſolutioni, l. ſtichum, §. adito, & l. ſi debitori tuo, C. de pact. cum concord.* & hoc eſt verum, quod actio iuris congrui eſt confuſa, non tamen eſt confuſa, ut non poſſit excipere de parte ſua ratione vicinitatis, per ea, quæ not. in *l. debitor, ff. ad Trebellianã*, & ſic licet actio ſit extincta de iure ciuili, habet tamen locum exceptio pro parte ſua ratione vicinitatis, quam habet iuxtà rem emptam per eum, & in illa parte poterit contra aduerſarium excipere, quod ſibi non competit ius congrui, argum. *ff. de cap. dim. l. 1. §. penul.* & ità concludit per pulcra verba *Dom. Sebaſt. in d. conſt. ſi ex vno, in gloſ. fin.*

Item pono, quod pluribus competit ius congrui, & res empta ſtabilis eſt indiuiſibilis, quid fiendum videtur, quod ius congrui competit ei inſolidum, qui primo ad iudicium emptorem prouocauit, & ſi ambo ad iudicium prouocat ſorte dirimatur, ut in *l. in his tribus, & in l. ſeq. & l. qui prior, ff. de iudic.* Alii poſſent dicere, quod ius congrui competit ei, qui maiori parte rei emptæ cõiũctos eſt, arg. *ff. ſami. herc. ſi quæ cautionis*, quod ſi non apparet ſorte dirimatur, ut in *d. l. ſi quæ, & C. communia de legat. l. fin.* & ibi *Gloſ. & Bald.* & de iuſto iudicio ſortis eſt
45 bonus *text. l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debet. lib. 10.* & de iudicio ſortis multa reperies in veteri teſtamento, de quibus authoritatibus plenè per d. *Sebaſt. in d. conſtit. ſi ex uno, in verb. pro ea parte, & patet per totam cauſam 26. in decretis.* Et quot modis accipiatur ſors, ponit *Io: And. in prologo Clem.* Nec obſtat, quod ſortilegia ſunt prohibita, vt patet in *cap. fin. de ſortileg.* quia hoc iudicium ſortis potius procedit authoritate legis, quam illud reprobare videatur, de quo per *Gloſ. 26. q. 1. cap. in ſum. & Archid. ea cauſa q. 2. cap. 1.* & vide, quod notatur per *Arch. in cap. accuſatus, de hær. lib.*

Digitized by Google

lib.6. Bal.in l.ſi maior, Cod.communi diuid. vbi dicit, quod non eſt verum, quod in diuiſionibus maior natu debet diuidere, & minor eligere, ſed debet fieri diuiſio ſub fœlicitate fortunæ, & per ſortes, vt in *d.l. 2. C. quando, & quibus quarta pars*, tamen pro iſta opinione quoad major natu debeat dividere, & minor eligere facit, *text. in cap. 1. extra de paroch.*

Item pone, quod venditur domus, & ab uno latere eſt domus Eccleſiæ, quæ non habet ius congrui, vt in *vlt. §. huius legis*, & ab alio latere eſt dõmus alterius vicini, an iſte vicinus habeat ius congrui, pro medietate ratione ſuæ partis tantum, vel inſolidum; reſpondeo, quod videbatur dicendum, quod tantum pro parte coniuncta habere debeat ius congrui, quia iſtud eſt reale, & ipſam rem coniunctam afficit, ergò pro ipſa parte tantum competit ius congrui. In contrarium tamen eſt veritas, ſcilicet, vt in defectum iuris alterius vicini admittatur inſolidum vicinus habilis, cui competebat ius congrui pro parte, ſi alter ciuus fuiſſet habilis, arg. *l. vnica, §. 1. & 2. C. de aduc. toll.* Item, quia ius congrui competit idoneo; & ſi ſunt duo collaterales, vnus idoneus, alter non, totum ius congrui competit idoneo, arg. *l. fin. C. de iure emphit.* & facit *text. in d.l. 1 C. quando non pet. par.* Itẽ, quia non idoneus ad ius congrui habetur pro non coniuncto, quia non dicitur eſſe, quod iure non eſt, vt *Paulus, ff. de verb. ſignif. & l. vbi autem non apparet, ff. de in diẽ addit. & l. quoties, ff. qui. ſatisd. cog. & in cap. 1. de vot. lib. 6.* Nec præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, vt in *cap. non præſtat, de reg. iur. lib. 6.* & videas ad hoc plura ſimilia, quæ allegat *And.* ad illud, quod dicitur, quod paria ſunt, non eſſe, vel eſſe, ſed inhabile de iure in *cap. 1. §. præterea in 4. col. quę fuit prim. cauſ. benef. amitt.* arg. *l. nec vlla, ff. de pet. hęred.*

Item quæro pone, quod ego habeo dua prædia coniuncta, quorum vnum eſt prædio tuo coniunctum, ipſum quæ vendidi Titio, tu petis à Titio totum ius congrui, & ego peto, me admitti pro parte, quæ remanſit collateralis, quæritur quid iuris re-
47 ſpondetur, quod à Titio, ne cui vendidi non poſſum petere ius congrui pro parte collaterali; quia non poſſum venire contra factum meum proprium, vt in *l. poſt mortẽ, ff. de adopt. cum ſi, etc.*

Item ob regula, quem de evictione tenet actio eundem agentem repellet exceptio, *l. vendicantem, ff. de euict.* Item, quia vendendo Titio videor repudiaſſe ſibi illam congruitatem, quam haberem, ſi illa domus eſſet alterius, & illam venderet, & ego eſſem vicinus, argum. *C. de rei vend. l. abſolutionem, & ff. de inoffic. teſtam. l. fin. in princ. & l. commiſſoriæ, Cod. de pact. inter empt. & vend.* Concluditur ergò, quod mihi venditori pro parte mea non competit ius congrui, ſed ille ſolus habilis habebit totam rẽ emptam rationem iuris congrui, quia venditor inhabilis ad aliam partem, & propterea habetur, ac ſi non eſſet collateralis. Sed iuxtà hoc quæro pone tu vicinus egiſti contra illum vicinum Titium iure congrui, & obtinuiſti in cauſa, & ſic ille Titius fuit compulſus ad vendendum tibi. Ego primus venditor poſtea peto à te ſecundo emptore domum illam pro parte, pro qua ſum collateralis iure congrui, tu excipis, quod ego illam domum vendidi Titio, à quo non potuit exigere ius congrui pro parte, vt ſupra dixi.

Nec conſequenter ab illo, cui vẽdidit ip-
48 ſe Titius iuris neceſſitate, ideſt per ius cõgrui, quia emptor, & venditor quaſi una perſona eſſe cenſetur, vt no. in *l. ſi tibi decem, ff. de pac. & l. idem in duobus, §. perſonale, & l. iuriſgentium, §. pactorum.* Item, quia emptor, & venditor ſunt nomina correlatiua, ut probatur in *l. fin. C. de indit. vid. tol. & l. nimò martyres, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & l. fin. de accept. & extra de iud. cap. fin.* Item, quia defenſiones, quæ adiuuant venditorem, adiuuant etiam emptorem, ut in *l. dolia, §. 1. ff. de contr. empt. & in l. de acceſſionibus, ff. de diuer. & tem. præſcr.* quæritur, quid iuris, dicit *Dom. Sebaſt. in d. conſt. ſi ex uno, in verb. nolentibus in fin.* quod habet locum ius congrui, quia ratio quare non poſſum contra Titium exercere ius congrui, eſt, quia vendidi Titio, quæ ratio ceſſat in perſona eius, qui emit à Titio, cum tunc ex noua tua intentione mihi quoddam aliud nouum ius congrui naſcatur.

Hoc verum putarem, quando venditio ſpontanea eſſet facta per emptorem ipſum vicino, vel alteri. Sed ibi eſſet facta compulſione iuris, quia venderet vicino per neceſſitatem iuris congrui, & à principio primus venditor ſciebat, illum eſſe vicinum, & quod poterat petere ius congrui, & ſibi nõ ſeruatur ius petendi ius congrui, tunc videtur tacitè refutare ius cõgrui illi emẽti pro ſe, & hæredibus ſuis, & cui ipſe vendiderit per iuris neceſſitatem, ideſt, iuris congrui. Alias iſta lex eſt captioſa, quod eſſe non debet, vt dicit *tex. in cap. Abbate S. Siluani circa fin. de verb. ſign.* ſecus ſi ignorauit, nam tunc procedit opinio *Dom. Sebaſt.* ut habeat locũ ius congrui pro parte ſua, quia ſi ſciuiſſet, quod vicinus poterat euinci iure congrui, proteſtaſſet de iure ſuo, & ſic ignoranti ſuc-

cur-

Digitized by Google

curritur, ut non perdat beneficium à iure, vel à lege conceſſum, argum. eorum, quæ notantur in *cap. ſi vaſſallus, ſi de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat.* Et ex his remaneat expedita iſta prima pars, & iſtud principium legis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* Sancimus, *quid ſignificet.*
2 *Lex vtens verbo* Sancimus, *eſt pœnalis.*
3 *Verbum* Sancimus *ſtrictè pœnaliter, & prohibitiuè hic capitur.*

Additiones ad Afflictum ſuper Conſtit. Sancimus, de iure Prothomiſeos, &c.

Ad §. I.

AD Primum Notabile, & quid ſignificat verbum hoc *Sancimus*, & quo
1 modò intelligatur, hic adde *Gloſ. in clem. 1. in verb. Sancimus, de præbend. & dignitatibus, & gloſ. in clem. 1. de cleric. non reſidendis, in 6.* vbi hoc verbum ſignificat nouum iuris promulgationem, ità *Fontanell. de pact. in Gloſ. 21. par. 1. clauſ. 4. num. 33.* & quoties lex vtitur tali verbo *Sancimus*,
2 eſt lex pœnalis: vt ait *Afflict.* hic, cui adde *Gloſ. in fin. diſt. 2. cap. in ſumma, Gloſ. in verſ. ſanctionem, de reſcript. lib. 6.* videas *Ioannem de Turre ecremata, in præalleg. ſũma. verſ. ad primum, in 6. Gloſ. in verſ. ſanctio in proem. clementinar. text. in l. ſanctio, ff. de pœn. Imol. in cap. de conſtitut.* quomodò verò intelligi poſſunt hoc verbum *Sancimus* & ſanctio videns ſupra citat. iura, &
3 DD. ſed hic capitur ſtrictè, & pœnaliter, ſeù prohibitiuè, ità ut alius caſus, præter eos, in quibus loquitur, non eſt extendendum, argum. *cap. 1.* vbi *gloſ. de offic. delegat. Dom.* verò *Reg. Rouit. in proœmio. pragm. Regni Comment. num. 4.* inquit, *ſignificare concluſionem, ſeù finem legis*, in qua, vel ſpe præmii, vel metu pœnæ permittitur.

SVMMARIVM.

1 *Hæc conſtit. ſeruatur, etiam in Suburbiis, Caſtris, Caſalibus, Villis, & Terris Regni.*
2 *Ciuitas quænam dicatur.*
3 *Ciuitatis appellatione, quæ contineantur.*
4 *Suburbia, & diſtrictus an contineant recommendatos, & confœderatos.*
5 *Ciuitatis appellatione, quando comprehendat Dioeceſes, ſeù Prouincias remiſſiuè.*
6 *Ciuitates inſignes, quæ ſunt.*
7 *Regnum eſt unica Prouincia.*
8 *Regnum Neap. diuiditur 12. Prouinciis.*
9 *Prouinciæ in Regno, ſunt duodecim, quæ Regnum faciunt.*
10 *Ciuitate damnata ad Aratrum, quæ veniant.*
11 *Ciuibus condemnatis, intelliguntur condemnati comitatur.*
12 *Ciuitas idem eſt quod populus.*
13 *Ciuitas, an æquiparetur Eccleſiæ.*
14 *Territorium, an veniat appellatione Ciuitatis, vel ſub nomine Diœceſis.*
15 *Naſcitur, an prius quam Prouincia?*
16 *Caſalia, etiam alienata, & vendita, an veniant appellatione Ciuitatis, & an gaudeant eius priuilegiis, & prærogatiuis, num. 17. & remiſſioni ſit locus quoad iuriſdictionem, num. 18.*
19 *Ciuitas dum quæ Epiſcopum habet.*
20 *Prouincia, ut dicatur quæ continere debeat.*
21 *Collecta impoſita Ciuitati, an intelligatur impoſita Prouincia, et aliis locis.*
22 *Ciuitas, quando dicatur Prouincia.*
23 *Dominus Prouinciæ, an habeat ius in tota Prouincia.*
24 *Gubernatores Prouinciarum dare non poſſunt licentiam aſportandi arma.*

AD ſecundum notabile videas *Benedellum hic n. 26.* vbi ſeruari inquit, etiam in Su-
1 burbiis, Villis, Caſalibus, & Caſtris, & Terris, & in omni Prouincia huius Regni propter eius generalem loquutionem, ità etiam *Rendellam ſuper ead. hac conſtit. in rubr. n. 1. in Gloſ. Ciuitate, & ſub nomine Ciuitatis, ac Regni omnia ſubeſſe, Napod. in proem. conſuet. §. audiuimus quidem, §. Ciui-*
2 *tas*, nàm Ciuitas eſt illa, quæ muro circũdatur, *tex. in l. 2. ff. de verb. ſignific. Iſern. in conſt. proſequentes, de pugnis ſublatis*, vel illa, quæ Vniuerſitatis nomen habet, vel ſecundum *Benedell.* eſt illa, quæ muro cingitur, ſecundum veterum auctoritatem, quorum legibus eſt ad temperandum à Caſtribus, illiſque in eius territorio conſtitutis, quæ diffinitio ſumitur, ex *Bald. in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure n. 15.* & appella-
3 tione Ciuitatis, quæ continentur, videas, *tex. in cap. Sacrorum 63. diſt.* & ſi venit diſtrictus, vel nè videas *D. Ric. in collect. 1393. Innoc. in cap. Rodulphus, de reſcript. Bal. in Margarita, verſ. Ciuitatis verſ. 3.* & ſi ſuburbia: & diſtrictus continentur re-
4 comendati, & confederati, *Alex. d. l. 2. Paul. de Caſtariis, in Clem. Romani, de elect.* & ibi
5 DD. & appellatione Ciuitatis, quando cõprehendantur Dioceſis, ſiuè Prouincia, & in quo differunt, videas *Cramm. diſcept. for.*

Digitized by Google

6 *for.cap.*383. *num.* 15. 16. videas *Bart. in verb. Ciuitas, fol. mihi* 313. *ater.* Ciuitates verò insignes, quę sunt, ait *Caualer. in decis.*18. vt apud *D.Ricc. collect.* 709. quod sunt Neapolitana nostra Ciuitas, Alma Roma, Venetia, &c. igitur hoc ius congrui, dum seruetur in Ciuitate, estque etiam seruandum in eius Villis, Oppidis, suburbiis,
7 & Casalibus, sub qua sunt, & in Prouinciis, quæ subsunt Regno, dicendum, nàm Regnum est unica tantum Prouincia, vt per *Lucam Pennensem in tit. Cod. de discus. for. lib.* & capitur pro vnica 10. Prouincia secundum considerata apud *Afflictum in decis.*9. & per *D.Reg. de Apont. num.*16. *tit. de prouis. fieri solitis, & tit. de potest. Proreg.* & licet hoc Regnum diuidatur in 12. Prouinciis, secundum *Henric. Boccin. in Compend.*
8 *Regni*, tamen unica dicitur Prouincia, ità *Frecc. tit. de subfeud. Gizzarell. decis.*42. *in nouis. impress. num.*11. & 12. & *addentes ad eundem num.*18. & 19. nàm hodiè secus est, vt erat olim quando Imperium Romanum sub se habebat tot Regna, illa sq; Prouincia nuncupabat, ita ait idem *Gizzarell.* nàm istæ 12. Prouinciæ in hoc Regno uni-
9 cum faciunt tantum Regnum, licet in unaquaque ipsarum constituitur Præses Prouinciæ, idest Proconsul, vt olim appellabatur, qui gerit vicem Regis, ut colligitur, ex *text. ini. l. ff. de offic. proconsul. l.*1. *ff. de offic. Præs. Gizzarell. præcit. decis. num.*20. & 21.

Et damnata Civitate ad aratrum, an intelligantur damnata etiam, & Castra, Villa,
10 & quid damnata Prouincia, & quæ veniunt appellatione Ciuitatis, & an Castrum de aliqua Ciuitate, potest dicere populus liber, vel non liber, sicuti, & homines illius Castri dicuntur homines liberi, & Ciues liberi, itaut condemnatis Ciuibus intelligi-
11 tur etiam condemnati comitatiui, videas eundem *Grat. discept. forens. cap.*217. *nu.*1. 2. 3. & 6. & si Ciuitas est eadem, et idem
12 populus licet mutetur forma Gubernii, et alii homines succedant, *Grat. discept. cap.* 721. *nu.*7. et an æquiparetur Ecclesiæ, idem
13 *Grat. cap.*601. *num.* 4. 14. et an veniat ter-
14 ritorium appellatione Ciuitatis, vel sub nomine Diœcesis, idem *Grat. cap.*893. *nu.*55. et an nascitur Ciuitati prius quàm Prouiciæ. idem *Grat. cap.*9. *num.* 11. et si appellatione,
15 Ciuitatis veniant casalia, licet alienata, et vendita, vt statutum loquens, et disponens circa collectam ciuium, intelligatur etiam
16 ligare homines in Casalibus habitantes, licet sint vendita, ac separata dicta casalia à Ciuitate, videas de hoc apud *D. Reg. D. Frãciscum Merlinum Præsid. S.C. meritissimũ in controuers. foren. in ultim. quæst.*, et an
17 gaudeant eisdem privilegiis, immunitatibus, & prærogatiuis Ciuitati concessis orti in eis, licet quoad jurisdictionẽ sint diui-
18 sa casalia à Ciuitate, & delinquentes extrà dicta casalia, an locus sit eorum remis-
19 sioni, videas apud *D.Reg. Sanfelicium in dec.* 73. *par.* 1. & Civitas dicitur illa, quæ habet Episcopatũ, vt per *Bart. l.* 1. *§. siuè, autẽ ff. de oper. nou. nunciat. Bald. in l. rescriptis, C. de diuers. rescrip.* idem *Bald. in extrauag. ad reprim. in glos. in vers. Lombardiæ.*
20 Provincia autem ad hoc, ut dicatur Provincia est necessariũ, ut sub se habeat decem, vel undecim Civitates, ità *Benedell. ad princip. huius const. num.* 2. 3. 4. & *Rendella in verb. Prouincia, Gizzarell. cit. dec.*
21 *col.*4 ideoque collecta Civitatibns intelligitur etiam imposita Prouinciæ, & Oppidis, ac Villis ipsius, Italia, an vnica dica-
22 tur Provincia, *Benedell. num.*2. *cit. loc.* & illa Civitas, quæ regimina habet per se dicitur Provincia, *DD. in l. cum in longi*, C. *de longi temporis præscript. Bart. in extrauag. ad reprimendum, vers. Lombardiæ, in fine*, & undè dicatur vide *Cardinal. in clem. dudum, §. extrà, de sepult.* & quæ veniunt sub eius appellatione, vide *text. in cap. studeat*, 10. *distinct. cap. quicumque* 16. *q.* 3.
23 Dominus Prouinciæ, an habeat ius in tota Prouincia, *Grat. discept. for. cap.*212. *num.*2. Gubernatores verò Prouinciarum
24 licentiam asportandi arma, an possunt dare, vide *prag.*5. *de armis.*

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui an vigeat in Terris Ecclesiæ.*
2 *Statuta laicorum an ligant clericos.*
3 *Statutum iuris congrui an ligat personas ecclesiasticas, etiam consuetudine existente in contrarium.*
4 *Statutum ne frumentum extrahatur à Ciuitate, an comprehendat personas Ecclesiasticas.*
5 *Leges Regiæ taxantes pretium annuorum reddituum non tantum laicos, quam etiã Clericos ligat.*
6 *Clerici an teneantur ad collectas, & afferatur rescriptum Sacr. Congr.*
7 *Clerici an sint immunes ab officiis, & hospitiis,*
8 *Clerici an sint immunes a pedagiis pro bonis patrimonialibus.*
9 *Clerici an sint immunes ab onere hospitãd-*ã
10 *Clerici an teneantur contribuere ad refectionem Pontium, Murorum, Ciuitatum & viarum; & quid olim quando superant Imperio.*
11 *Clerici an ligentur statutis, & consuetudi-*

Digitized by Google

dinibus laicorum.

12 *Epiſcopus Minutulus interuenit in conſuetudinibus Neap. condendis, ut illas laicis incumberet, non ut ligaret clericos.*

13 *Clerici pro cenſu ſuper re poſſeſſa, ubi conueniuntur.*

14 *Statutum laicale quando ligat clericos, & quando non.*

15 *Edicta Principum concernentia publicam utilitatem an ligat clericos.*

16 *Conceſſio facta Domino feudi de iuriſdictione, an intelligatur quoad clericos.*

17 *Statutum excluſivum fœminarum an clericis prodeſt, vel non remiſſiuè.*

18 *Poſſidens feudum à Rege, coram eo conuenitur.*

19 *Eccleſiaſtici poſſidētes feuda an in poſſeſſorio conueniantur coram laicos affertur deciſio.*

20 *Cardinales, & Epiſcopi an ſuccedent in feudo?*

21 *Clerici an habitans fori electionem pro rebus ſuis, vel Eccleſiæ, deciſio affertur, quod limitatur in clericis.*

Regular. & monachis, n. 22. & beneficiatis.

23 *Quid in clericis primæ tonſuræ incedentibus abſque habitu, & tonſura non beneficiatis.*

ADde ad quæſtionem huius 2. *notab. poſt. num.* 3. vbi quærit *Afflict.* ſi hoc
1 ius ſeruari debeat in Terris Eccleſiæ, nàm in aliquibus Eccleſiæ locis adſunt Bullæ Pontificiæ ſimiliter diſponentes circa ius congrui, ut eſt Bulla 55. Papę Siſti IV. quæ Siſtina appellatur, ordinata ad Vrbis decorem, & ornatum, de cuius tractatu apud *Marcum Anton. Bard. in tract. de iure prothomiſ.* nec non, & *bulla Papæ Gregorii XIII. vt apud Gratian. in diſcept. foren. cap. 742. num.* 6. *ac SS. Papæ Leonis X. Alex. X. & Pauli III.* in qua ſtatuitur, ut volentes emere ſtabilia, teneantur prius vicinos requirere, & inquilinos interpellare, quibus cenſantibus, ſit liberum unicuique vendere, quæ Bulla fuit emanata, etiam pro decore Vrbis Viterbii, ac eius ornatu, habitantiūque commoditate eiuſque Diœceſis, quarū memoriā facit etiam *Dom. olim Iudex della Ratha in conſ.* 46. & *D. de Marin. in ſuis doctiſſimis quotid. reſic.* 55. *lib.* 2. *in num.* 9. *et* 10. & ſupra adnotauimus ad §. 2. *ad* 2. *not. ad ver. item quæro, n.* 8.

2 Si laicorum ſtatuta, vel diſponentia de iure congrui ligent Eccleſiaſticas perſonas, vel ne, *Bart. in l. omnes populi, ff. de iuſtit. et iur. ibiq; DD. et Scriben. ſuper cap. quod clerici, de for. comp. et in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. Marſil. in l.* 1. §. *fin. num* 32. *de quæſt. Gratian. diſcept. foren. cap.* 741. *num.* 16. *uſq. ad num.* 20. qui citat *Afflict. hic, et in dec.* 310. *ubi Vrſil. Theſ. qq. foren. q.* 1. *num.* 6. *lib.* 2. D. *Ricc. collect.* 171.

3 Quid exiſtente conſuetudine in contrarium, videas *Addent. ſuper ritib. Cur. Archiepiſcop. Neapol. in ritu* 22. *in verſ. an in jurem congrui, num.* 16. *eundem Grat. cap.* 164. *num.* 9., *et Ric. in collect.* 4183. *in* 4. *p. in fin.* & quid in ſtatuto diſtante, ne frumentum extra ciuitatem extrahatur absque licentia ſecularis poteſtatis, vel ut ipſius modium certo vendatur pretio, ſic etiam de pecunia non mittendo extra Regnum, et ſimilibus, ut apud *Reu. P. D. Andream Molfeſ. Ill. Relig. S. Pauli Theatinorum ſup. conſuet. Neap. in tit. de perſ. p.* 2. *q.* 7. *tom.* 1. *n.* 44. *vbi in num.* 46. *in verſ. ſi quidem reſpondetur.* licet teneat pro parte negatiua, fatetur
4 tamen, quod ex rationis dictamine quando reſpiciunt bonum publicum talia *ſtatuta*, tenentur ea non tranſgredi tàm Laici, quā Eccleſiaſtici, aliter peccant mortaliter, ſi quoad prædicta contradicunt, ut in *num.* 45. *et ſeq.* communem eſſe ſententiam refert, ſicut etiam adnotauimus infra in *add. ad vlt. §. in not.* 2. *num.* 19. cui opitulator *Præſ. de Franch. in deciſ.* 9. *in num.* 6. hoc idem dicens, & apud *Ric. in collect.* 1135. 4. *p. et* 1130. et per *Napod. in præm. conſuet. Neap. in verſ. ſed per hoc in verb. Antiſtitem num.* 251. *et apud Add. in apoſt. ad §. præfatis, in d. præm. et per Maran. in ſpec. aur. in* 8. *q. nu.* 14. hoc etiam confirmatur per eundem de *Marin. et della Ratha ubi ſup. cit.*

5 Quid in legibus taxantibus pretium annuorum introituum, affirmatiuè apud *Rodriq. in tract. de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 6.

6 Ad collectas an teneantur, adde *Aſſi. de feu. l.* 4. *tit. quæ ſint reg. num.* 91. *fol.* 767. et ad quas collectas, *cap. item ſtatuimus, quod clerici*, ac bulla Papæ Honorii, et in quibus caſibus; *Aſſi. in eod. num.* vide *apud Pet. Duen. de reg. iur. in reg.* 100. *in verb. clerici*, vbi ampliat, et limitat d. reg. et *dec. Ped. Theſ.* 116. vbi loquitur in colonis Eccleſiæ, et *dec. Sper. for. Ecc.* 12. vbi affert Sac. Cong. reſcriptum *num.* 56. *et* 59. *Ann. in alleg.* 13. *Scrib. ſup. cap. Reg. Neap. cit. Ric. in collect.* 901. ubi de communi obſeruantia in hoc Regno teſtatur., et in *collect.* 1415. *et* 171. *Maran. conſ.* 99. *Borrel. conſ.* 74. *et Thor. in compen. dec. verſ. cleric. fo.* 93. *et in ſupp. in ver. clerici, fol.* 89. *ſup. pragmat. Reg. in tit. de cler. ac diac. ſulu. prag.* 2. *num.* 17.

7 An ab officiis, et hoſpitandi onere, *Capyc. par.* 1. *in ver. clerici, num.* 93. *de inueſt. feu. in verſ. feudorum clauſula, in ver. clerici, f.* 121. *et de Penna in l. ſi diuina domus, col.* 2. *ver. huius gratia, Cod. de exact. trib. lib.*

Digitized by Google

*lib.*10.*Reg.de Ponte de Proreg.pot. fol.mihi* 27.*in tit.de prouſperi fol.num.*14.*tit.*1. §.6. & apud *Guid.Pap.dec.*381.

8 Et an ſint immunes à pedagiis pro bonis patrimonialibus, vel aliundè quæſitis, vel eis peruentis, *Ric.in cit.coll.*901.*Cach. dec.Ped.*68. *& apud Duen.cit.*1. *ſup.in p.*2. *num.*3.*&* 4. *Fol.de Nig. in cit. cap. Reg.*

9 *Neap. item ſtatuimus*, An teneantur contribuere ad refectionem Pontium, *Ric.coll.*

10 171. ad hoſpitandum, & ad alia, *Bard. in eod.tract.* §. 1. *p.*1. *num.*4. & ad reparationem murorum, viarumue, *Ric. in d. coll.* 1415. *p.*4.*de Ann.cit.alleg.*13.*nu.*9.*de Ponte vt ſup. in tit.de elect.offic.*§.1.*tit.*3. *fol.* 63. *num.*40.

11 Clerici ſtatutis laicorum, ac conſuetudinibus eorum parere an debeant; ne intremus in tam magno pelago, ut ait *Tiraq. in tract. de retr.lign. in ver.emptorem, gloſ.* 13.*num.*2. vide *Caput. ſup. conſuet.Neap. in prælud.ad conſuet. Si moriatur*,§.3.*tit.de perſon.ver.antiſtes num.*5. vbi citat *Napodan.in.ver. tenorem,num.*243.*in d.* §. *præfatis, vbi num.*294. ait, quod licet tempore compilationis dictarum conſuetudinum per Regem Carolum II. interfuit Antiſtes Neapol. non per hoc obbligauit Clericos,ad eas, ſed potius, vt eas laicis induceret, qui tunc fuit Ill. Philippus Minutulus ex nobiliſſima

12 Familia Minutulorum, vir magnanimus conſtans, prudens, famaque ſerenus, cuius corpus in Eccleſia maiori Archiep. Neap. in marmoreo Sepulchro requieſcit in antiquiſſimo Minutulorum ſacello, *Marin. Frecc.. ad conſuet. Neap. dos*, *& quarta in apoſte incip. an hæc conſuetudo, fol.* 264. *Aſ. d. feu.lib.*3.*tit. de iac.ten. n.*6.*rub.*5.*fol.*463. & confir.hoc per *eund.Caput.* ex allatis rõnibus per *Carol. de Graſſ. in tract. de off. cler.eff.* 2. *num.*156. *& n.*159. *lim.*8. *Reg. Tap.ad Ius Reg.Neap.p.*4.*tit.de iur. cong.n.* 60. *& per Cot.in ver. clerici*, *& per Bal.in lib.de reb. Eccl.alien. vel non*, *Molſ, ſuper cit.num.*52. *Sanſel.deciſ.* 188. *nu.*3 *Mangrel.in add.ad Bar.in l.omnes populi*, *ff.de iuſt. & iur. & eund.Tiraq.ſup.cit.d.nu.* 34. *& Molſ.cit.loc.n.*51.

13 Pro cenſu ex cauſa rei poſſeſſæ per eos an gaudeant fori priuilegio, adde *Grat., diſc.pt. forenſ.cap.*16. *num.*19. *&* 20. *& D.de Marin.quotidian.reſ.cap.*75.*lib.*2. *num.* 13. *cit. per nos in annot. ad* §. 9. *adnot.* 2. *num.* 24.

14 Edicta Principum, ac ſtatuta laicalia publicam utilitatem, commodumque concernentia an clericos ligent, ut de ſtatuto circa compromiſſa facienda, iuxtà *Reg. Prag. odia litium*, de quo apud *Capyc.dec.*68. ut edictum limitans tempus appellationis, ac inſtantiæ, & aſportationis armorum, iuxta *Reg. prag.*1.*de arm.ubi Scrib. ſup. eam*, & venationis, de quibus apud dictum *Grat. diſcept.cap.*149. *n.*45 *&* 46. ubi & per quem Iudicem erit procedendum contra eos, quærit, ad obſeruantiam, executionemque ec-

15 tum *d.num.*45.*& Ricc. coll.*1135. *Affl.de feu.in tit.de reg.in verb.clericis*,*Cod.idem in* §. *ruſticus de pac. tuen.* & quid Militibus Hyeroſolimitanis S; Iacobi Cruce ſignatis, negatiuè, ut apud *D.Pet.in add.dec.Capyc.* 98. *& Saler.in apoſt.incip.pro concluſione*, *circa fin.poſita poſt.* §. *in præfatis,in præm. conſuet.Neap.*

16 Quid in conceſſione facta Domino feudi, an intelligatur quoad clericos, *Grat. ut ſup.cit.c.*182. *num.*16.*&* 17. & ſi ſtatutum excluſiuum fœminarum eis prodeſt, & cir-

17 ca alia ſtatuta videas *Ric.in collect.*2619.*et Theſ.qq for.lib.*2.*q.*4.

18 Ad id, quod *Affl.* hic ait in *fin. num.* 3. quod clerici feudatarii conueniuntur coram Domino feudi laico, adde *eund.Affl.de feu. in tit.de controu.feu.lib.*2. *rubr.* 16.*num.*7. *fol.*335. *& in tit.de benef.fam.rubr.*8.*cap.*2 *fol.*56.*num.*21. *Molſ. ubi ſup. in cit.*7. *q.p.* 2.*de perſon. ubi num.* 20. ait, in hoc ſolum eſſe ſubditos clericos Domino temporali, eiusque legibus nomine bonorum feudalium ſecus in aliis, ut ait *Reg.de Ponte in dec.*9.*n.* 7. & hoc per *cap.Regis Caroli II.*huius Regni, incip. *Statuimus*, *quod clerici*, & per *Pragm.*2.*tit.de cler.& diac. ſalu. & ſcrib. ſup.d. cap. Reg. & in cap. quod clericus*, *tit.de non trah. cler. Add. ad conſuet. Neap. in* §.*præfatis*, *Affl. dec. S.C.* 24.*de Franc. dec.S.C.*193.*p.*1. *& idem Molf.in add.ad d. q.*7.*num.*4.*&* 5. *de Thor.com.dec.in* 1.*p. in verb.clerici*, *fol.* 93. vt optimè, diffuſeque apud *Reg.Rou.ſup.d.Pragm.*2.*num.*1.*uſque ad num.*16. *Ricc. coll.*170. *& Læl.Caput. amiciſsimus meus in tit. de perſo.* §. 3. *à n.* 5. *vſque ad num.*12. *f.* 18. vbi optimè fun-

19 dat, quod *d.c.Item ſtatuimus*, eſſe intelligẽdum, quod loquatur, tàm in poſſeſſorio, quam in petitorio, ſicque fuiſſe practicatũ refert in eius tempore idem *Reg. Rouit. ubi ſup.num.*2. teſtando de deciſione, adde etiã eundem *Molf.in add. ſup. cit.* vbi ait, Iudicẽ competentem in hoc iudicio, quando agitur de re feudali, eſſe Reg. Cam. Summ. adde eundem *Thor.par.*1.*pag.*93.*in verb.clerici* licet ſecus teneat quædam *apoſt. & add. ad d.c.item ſtatuimus*, *ſicut Salern. in apoſt. incip. pro concluſione*, poſita poſt §. *præfatis præm.d.conſuet.circa med.& Napod. in gl.in ver.tenorum,n.*293.

20 Clerici, Epiſcopi, & Cardinales an ſuccedant in feudalibus, idem *Molfeſ. ubi ſup. et Thor. cit. fol.* 95. *et D. della Ratha in*

Theat.

Digitized by Google

Theat. ſeu. p. 9. dilucid. 75.

21 Quibus in caſibus clerici, & ſi pro bonis ſuis patrimonibus, vel Eccleſia habeant fori electionem, *de Ann. in alleg. 146. de Franch. in dec. S.C. 597. Gram. ſup. rit. M.C. in rit. 48. Capyc. dec. S.C. Neap. 169 vbi Maſul. cit. à Thor. ut ſup.* qui teſtatur *dec. M.C.V. ac S.C. fol. 96. Ric. d. coll. 901 & ampl. et 2283. in fin. et coll. 2303. lim. 1 & per Ios. Mar. Nouar. in praxi for. Eccleſ. tit. 1. q. 1. Thor. in d. verb. clerici, p. 1. Gratian. diſcep. c. 601. n. 22.*

22 Quid in clericis Regularibus, & Monachis, ac in beneficialis non inſeruientibus Eccleſiæ, & incedentibus abſq; habitu, & tonſura, an fori priuilegium amittant, vide *Canonic. Nouar. bon. mem. in ſumma bullar. in tit. de habit. clr. num. 8. idem Thor. ubi ſup. fol. 95. Ric. coll. 1610. in ver. ſecundo quæritur, et in collect. 4169. par. 9.* vbi pluribus modis limitat hoc, & ampliat, *Gratian. diſcept. c. 440. p. Apicel. tract. tutam pauper. in tit. n. 60. cſq; ad fin. Reg. Sanſ. dec. 220.*

23 Sed quid in clericis incedentibus abſq; habitu, & tonſura non beneficiatis, ſed primæ tonſuræ, an gaudeant tali priuilegio, vide *Gratian. ubi ſupra, num. 8. Aſſlict. et Vrſil. dec. 24. Menoch. conſ. 952. nu. 35. Clar. q. 36. Troyſ. ſup. rit. M.C.V. in rit. 235. num. 5. Maran. diſp. 8. et Aſſl. in conſt. Regni Neap. apoſtatantes, de apoſtat. num. 15. Ric. d. collect. 1610. in verſ. 2. et in praxi dec. 106. Reg. Sanſel. dec. 13. p. videra Nouar. ſuper Bulla S.S. Papæ Vrbani VIII, ſub tit. de monetar. de Thoro p. 1. in verb. clerici. fol. 93.* & quid in clericis exercentibus artes lordidas, vide *Fontanel. deciſ. 292. n. 8. & Duen. ubi ſupra, lit. C. Hyp. ſing. 64.* et apud *Vrſil. ad Aſſlict. d. deciſ. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Ius prothomiſeos liceat locum in bonis ſtabilibus, an etiam in bonis mobilibus.*

2 *Poſſeſſio mobilium vilis eſt, nam facile conſumuntur.*

3 *Venditio rerum mobilium prius erit facienda, quam ſtabilium minorum.*

4 *Annus redditus inter immobilia numerantur.*

5 *Pecunia an veniat in legato mobilium.*

6 *Pecunia deſtinata ad certum locum pro emenda domo an ſit immobilis, vel mobilis.*

7 *Statutum mandans locari de re immobili, an procedat in pecunia pro emenda re.*

8 *Mobilium, & immobilium appellatione an veniat ius patronatus.*

9 *Cenſus an veniat ſub immobilibus,*

10 *Ius congrui, ſeu prothomiſeos an debeat locum immobilium affixis immobilibus.*

11 *Mobilia coherentia immobilibus cenſentur immobilia.*

1 AD Tertium Notab. ibi, *Quando venduntur bona ſtabilia*, an debeant locum ius prothomiſeos, adde *Napod. an. in conſuet. 1. eod. tit. num. 26. in gloſ. vel aliam rem, et Scribent, in hac conſtit. ſicut Rendel. in gloſ. rem immobilem, in n. 2. eod. tract. et Benedel. ad princ. conſtit. in n. 62. fol. 19. ater.* & ratione reddit, quia ea-

2 rum poſſeſſio vilis eſt parumue durat, per *l. rem mobilem, ff. de acq. poſſeſſ.* minuſq; digna immobilium, *text. in l. 1. ff. de uſucap. transf. et in l. ſciendum, ff. de his, qui ſatiſd. cogan.* vſuq; facile conſumuntur, *Aſſl. hic num. 14.* ideoque diſponitur per *tex. in l. à diuo Pio, ff. de re iud.* vt prius mobilia ven-

3 dantur res minorum, adde etiam *Maran. in ſpecul. in diſput. 9.* & ſi per relationem Nuncii habetur, quod non adsunt mobilia, quid ſeruandum, adde *Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloſ. 9. num. 28. et 29. Bald. in l. 2. C. de priuileg. fiſci*, & ſi debet liquere Iudici de hoc *Gratian. diſcep. cap. 555. nu. 35.* & annui redditus an inter immobilia numerentur, & ſi in legato rerum mobi-

4 lium veniat pecunia numerata, *Theſ. dec.*

5 160. & quid ſi pecunia eſt deſignata ad cer-

6 tum locum pro emenda aliqua re immobili, iuxta *tex. in l. 3. §. quid ergo, ff. de contr. tutel.* & ſi legatis mobilibus, veniant annui redditus, *Guid. Pap. dec. 499.* vt apud *D. Ric. in collect. 668.* vbi de aliis cõcernẽtibus ad materiam & ſtatuto dictante, vt quis lucretur de aliqua re immobili, an lucrari debeat de pecunia deſignata ad emẽ-

8 dãrem immobilẽ, vide *Vrſill. ad Aſſl. deciſ. 399. nu. 4.* mobilium, & immobilium appellatione an veniant ius patronatus, *Cou. var. reſol. lib. 3. c. 7. nu. 2. Cenc. de cenſ. p. 2.*

9 *c. 1. q. 1. ar. 2.* & ſi cenſus veniat ſub appellatione immobilium, *D. Ric. collect. 2312. et 668. ſup. cit.*

10 Mobilia verò ſi ſunt immobilibus affixa, an habeat locum ius congrui dic quod habens talia mobilia poteſt trahere immobilia, ſi vendantur, *tex.* eſt in *l. rerum mixtura, §. 1. ff. de uſucap. l. fideicom. ff. de leg. 3.* per talem enim unionem rei mobilis ad illam rem immobilem, fit de re mobili immobilis, ex quo cenſetur pars rei immobilis; arbores, ac ſtatuæ marmoreæ ſi ſũt

Digitized by Google

mobiles, ex eo quod poſſunt euelli, & transferri de uno loco ad alium, attamen de immobili iudicantur, nàm cohærent ſolo *text.* eſt in *l. arbor, ff. com. diuid. l. ſi alius, §. notauimus, ff. quod vi, aut clam,* ibi in *text. In ſolo fieri accipimus.* & facit *tex. in l. poſt inſpectum, ff. de peric. & cõmod. rei vend.* ſunt enim pars fundi, *l. quintus, ff. de act. empt. l. fundi, ff. eodem, §. fin. gloſ. in l. obligati onem ferè, verſ. ſic, & tradenda, ff. de verbor. obligat.* igitur per mobilem immobili affixam poteſt quis potere hoc ius congrui, quia res illa mobilis iudicatur, ac ſi de immobili, ſic etiam tenet *Benedel. ad principium huius Conſtitutionis, n. 62. verſ. retractus autem.*

Secus autem tenet *Napod. in Conſuet. de loc. ſup. cit. num. 26. allatus à Rendel.* qui refert *gloſ. antiquam Antonii Caputi ſuper hanc eandem conſtit. num. 22.* videas etiam *Afflictum noſtrum in verſ. ſubſequenter quæro, n. 14.* qui ſic etiam tenet.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui, an habeat locum in fructibus pendentibus futuris.*
2 *Fructus pendentes pars ſunt fundi.*
3 *Dominus directus præferri debet in emptione fructuum rei emphytheuticæ. Quod procedit etiam in Barone, in fructibus, qui ex feudo proueniunt.*
4 *Ius congrui in fructibus pendentibus nõ habere locum aliqui putant, ſed diſtinguitur.*
5 *Ius congrui, an locum habeat in venditione pedagiorum, & gabellæ.*
6 *Gabellæ, & pedagia connumerantur inter immobilia.*
7 *Gabellæ, & pedagia appellantur onera conuentionum, non rei tradendæ.*
8 *Gabellæ dantur plus offerentibus, & & qualiter.*
9 *Ius congrui an locum habeat in locationibus gabellarum.*
10 *Vetus conductor an præferatur novo conductori gabellæ pro eodem pretio.*
11 *Novi conductores rerum fiſcalium an præferri debeant in conductionibus rerum fiſcalium, & quid in aliis rebus.*
12 *Oblatio qualis, & quando fieri debeat in conductionibus rerum fiſcalium, inſpecta novella pragmatica.*
13 *Conductores fiſcales aliquando detinẽtur inviti.*
14 *Vectigal ſi in uno gravatur, in alio relevatur.*
15 *Privilegium conceſſum conductoribus fiſci extenditur ad colonos Reipublicæ.*
16 *Prælatio an etiam in aliis venditionibus rerum fiſcalium procedat.*
17 *Contractus ſunt valdè ſimiles.*
18 *Locatio pro venditione habetur.*
19 *Locare locum pro pretio convento venditio dicitur.*
20 *Laudes Andreæ Marcheſiti.*
21 *Andreæ de Iſernia patria quæ fuit.*
22 *Oblatio major facta in licitatione rei ſubhaſta an iterum accenſa candela debeat admitti, & concedi prælatio, deciſio S. C. affertur.*
23 *Contractus venditionis rerum fiſcalium præviis ſolemnitatibus requiſitis poſt extinctionem candelæ eſt perfectus.*
24 *Fides haſtæ fiſcalis decipi non debet.*
25 *Dominium in emptorem rei venditæ ſub haſta, an transferatur.*
36 *Contractus venditionis, & locationis à pari procedunt.*
27 *Conductor vetus novo an anteponendus.*
28 *Conductor antiquus rerum fiſcalium, an præferatur novo*
29 *Argumentum à conductione ad venditionem validum pro rebus fiſcalibus.*
30 *Qui in uno gravatur, in alio relevatur.*
31 *Conductores ad modicum tempus habent ius in re fiſcali, quod ſecus in re privata ad longum tempus.*
32 *Licitator primus, an veniat anteponendus novo.*

AD *verſ. ſed iuxta hoc quæro, num.* 4. adde ad hanc quæſtionem affirmantes, ut fuit *Novell.* qui abſolutè tenet, eſſe locum iuri congrui, ut *ad principium huius Cõſtitutionis, n.* 127. *circa principium, & verſus finem,* ità etiam tenet *Rend. in verb. rem immobilem, num.* 22. *eodem in tract.*
1 dicens, quod in venditione fructuum pẽdentium, ſivè futurorum locum habet jus congrui, afferens quasdam limitationes in *num.* 24. *& ſeq. ibidem*, ſic & *Caſan. & Forroneus* relatus à *Benedell. ut ſupra, & Benedell. ut ſupra, & Beſs. in Conſuet. Alverniæ, tit. de retract. nu.* 23. *art.* 25. & ità in fructibus vendentibus tenet, quod datur ius congrui, ut tenet *Afflict.* noſter hic,
2 ſimilitèr moventur ea ratione, quia pars fundi ſunt, & ſolo cohærent, & appellatione ruris, veniunt fructus, propter unionem, quam habent cum ipſomet rure, & fructus pendentes inter immobilia connumerantur, iuxtà allata per eos, & hoc aiunt in fructibus pendentibus tantum intelligendum ad quæ videas *Covar. var. reſolut. cap.* 11 *lib.* 3. *nu.* 8. *Dom. de Marin. in lib.* 2. *rer. quotid. in noviſs. impreſs.* tenet,
3 dominum directum eſſe præferendum aliis in emptione fructuum rei emphytheuticę, ut in *cap.* 161. *num.* 6. & 7. & dari in fructibus prælationem, etiamq; Baronibus in fructibus, qui ex feudo proveniunt in

vaſ-

Digitized by Google

vaſſallo volẽte vẽdere extraneo, ut in *n.* 9.

† *Tiraq.* verò in §. 1. *gloſ.* 7. *tit. de retract. lignag. num.* 24. *cum ſeq.* conſiderando fructus pro ſe diviſim, ac ſeparatim venditos, tenet cum aliis contrariam opinionem locum non habere jus congrui, nam *Conſtitutio* noſtra loquitur de immobilibus ſimpliciter, hanc opinionem ſequitur *Dom. de Toro l. C. eruditiſſimus*, & *laboriоſiſſimus in ſuis vot. deciſivis*, ubi diſputat hanc quæſtionem, ut in *voto* 7. videas *Ludovic. in conſ.* 21. & *Caſſan. in Conſuet. Burdegal. rub.* 10. *verſ. vides retract. nu.* 9. *eumdem de Toro ubi ſup. n.* 29. diſtinguẽdo ait poſtea, hanc eſſe magis conſonam, eãq; tenendam, vti deciſionibus, ac *DD.* grauiſſimorum ſententia munitam.

5 *Ad verſ. item quæro*, quid ſi vendantur pededagium, guidagiũ, & gabellę ſi in iſtis habeat locum ius congrui, videas *Bald. in c. 2. de feu. cogn. Pariſ.* 84. *n.* 10. *eundẽ Pa-*
6 *riſ. conſ.* 82. *num.* 10. *lib.* 3. & ſi gabellæ, & pedagia connumerentur inter immobilia, vide *Mangrell. in addit. ad Bart. in l. Prætor, ff. de public. & vectigal.* ideoque onera conuentionum appellantur, non rei
7 tradendæ, *Alex. conſ.* 31. *num.* 3. *lib.* 3. verũ in gabellis iſtis quando locentur, dantur
8 plus offerentibus, mediantibus legitimis ſubhaſtationibus; ad extinctum candelæ; nam in eis ut plurimum habet intereſſe Regius Fiſcus, ut hodiè ſeruatur in Camera Fiſci, quæ praxis colligitur ex *text.* clarè in *l. ſi tempora, C. de fid. inſtrum. & inſtr. haſt. fiſcal. lib.* 10. *Bart. in l. licitatio, ff. eod. num.* 2. & ideò in eis locum non ha-
9 bere ius congrui, nàm propriæ venditiones ſũt *text. in l. fin. C. de vectig. & cõmiſſ.* vbi *DD.* ut in ſpecie *Bart. num.* 1. an verò vetus conductor; ſeu gabellarius ſit pro
10 eodem pretio præferendus in prædiis, & aliis rebus fiſcalibus, ad *text. in l. congruit, cum l. ſeq. C. de loc. præd. ciuil. lib.* 10. & *Præſ. de Franch. deciſ.* 405. & alii quos cumulat *Cizzar. deciſ.* 5. & *nouiſſimi Addent. ad eundem*, & *Dom. Iudex. Camill. de la Ratha in conſ.* 18. & alii citati per eoſdẽ *Addentin dict. dec.* 5. & *Dom. de Thoro in ſuo compend deciſ. p.* 1. *verb. conductor*, & in puncto adde *Stephan. Gratian.* qui in terminis tractat hoc in *diſceptat. foren. cap.* 357. *nu.* 6. & 32. vbi inquit, quod neq; noui fiſcales conductores ſunt præferendi,
11 ſed conductores antiqui præferuntur nouis, ſi velint ſuſcipere augumenta ab aliis oblata, iuxtà *tex. in dict. l. congrui, Afflict. noſter in dec.* 238. & *Peregrin. de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 5. *Tiraq. de retract. lignag. gloſ.* 18 §. 1. *n.* 6. citati ab eodem, & hoc in locatione rerum fiſcalium habet locum, ſecus in aliis rebus priuatorum, nàm tunc habet locum, *tex. in l. ne cui*, C. *de locat. & conduct.* ſpeciali enim priuilegio conceditur talis prælatio primis conductoribus rerum fiſcalium, de quo habetur apud *Afflict. noſtrum in tit. de fratrib. de nouo benefic. in-ueſt.* qui priuilegia fiſci plura numerata, ut in *priuil.* 89. ſed nolo omittere quod hodie adeſt Pragmatica edita ab Excellentiſſimo Comite Montis Regii in anno 1631. per quam diſponitur, ut infra quadraginta dies admictatur noua oblatio, & hoc antequam ſi capta poſſeſſio à nouis Arrendatoribus, & quod dicta noua, & maior oblatio poſtea non ſit minus decimæ partis cõductionis unius anni numerandi dicti 40. dies à die extinctionis candelæ: ſi verò fuerit capta poſſeſſio à nouis Arrendatoribus, ſtatuitur terminus trium menſium numerandus à die captæ poſſeſſionis pro admictenda noua oblatione, quæ non ſit minus ſextæ partis conductionis unius anni, ideò iuxtà illius diſpoſitionem, etiam admictuntur nouæ oblationes cum maiori quantitate à veteribus conductoribus, ſi velint ſuſcipere augumenta ab aliis propoſita in-
12 fra ſtatutum tempus ratio cur hoc ſupra di-
13 ctum diſponitur in conductoribus fiſcalibus eſt, nàm tales conductores fiſcales aliquando compelluntur inuiti, *text. in l. cotem ferro*, §. *vlt. ff. de public. & vectigal.*
14 ideò in alio releuantur, *Gratian. in cit. diſcept. num.* 12. ex conſideratis per *Cyn. in d. l. ne cui.*

15 Ampliatur ſupradictum privilegium non tàm in fiſci colonis, verum in municipalibus colonis Reipublicæ, *Gratian. ubi ſupra nu.* 12. & in conductore Eccleſiæ, *idem num.* 42. & videas eundem *Gratian. cap.* 715. *num.* 2. hoc idem affirmantem.

16 Sed quæres, quid in venditione aliarum rerum fiſcalium, an ſupradicta citata iura habeant locum, quando venduntur ipſæ res fiſcales, ut primus licitator ſit præferendus, atq; admictendus ad prælationem, ſi velit retrahere rem, dum ipſe prius licitave rat, offerendo, & ſuſcipiendo augumẽtum in ſe ab altero ſecundo licitatore oblatum, & præpoſitum. Ratio dubitanti erat, nam ſupracitata iura, & præcipuè *tex. in l. congruit. cum l. ſeq.* ac DD. præcitati loquantur in locatione, non in uenditione: tamen dicebatur à pari procedere contractus conductionis, & emptionis, nam ſunt
17 contractus valdè ſimiles, in eisdem regulis conſiſtentibus, *tex. eſt in* §. 1. *Inſtitut. de loc. & conduct. & l.* 2. *ff. locat. l.* 1. C. *eod.* &
18 locatio pro vẽditione habetur, *tex. in l. nõ ſolet, ff. eod. tit. Alex. conſ.* 104. *num.* 3. *lib.* 3. *dec. conſ.* 103. *num.* 1. *Gratian.* qui alios congerit in *diſcept. foren. cap.* 460. *nu.* 42. & notat *Ferron. ſuper conſuet. Burdegal. de re-*

Digitized by Google

tract. §. 25. col. 2 in princip. Tiraqu. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. nu. 86. Gom. var. reſol. tom. 2. cap. 3. Surd. conſ. 150. nu. 128. lib. 1. Rendell. in tract. de jure prothomiſ. ſuper hanc Extravag. Sancimus, in verſ. per locationem nu. 1. Gratian. diſcept. for. cap. 755. nu. 25. ubi ait, quod locare lo-
19 cum pro certa mercede nihil aliud eſt, niſi vendere pro pretio convento, allegat *conſ. Surd. 155. num. 2. lib. 2. Bald. in l. ede, C. loc. n. 7.*

Sed nolo omittere id, quod contigit in facto in cauſa Spectabilis olim Dom. Regii Conſiliarii, ac Præſidentis Sacri Cō-
20 ſilii *Andreæ Marcheſii meritiſſimi, in eodem S. C. Advocati famigeratiſſimi, ac celeberrimi feudalium legum in noſtro Almo, ac publico Gymnaſio Interpretis*, qui fuit in anno 1643. factus Præſes Sacri conſilii, paucis annis poſteà morte præventus, contra Illuſt. Ducem Montis Nigri ſuper venditione antiquiſſimæ civitatis Iſerniæ, ex qua originem habuit ille *Iſerienſis*
21 *Andreas maximus omnium præexcellens Feudiſta* ſic cognominatus à loco illo, ubi ortus fuit, ut habetur in eius vita, quæ Civitas candela accenſa, & extincta iam remanſerat dicto Dom. Spectabili Præſidē-
ti Marcheſio pro duc. 32. m. qui Dom. Dux
22 deindè obtulit majorem oblationem, ſcilicet duc. 41. m. pecunia præſenti, ob quod inſtante Regio fiſci Patrono, fuit iterum accenſa candela ſuper dicta majori nova oblatione recepta per Regiam Cameram; & extincta candela, remanſit dicto Dom. Duce, cumq; fuiſſet inſtatum pro parte dicti Dom. Spectabilis Præſidentis, petendo remitti ad retractum, ac prælationem in viditione præfata uti primi licitatoris, ac emptoris, offerendo pretium, quod obtulerat dictus Dom. Dux, ad quam petitam prælationem ex infraſcriptis, quæ pro eo allegabantur, non ambigebatur eſſe admittendum.

23 Certum eſt in jure contractus venditionum eorum fiſcalium prævijs ſolemnitatibus à jure requiſitis poſt extinctionem candelæ, eſſe perfectos, adeò quod ab illis emptores nequaquam diſcedere valeant, *Alberic. de Roſent. in l. fi. fine, §. quæſitum, ff. de minor.* quia fides haſtæ fiſcalis non debet decipi, *l. ſi hypothecas, C. de remiſſ. pignor. l. ratas, C. de reſcind. vend.* imò dominium tranſfertur in emptorem *l. 1. C. de vendit. rer. ciuit. lib. 11.* ibi, *perfecta venditione.*

Quo facto fundamento, indubitatiſſimè remanet iuſtitia ipſius retrahere volentis, ſiquidem à pari procedunt contractus cō-
26 ductionis, & emptionis, §. 1. *Inſtitut. de locat. & conduct.* ibi, *Locatio, & conductio proximè eſt emptioni, & venditioni, iiſdem*
27 *iuris regulis conſiſtunt.* At antiquus cō-
ductor licet rerum priuatarum nouo non veniet anteponendus, *l. ne cui, C. locati, Afflict. deciſ. 238. n. 5. Caualcan. deciſ. 27. n. 33. de Ponte conſ. 23. Boer. deciſ. 107. Catar. deciſ. 97. Miſinger. ſingular. obſeruat.*
38 22. tamen conductor antiquus rerum fiſcalium præfertur nouo, ſi velit ſuſcipere augumentum ab aliis propoſitum, *l. congruit, C. de loc. prædior. ciuil. lib. 11. l. fin. C. eod. tit. Afflict. d. deciſ. 238. n. 3. cap. 1. verb. vectigal. num. 16. quæ ſint regalia, Peregrinus de jur. fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 5. Alex. cōſ. 80. num. 10. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. gl. 8. §. 1. num. 6.*

29 Et iuri conſonum eſt, dictum argumētandi genus à conductione ad emptorem rerum fiſcalium, ſiquidem retractus antiquo conductori duplici datur nomine, primo communiter, & à DD. traditur, quia aliquando huiuſmodi conductores fiſcales inuiti detinetur, *l. totem ferro, §. ult. ff. de*
30 *pub. & vectig.* vndè non mirum ſi in ſuo grauentur, in alio ſubleuentur, argumento, *l. eum qui, ff. de iur. iur.* & ſic in terminus *l. ne cui*, conſiderauit, *Soc. ibid. nu. 3. in princ.* & ibi *Bald. num. 2. in fin. Salic. pariter num. 2. Franch. dec. 406. num. 7. Martin. Laud. tract. de fiſco, q. 158. tit. 2. fol. 4. Boer. in deciſ. 107. num. 1. ad med. vers. contrarium. Gom. var. reſolut. cap. 3. de locat. & conduct. n. 5. ad med.*

Alia etiā redditur ratio à *Steph. Gratia. diſcept. foren. tom. 3. cap. 357. num. 15.* quia
31 huiusmodi conductores quamvis ad modicum conducant tempus, habent jus in re prout eſt in aliis conductoribus privatis, quibus nullum ius in re conducta acquiritur, niſi in locatione ad longum tempus *Bart. in l. 1. nu. 1. ff. de loc. præd. lib. 10. & in l. 1. §. qui autem, nu. 6. ff. de ſuperficial.* quare non mirum, ait *Præſ. nu. 2. in fin.* ſi prælatio eſt concedenda conductoribus fiſcalibus tamquam habentibus jus in re, quæ denegatur aliis privatis.

Cum ergò utraq; ratio vigeat etiam in emptore rerum fiſcalium, quare petitus retractus denegare poterit? illa prima ratio magis urget in emptore, nam cum, ut ſupra fundatum ſit extinctio candelæ, adeò perficiat contractum, ut ab eo amplius diſcedere nequeat, illa eadēmet ratio, quæ conductorem antiquum facit anteponere novo, efficit, ut antiquus paritèr emptor novo præferatur.

Secunda paritèr ratio magis ſtringit in emptione, quàm in conductione: nam ſi prælatio dependet ex eo, quod habetur ius in requiſitionem, viget magis ius in re haberi per emptorem, quam per conductorē, cum ergò vigeat eadem ratio prælationis

in

in conductione, quæ viget in emptore, in utroque contractu ſemper antiquum novo præferri dicere iure debemus.

32 Et in terminis, quod primus licitator novo veniat anteponẽdus, ſcripſit *Azeued. l.2. tit.2. lib.2. novæ recopilat. nu.* 15. his verbis *Benè tamen verum eſt, & ſic pluries vidi iudicatum, quod ſi primus licitator, in quem res de ultimo remanente ſubhaſtata fuit, offerat idem pretium, quod nouus licitator poſteà obtulit, debet præferri, & remanere cum illa.*

Nec momenti alicujus erit oppoſitio Regii Fiſci, quod admiſſa prædicta oblatione, nemo audebit ſuper imponere, cum certò ſciat à primo iure retractus poſſe rẽ vendicari, nam non conceſſo retractu primo licitatori, nemo veniet ad licitandum, & plus convenit fiſco, ut primi veniant, quam ſecundi, qui ſecundi ad finem excludendi primos, immoderatum augumentũ afferunt, & fiſco oberit, imo ſemper conceſſo retractu, ejus conditio erit melior.

His tamen minimè militantibus allatis per Dominos Advocatos dicti Spectabilis Præſidentis in Regio Collaterali Conſilio ad relationem Regiæ C. S. fuit per dictum Collaterale Conſilium, tunc aſſiſtente Illuſtriſſimo, & Excellentiſs. Dom. Protege Duce de Medina, & Principe Hoſtiliani, & Domino Sabionetæ denegata prælatio, ac retractus dicto Dom. Andreæ Marcheſio, & admiſſus dictus Dom. Dux Montis Nigri, & ratio huius deciſionis ex ſupradictis conſiderari poteſt, quibus adde *Illuſtriſs. Reg. Capycii Latro* 157. *tom.* 2. Actuarius Reg. Cam. Conſtantinus

SVMMARIVM.

1 *Fraudans pedagium amittit bona alia patitur etiam aliena, num.* 2.
3 *Vectigal non ſoluitur ex mercibus vi ventorum portu exoneratis.*
4 *Venditor non ſoluens gabellam in venditione rei de euictione tenetur.*
5 *Pedagium non ſoluens in nundinis, nec poſteà ſoluerit per traditionem ex nundina an debeatur.*
6 *Cognitio fraudantis gabellam ſpectat ad conductorẽ eiuſ. gab. qui poteſt cõponere.*
7 *Clericus ſoluens gabellam, an ſibi præiudicet in futurum.*
8 *Epiſcopus debet defendere Clericos, ne grauentur in gabellis, & quando.*

A *Did. quod ſoluens pedagia in nu.* 5. videas eundem *Mangrell. in l. ne quid, ff. de incend. ruin. & naufrag. Cæpoll. conſ.* 18. *n. col. fin. Odofr. in hauth. habita, col.* 3. *ver. ſed numquid, C. ne fil. pro patre, Cæpoll. in l. eũ,*

1 *qui vectigal., ff. de verb. ſignif.* & fraudem pedagium amittit bona, de quibus debes ſolvere pedagia, una cum animalibus, *Anat ſingul.* 225. *Boer.* allegatus per eundem *de Anna deciſ.* 178. *de Franch. dec.* 17. imò non
2 ſolum amitt. bona ſua, verum aliena, quæ ſecum vehit, *Bart. in l.* 1. *C. de nautic. fæn. Theſaur. dec. Rota Taur.* 52. ex allatis per *Dom. Ricc. in collect.* 677. ex hoc infertur,
3 quo vectigal non ſolvitur de mercibus exoneratis ventorum impetu in portu, idem *Ricc. in collect.* 615. infertur etiam, augmẽtum pecuniæ in gabellis ſpectare ad venditorem, idem *Ricc. in collect.* 384. & ven-
4 ditore non ſolvente gabellam in venditione rei, ſemper de evictione teneri de dicta gabella non ſoluta, idem *collect.* 2125. &
5 quid de illo, qui non ſolvit pedagium gabellæ nundinis, nec poſteà ſolverit per traditionem factam extrà nundinas, *Gratian. in diſcept. cap.* 111. *num.* 215. & an in dubio fit pronunciandum contra gabellam, videas eundem *Gratian. in cap.* 17. *uſque ad* 23.
6 cognitio fraudantis gabellam ſpectat ad conductores eiusdem gabellæ, qui poſſunt facere compoſitionem, & gratiam ad libitũ eorum, idem *Gratian. cap.* 970. *num.* 26. &
7 29. & ſi Clericus ſolverit gabellam, ſeù pedagium aliquibus vicibus, an ſibi præjudi-
8 cet in futurum, videas *de Anna in alleg.* 13. immò quod Epiſcopus debet defendere Clericos, ne graventur in gabellis, idem *Gratian. cap.* 390. *n.* 20. & 21. gabella, an imponi poſſit pro refectione putei communis cum vicinis, vide *Guid. Pap. deciſ.* 144.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui an locum habeat in venditione uſusfructus ſed contra n.* 4.
2 *Dominus proprietatis an præferatur in venditione uſusfructus.*
3 *Ius Bullæ an ceſſet vendente proprietario ad favorem utilis Dominii.*
4 *Ius congrui quoad proprietatem rei, cui competat, an vicino, vel uſufructuario.*

A *D verſ. ſi venditur uſusfructus, &c.* Adde *Caſaneum*, qui concordat cum *Afflict. noſtro hic in §.* 1. *de retract. in verſ. ſunt heritarge, Forroneum in conſuetud. Burdegalenſi, tit. de retractu, Pariſ. in cõſ.* 84. *lib.* 3. *nu.* 8. *Benedell. ſuper hanc Extravagant. in princip. num.* 117. *in §.* 1. qui ad partes diſputat quæſtionem pro, & contra, tandem ſequitur opinionem noſtri *Afflict.* licet contrariam partem teneat *Tiraquel. de utroque retractu municipali, §.* 1. *gloſ.* 7. *à nu.* 45. *cum ſeq.* hanc etiam ſententiam ſequuti ſunt *Alex. conſ.* 52. *col. ult. lib.* 1.

Co-

Digitized by Google

Couar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 11. nu 4. Boer. in tit. de retractu §. 1. verum pro quæſtionis reſolutione videas *Rendel. in eod. tractatu, in gloſ. per emphyteuſim à nu. 50. verſ. re tamen, cum num. ſequentib.* ubi quæſtionem hanc diſputando, eamque diſtinguit in tribus caſibus, ut in *verſ. ſecundus eſt caſus*, ſcilicet an uſusfructus ſit alienabilis, & ſi alienabilis, numquid in eo habeat locum ius congrui, & ſi dominus proprietatis præferatur vicinis in eo, ut apud eundem, & apud *Bard. in eod. tit. ſuper Bulla Sixtina, ut in tit. 6. num. 4. remiſſiuè fol. mihi* 84. & apud *Afflict. num.* 37. adde *Gratian. diſcept. foren. cap. 842. n.* 38. ubi vendente proprietario ceſſare inquit ius Bullæ Gregorianæ ad favorem utilis domini, quæ Bulla diſponit circà ius congrui, videas eundem *Gratian. in cap.* 957. *num.* 28.

Sed quid quando proprietarius uult vendere proprietatem, cui cõpetit ius congrui circa hanc proprietatem, vicino, an verò uſufructuario rei proprietario, *Bal. in eod. tract. de iur. congrui*, qui tenet, quod competat vicino, & *Rendel. in loc. ſupra cit. num.* 65.

Et ad id ſi vendita domo, quæ eſt propè aliam domum, in qua unus habet uſumfructum, alius proprietatem, ut ait *Afflict. hic, & Rendell. ubi ſupra num.* 68. *cum ſeq.* adde etiam *Gratian. cit. cap. num.* 842. *volum.* 5. ubi in caſu quando venditur proprietas, ceſſare inquit ius Bullæ Gregorianæ, quæ diſponit etiam circa ius retractus ad favorem utilis Domini, ut per eundem *Gratian. loc. ſupra cit.*

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui an habeat locum in annuis redditibus certis, & perpetuis, & ratio oſtenditur n. 2.*
3 *Annui redditus inter mobilia connumerantur.*
4 *Feudum an dari poſſit in annuis redditibus.*
5 *Annui redditus, neq; inter mobilia, neque immobilia connumerantur. ſed ſemper inter immobilia collocantur, n. 6. & qualiter n. 7.*
8 *Legatum immobilium an veniant iura, & actiones. ſeù nomina debitorum.*
9 *Ceſſus an poſſit conſtitui ſuper annuis introitibus.*
10 *Cenſus ſuper molendino an conſtitui poſſit.*
11 *Cenſus ſuper molendino impoſitus, an abſq; decreto tutor vendere illum poſſit.*
12 *Appellationes mobilium, ſeù immobilium bonorũ, an veniãt iura, & actiones.*
13 *Cenſus an poſſit imponi ſuper iuris dictionibus, ſeù pertinentiis, & eis membris, & iuribus.*
14 *Cenſus impoſitus ſuper re prohibita alienari, & hypotecari, an ſubſtineatur ſaltim ſuper fructibus, durante vita emphyteutæ.*
15 *Legatum mobilium, an veniẽt vaſa argentea, & ſuppellectilia.*
16 *Scientia, & patientia adverſarii, an exigentur in acquirenda poſſeſſione mobilium.*
17 *Cenſus an inter immobilia connumeretur.*
18 *Cenſus, an conſtitui poſſit ſuper rebus, in quibus cadit ſpes iuris luendi, aut ſuper re emphyteutica, abſque aſſenſu domini directi n. 19.*
20 *Pactum certum, ac determinatum, an poſſit apponi pro redemptione cenſus, & contractus vitiatur per hoc pactum, n. 21.*
22 *Præſentia realis pecuniæ an requiratur in contractibus reemptionis cenſus, ſeù ẽptionis*
23 *Cenſus impoſitus ſuper re diruta, an locus ſit remiſſionis.*
24 *Reemptio annuorum reddituum an dicatur nova rei acquiſitio, vel alienatio ſecunda.*
25 *Ius congrui an detur ſuper rebus incorporalibus, deciſiones ſuper hoc adducuntur, n. 26. licet contraria deciſio appareat, n. 27. non tamen contrariari videntur, ſed concordantur, n. 27.*
28 *Conſt. Sancimus & conſuet. de iure congrui an invicem contrarientur in iuribus incorporalibus.*
29 *Tempus an currat vicino in petendo ius congrui. vel requiratur ſcientia, aut denunciatio, & an tempus utile, vel continuum, n. 30.*
31 *Statutum præfigens tempus venditionis rerum, ut detur prælatio, an intelligatur de temporibus iuxtà conſtit.*
32 *Conſuetudo, & Extrauagans an differant.*
33 *Emphyteota an præferatur in venditione Domini directi venditi per Dom. illius referuntur deciſiones n. 34. licet alias contrarium deciſum reſoluitur, n. 35. & 40.*
36 *Cõſenſus emphyteotæ an requiratur, quando Dominus uult vendere rem cõceſſam, ſicut è cõtra.*
37 *Dominium magis eſt directum, quam utile.*
38 *Infirmior validiorem trahere non poteſt, & independentem.*
39 *Reſeruatio dominii an faciat ceſſare ius congrui.*
41 *Prælatio an detur emphyteotæ in venditione rei, & quare, & quid inter dominos primorum, & ſecundarum cauſarum, n. 42*
43 *Dominus habens cauſas ciuiles, è conuerſo an præferatur Domino habenti cauſas criminales in venditione iurisdictionis illarum refertur deciſionum 44.*
45 *Prælatio an detur uniuerſitatibus petendo domanium, referuntur deciſiones.*
46 *Tempus petendi domanium eſt ſtatutum ex Regia Pragmatica, ſed an coartari poſſit, & quid obſeruatum ſuit.*
47 *Prælatio an detur in locatione rerum, ſeù in affectu referuntur deciſiones.*
48 *Fiſcus reſtitutionem petere poſſit facta addictione rei venditæ ſub haſta, ſi ſuperueniat alius, qui plus offerat.*
49 *Rex an poſſit reuocare domanium, & ſi vaſſalli poſſint ſe redimere, remiſſiuè.*
50 *Prælatio an competat uniuerſitati, quæ habet iurisdictionem ciuilem contra alia, uniuerſitatem habentem criminalem.*
51 *Domanium quid ſit, & an competat uni de uniuerſitate, etiam elapſo anno, & quid ſi plures terræ vendantur unico pretio, remiſſiuè, n. 52.*
53 *Dominus terræ an poſſit diuidere iurisdictionem in diuerſis locis.*
54 *Iurisdictio an augeatur per allusionem, ſicut in rebus feudalibus.*

1 AD *n. 5. verſ. item*, ſi annui redditus certi, & perpetui vendantur, an habeat lo-
2 cum ius prothomiſeos, ubi Afflict. concludit, quo ſic, ea ratione, quia inter immobilia numerantur, ut ex allatis per eũ, qui-

quibus adde *Dom. Ricc. in collect.* 668. pro reſolutione huius quæſiti, & ſi tales annui redditus inter immobilia, vel mobilia ſint collocanda, præter iura allata hic per
3 Afflict. & per Scribentes ſuper hac eadem Extrauag. adde ad literam, *Clem. exiui de Paradiſo, §. cæterum. annui redditus, de verb. ſig. Napod. in conſuet. 1. de iur. congr. in ver. in gloſ. vel aliam rem, & Iſer. cap. 2. de feu. cogn.* ubi quærit, an feudum dari poſſit in annuis redditibus, *Camill. Salern. in Apoſtill.* incip. *nota etiam, in præm. Conſuet. Neapol. fol. 43. in §. quarum* idem *in Apoſtilla* incip. *ſi hæ Conſuetudines in tit. de reſtitut in integrum, ff. mihi* 391. *Ant. de Alex. in Apoſt. ad conſuet. Neap.* incip. *nota quod tit. de ſuc. ex teſt. fol. mihi* 162. *Tiraquel. de primogenitura*, & præcæteris *Benedell.* in ſuo ſolemni *tract. de Iure prothomiſeos*, ſuper hac eadem *Coſtitut. Sãcimus, in tex.* ibi, *vel rem immobilem, à n.* 62. *cum ſequentib.* ubi diſputando hanc quæſtionem cum iuribus, & Doctoribus, concludit in fine cum *Follerio in praxi criminal. in verbo annotentur bona, num.* 8. & *Bald. Aluator. & Tiraquel. de utroque retractu, gloſ.* 6. §. 1. *num.* 92. veram eſſe *Bartoli* ſententiam, ac ejus ſequacium,
5 videlicet ut annui redditus, iura, & actiones non inter mobilia, & immobilia connumerari poſſunt, ità *Cenc. de cenſib. par.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 2. *Rendellam in eodem tract. in gloſ. rem immobilem, ad principiũ Conſtitutionis*, ubi in *verſic. reſumo*, dicit
6 quod iſti annui redditus ſuper fundo im-
7 mobiles ſemper reputantur, & hanc eſſe communem opinionem, dummodò perpetui ſint, & abſque pacto redimendi, ut ait noſter *Affictus in fin. hic*, id probat auctoritate *Follerii in ſua praxi cenſual. cum eod. Rendella* tenet *Regens Rouit.* in Doctiſſimis *Commentariis ſuper pragm.* 1. *De Iuribus, & Actionibus fiſcalibus, fol. mihi* 271. *in penult. impreſſ.* ubi computat annuos redditus inter immobilia, ſic etiam tenet *Fontanella in dec.* 205. *num.* 8. *Couar. uar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. *uerſ. hos ann. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 29. *n.* 21. & 22. quid ſi fuerit factum legatum horum immobilium, an veniant iura, & actiones, ſeù nomina debitorum, videas *Annam in ſingul.* 308. & *Guid. Papa dec.* 449. hoc etiam confirmat *Nouar. I. C. ac Canonicus in Cathedrali Eccleſia Neapol. & Prothonotarius Apoſtolicus in ſumma Bullarum, in tit. de contract. cenſualibus ſuper Bulla Pij V. & Gregorii XIII. per text. in l. ſufficit de cond. indeb. & per text. in l. Iurisperitus, de excuſ. tut. ver.* 3. ubi an poſſit cenſus conſtitui ſuper his annuis redditibus, nam ad inſtar immobilium ſunt, allegata *Caroc. dec.* 103. *Seraph. dec.* 124. *nu.* 4 *part* 1. & refert, hanc eſſe receptam opinionem, per *text. in dict. Clementina exiui de Paradiſo*; ubi etiam de molendino ait idem I. C. Novarſi ſuper molendino poſſit imponi cenſus
10 & ſi inter mobilia, vel immobilia ſit con-
11 numerandum, & ſi abſque decreto cum
12 tutor alienare poſſit, ubi n. 18. de his omnibus *eod. tit.* apud eum, & apud eum, & apud *Bened. loc cit. n.* 66.

Ex hoc infertur, ſi cenſus imponi poſſit ſuper iurisdictione, vel ne, ac ſuper pertinentiis, & eis membris, iuribusq; univerſis, videas *Farinac. dec Rot.* 623 *par.* 2. infertur etiam; vt cenſus impoſitus ſuper re prohibita alienari, & hvpothecari, ut ſubſtineatur ſaltem ſuper fructibus durante
14 vita emphyteutæ, de quo apud *Ricc. collect.* 4069. mobilium verò appellatione,
15 quæ veniant, videas eundem *collect.* 239. immobilium appellatione bonorum, an veniant iura, & actiones, & quibus in caſibus, *Theſ. fil. in q.* 2. *lib.* 1. *qq. for. Rendel. ubi ſup.* & an veniant animalia, *tex. eſt in l. monentium, C. de uerb. ſign. D. Ricc. in collect. cit.*
16 & legatis mobilibus, utrum veniant vaſa argentea, & alia ſuppellectilia. *Rota dec. Farinac.* 450. & *Rota dec. Auenion.* 16. & an acquirenda eorum poſſeſſione, uel quaſi requiratur patientia, & ſcientia adverſarii contra quem acquiritur, videas *tex. in l. de corporalibus, C. de ſeruitutibus*, cenſus
17 an his immobilibus connumeretur, dic, quod ſic, *Caroc.* 103. *Seraph.* 124. *n.* 4. *ſup.*
18 *cit. Surd. dec.* 204. ex quibus colige, vt non poſſit cenſus conſtitui ſuper rebus, in
19 quibus cadit ſpes iuris luendi, ſcilicet ſi adſit pactum de reemendo, & probat *Muta dec. Sicil.* 133. *p.* 1. neque ſuper re emphyteutica abſque Domini directi aſſenſu, idem *Seraph. dec.* 744. *num.* 9. & *dec.* 1290. *nu.* 5. ſic etiam pro eorum redemptione mi-
20 nimè poteſt opponi pactum certum, ac determinatum tempus, nàm tranſiret in aliã ſpeciem contractus, *Guid. Pap. dec.* 468. contractus, talis vitiaretur per hoc
21 pactum, ità *D. Ricc.* more ſolito in *collect.* 4014. ubi inquit, etiam quod in his contra-
22 ctibus requiratur præſentia realis pecuniæ, & *collectan.* 41. & 825. 4. *part.* & 418. ut ex deciſionibus apud eum; Diruta re,
23 ſuper qua cenſus eſt impoſitus, an ſit locus remiſſioni cenſus, videas articulum *Alleg. V. I. D. Dom. D. Franc. Bilott.* ad eadẽ *collect. D. Ricc. impreſſam* omni laude di-
24 gni 4014. & ſi redemptio annuorum reddituum dicatur noua rei acquiſitio, vel reditio, videas de *Thoro, in ſing.* 22. *impreſſo in lib. votor. dec.* & ſi dicatur alienatio, vel ſecunda venditio, *idẽ Thor. ubi ſup.*

35 Se-

Digitized by Google

25 Secus verò non dari hoc ius prothomiſeos, ter et idem *Rodella vbi ſupra*, & *in eandilla ratio*, & *in ver. ita eſt*, *ſub nu.* 5. dicens incorporalia licet aliis de cauſis ſub immobilis numeranda, tamen quia finibus, capitibus, lateribuſque carent, conſequenter, ac neceſſariò a tali iure excluduntur, id probat pluribus cum rationibus, quam rationem eſſe bonam dicit *Camill. Saler. in apoſt. poſita in d. Conſuet.* 1. *eod. hoc tit.* incip. *Ratio bona eſt*, quia in in-
26 corporalibus minimè datur ius congrui, plures ſic iudicatum reperies in *Add. ad eandem conſuet.* 1. ut refert *Dom. de Frãchis in apoſtil. quid ſi emptor*, *l. t. F.* & G. in cauſa Matthæi Spiculæ cum illis de Domo Vlcano ſuper venditione cuiuſdam cẽſus, de qua meminit in *Dec.* 17. & 18. ſic ſeruatum per idem S. C. refert *Ic: Angel. Fiſarel. in addit. incip. sũpta occaſione*, *lit. A.* in cauſa Ioan: Perri Ægyptiis poſt *gloſ. Napod. alicuius*, *num.* 27. cui adde *Ferro. in Conſut. Burdegall. in tit. de retractu*, quẽ citat *Camill. Saler. ibidem* §. 16. & §. 28. *Alex. conſ.* 27. *in* 2. *dub. nu.* 4. 6. *volum.* licet idem *Camill. Saler. in apoſt. incip. ultra præfata*, referat, contrarium fuiſſe deciſum, atque ſeruatum in venditione cenſus empti per qu. Alexandrum Miele, qui fuit conventus, & condemnatus ad relaxandum eum ad beneficium Baptiſtæ Stinchæ, & Lazari Ioachini, qui de Miele emerat à Iacobo Caracciolo, & ſic fuerunt prælati dicti Domini utiles: nam dicebatur, eſſe perdurum dum directus dominus; cenſum vendit, non licere utili domino rem ſuam liberam facere (ſoluto pretio), & licet hæc deciſionhes adverſari videntur, tamen non ſunt contrariæ, ut inquit *Rendel. in ead. gloſs. num.* 8. *verſ. caue*, tamen quæ-
27 ſo videas omninò *Petr. de Gregor. in tract. de cenſib. quæſt.* 7. *num.* 37. qui etiam quæſtionem hanc diſputando, allegat inter cæteros *Surdum deciſ.* 304. & *Mangon. dec. Florentina* 107. Nec enim conſtitutio præſens, neq; cõſuetudines loquuntur de his iuribus incorporalibus circa congruum, & ſic æquiparantur in hoc inter ſe; in quibuſdam diſcrepant, circa hanc materiam iuris congrui ſicut Præſes inquit, quod ubi cõſuetudo viget, locum non habet præſens conſtitutio, ut in *dec.* 346. *n.* 9. in præſenti enim extrauaganti requiritur ad finem, vt currat tempus vicino in petendo congruo denunciationem ei fieri, nec ſufficere ſolam ſcientiam ipſius vicini, ita *Benedel. in* §. *in primis hic*, *num.* 4. ſecus in cõſuetudine, nam eo ipſo currit tempus vicino facta venditione perfectè, ità Addentes ad dictam Conſuetudinem primã poſt *Napod. gloſ. ſcientias*, *fol.* 333. *mihi*, & ſi
29 tale tempus ſit continuum; vel vtile, *Rendella in gl. triginta dies*, *fol. mihi* 134. *per totam*, an currat pendente lite ſuper, eumdem videas in *num.* & *loc. ſup. cit.*

31 Et dictante ſtatuto, vt in venditione rerum detur prælatio, & in eo nulla ſit mentio de tempore, an intelligatur de ſupradictis temporibus *Tiraquel.* & poſt cum *Ar. Piſtor. lib.* 4. *q.* 12. *n.* 19.

32 Differunt etiam inter ſe conſuetudo, & extrauagans, nàm extrauag. loquitur nõ tam in contractu emptionis, & venditionis, verùm in aliis narratis in ea, ità *Napodan. in gloſ. emit*, *in d. Conſuet.* 1. *eod. tit.* & *de Franc. dec.* 346. *n.* 9. *ſup. cit.*

Sed quæras, quid ſi dominus directus vult vendere illud directum dominum, quod penès ſe remanſit, an præferatur aliis
33 emphyteuta, de quo conſulas apud ſupradictos *Addentes ad dictam Conſuetud.* 1 poſt *gloſ. Napodani num.* 34. & apud *Vincent. de Anna in ſingul.* 150. qui ſecundum doctrinam *Andreæ* refert fuiſſe pluries de-
34 ciſum per S.R.C. & affert deciſiones ſupra citatas per eoſdem Addentes, ut ſupra, licet in cauſa illius de Miele, contra An-
35 dreę opinionem fuiſſe per S. C. deciſum refert idem *de Anna*, ſed *Rendella* allegando alios DD. adhærentes huic *Annæ* opinionem in *d. gloſ. rem immobilem*, *in verſ. huic tamen*, *num.* 10. inquit, quod id, quod allegat *Anna*, non reperitur apud *Andræam*, ſed benefacti ſpeciem per *Andr.* formari, quando directus dominus vult vendere, an requiratur conſenſus emphy-
36 teutę, ſicut è contra quando iſte emphyteuta vult alienare rem emphyteuticam requiritur directi domini conſenſus, iuxtà terminos *l. fin. Cod. eod.* & concludit idem *Andræas in eod. loc. cit. ab Annæ in cap. Imperialem*, *de prohib. feud. num.* 49. quod non, cum diuerſa ſit ratio, & diſpoſitio reſpectu emphyteutæ, ideòque non eſt trahenda ad directum dominum, & ſic ſtan-
37 dum eſſe regulæ, *l. dudum*, quia maius eſt dominium directum quàm vtile, ità *Vrſillus ad Afflictum in deciſ.* 255. *num.* 24.
38 confirmatur hoc ex *dec. Grat.* 22. per rationem, quia infirmior validiorem trahere non poteſt, & indeper dentem, ità deciſum refert de *Franch. per S. C. in deciſ.* 17. *num.* 9. de quibus apud *Epiſcop. Ricc. in collectan.* 1537. *par.* 1. & 2366. *par.* 6. & ſi talis dominii reſeruatio faciat ceſſare hoc ius congrui, negatiuè *Ricc. collect.* 508. videas etiam ad hoc quæſitum *gl. Napod.* ſupra citatam, & *Boer. dec.* 107. *Benedellum in hac eadem conſtit. in princ. nu.* 267. qui aſſerit, ſimpliciter emphyteutam prę-
40 ferri aliis, ex *ead. Boe. dec.* 107. nam ratione directi dominii coniungendi cum

vtili

Digitized by Google

utili dominio, datur ei prælatio, quod per-
41 mitteretur ſecundum ius commune, & ſecundum præſentem Extravagantem, non ſecundum conſuetudinem, quia loquitur ſolum in ſuis caſibus, verùm videas *Reg. Carol. de Tapia in Juis doctiſſimis Commentariis in tit. de iur. prothom. nu. 74. verſ. amplia in ampliationibus, & Reg. Sanfelic. in dec. nouiter impreſſa 322. par. 2.* etiamque teſtatur de obſervantia *Dom. Reg. Conſil. D. Ferdin. in Arias de Meſa reſolut. cap. 17. lib. 2. nu. 19.* eamque obſervari inter Dominos primarum, ac ſecundarum cauſarum alle-
42 gans *D. Reg. Galeotam in addit. ad contro verſ. 53. art. 2. nu. 25. lib. 1. & Reg. Minadoũ conſ. 1. nu. 26.* noviſſimè apud *Dom. de Marin. in lib. 2. reſolut. quotid. cap. 161.* nuper impreſſo *num. 8.*

43 Circà iurisdictiones autem quando venditur criminalis, an præferatur dominus habens civilem, vel è converſo, videas *Addent. ad Praem. Conſuet. Neap. in §. præfatis, & Annam in allegat. 27. in fin. & ſingul. 150. Rendell. in cit. tract. in §. in primis, in gloſ. ſub eod. ſervitio, nu. 54.* ubi in *verſ. ſimilis*, refert fuiſſe deciſum, quod ſic,
44 ratione unionis iurisdictionum, ac conſortii, videas etiamque *Dom. Reg. Scipionem Rouit. ſuper Pragmat. Regni. in tit. de offic. Procuratoris Cæſaris, Pragm. 64. Li giorni paſſati, §. in primis*, ubi etiam quæri-
45 tur, ſi detur prælatio Vniverſitatibus petendo demanium, ubi plures ibidem refert deciſiones S.C. ac Regii Collateralis Conſilii, etiam omnes ad hanc materiam cumulando in *num. 24.* & ſi detur in contractu permutationis, in *num. 28. & 31. de Franch. dec. 174. Conſil. de Georg. allg. 7.*

46 Circa tempus verò petendi demanium, quod ſtatuitur in eadem *Pragm. 64.* & an arctari poſſit, eundem *Rouit.* videas loco ſupra citato, & *Dom. Reg. Sanfelic. in dec. 69.* novitèr impreſſam *106. & 107. par. 1. & eundem Dom. Senfelic. dec. 3. & dec. 268.* & noſtris temporibus fuit ſervatum in cauſis multarum Vniverſitatum, & in ſpecie in Vniverſitate Terræ Fractæ majoris, ubi tempus ſupradictum ſtantibus urgentibus neceſſitatibus Regiæ Curiæ fuit arctatum per ſex menſes, quæ poſtea infrà dictum tempus ſe redemit, ſolvendo duc.

47 Et quid in locatione, an detur, vel ne prælatio Vniverſitati, quando locatur ad inſtantiam creditorum urgentium pro Terræ affictu, de quo remitto ad plures deciſiones pro, & contrà doctiſſimorum virorum, Regiorumque Conſiliariorum, ac Advocatorum eximiorum ſuis temporibus, *Scip. Theod. in allg. 45. & Marcelli Marciani allegat. 44. volum. 1.* ubi in ſpecie allegat deciſiones diverſas, etiam S.C. noſtri, dicens dari prælationem in locatione, ſeu affictu prædicto, verum S.C. aliquando ſolet pro, & contrà iudicare, ſicut expediens ei videtur melius pro utilitate utriusq; partis ſcilicèt creditorum, & ipſiusmet Vniverſitatis, ut audivi ab uno Dominorum eiusdem S.C. & ſi facta iam addictione pu-
48 blica ſubhaſta poſſit Fiſcus adverſus Vniverſitatem petere reſtitutionem, ex eo, quod ſuperveniat alius, qui plus offerat, & quid in minore, quidve in Eccleſia, & de obſervantia qualitèr fuit deciſum per Regium Collaterale Conſilium in cauſa Terræ Papanici, refert *D. Ferdinan. Arias de Meſa variarum reſolutionum, cap. 20. lib. 2.* &
49 an Rex revocare poſſit demanium, & ſi vaſſalli poſſint ſe redimere, vel ne, de hac materia ad ſummum videas *collect. D. Ricq. ſuper Pragm. Tori collect. 369.* ius revocandi terram, vel aliquam rem particularem ad demanium, puta iurisdictio Siclæ, Portulaniæ, &c. an ſpectet ad Vniverſitatem,
50 & ſi ſunt duæ Vniverſitates, vel iurisdictiones Baronales .ſ. criminales, & civiles, una vendatur poteſt ne Vniverſitas petere prælationem ratione conjungendi civilis cum criminalis, affirmativè *D. Ricc.* ex doctrina *D. de Curtis diuer. feu. cap. 3.* contra *Frecc.* & ſi elapſo anno ad hoc demanium ſint ne tales univerſitates admictendæ, idem *Ricc. collect. 823. & de Franch. dec. 17. ſupra cit.* & quod demanium ſit quodam ius
51 Vniverſitati competens, immò etiam uni de Vniverſitate, & admittitur etiam ad beneficium reſtitutionis in hoc caſu, quamvis elapſo anni tempore, & quid ſi plures Ter-
52 ræ vendantur unico pretio, *Frecc.* ut apud eundem *Ricc.* & an dominus alicujus Ter-
53 ræ poſſit dividere iurisdictionem in diverſis locis, ſcilicet in uno loco civilem, in alio criminalem, idem *Ricc. in collect. 4196.* & an augeatur iurisdictio per allu-
54 vionem, ut in rebus feudalibus idē *Ricc. collect. 4110.* negativè.

SVMMARIVM.

1 *Ius prothomiſeos an locum habeat in venditione rei emphyteuti, vel feudalis, ut ſit neceſſaria requiſito domini, refertur deciſio, num. 2. Et quid in directo domino, num. 3.*

4 *Dominus directus nolens uti prælatione, an iuvetur iure congrui. Et quid ſi noluerit præferri, qualiter agendum, n. 5.*

6 *Dominus directus numquid iure ſuo privetur ex alienatione rei.*

7 *Dominus cenſus præfertur in venditione illius, ex Bulla S. P.*

Digitized by Google

8 Dominus Regens Fulvius Conſtantinus *laudatur.*

9 *Domini plures cenſus, quorum aliqui diſſentiunt, & alii conſentiunt, quid agendum.*

10 *Ius congrui an habeat locum, ubi fuerit res vendita à domino directo cum pacto de retrovendendo afferuntur deciſiones num.* 11.

12 *Contractus non præſumitur ſimulatus ob pactum de retrouendendo appoſitum. Et quid ſi eſſet pactum affrancabile, nu.* 13. *Deciſio affertur, nu.* 13. *Aut eſſet ſimplex conceſſio ad cenſum emphyteoticum perpetuum irredimibile, num.* 14. *Et qualiter intelligatur, nu.* 15.

16 *Pactum de retrouendendo ad tempus cum modicitate prætii, an ſit uſuarium.*

17 *Retractus in conceſſione emphyteoſis de iure conſuetudinario, an procedat.*

18 *Cenſus conſtitui an poſſit ſuper emphyteotica, abſq; conſenſu Domini.*

19 *Ius congrui an locum habeat in re, quæ eſt ſub feudo, & deciſio affertur.*

20 *Proximior an poſſit liberare debitorem deuolutæ ad dominum, ob ſolutionem non factam.*

21 *Ius congrui an locum habeat in conceſſione cum poteſtate affrancandi cenſus partem, & non in totum.*

22 *Tempus petendi ius congrui quando incipiat currere.*

23 *Tempus an currat vicino, quando adeſſet pactum redimendi.*

24 *Denunciatio an exigatur perneceſſè fieri vicino.*

25 *Tempus à lege præfixum eſt peremptorium.*

26 *Aſſenſus præſtitus ſuper re feudali vendita cum pacto redimendi, in quo fit mentio talis pacti, an ſubintelligatur.*

1 AD *verſ. item, num.* 7. an hoc ius congrui habeat locum, quando venditur re emphyteutica, ideſt quando emphyteuta, ſeù utilis dominus uult vendere domum, vel fundum, ut prius teneatur requirere directum dominum, ac eidem denunciare ſi uult emere, vel ne, ut diſponit I. C. *in l. fin. C. de iur. emph.* qui nolens dicendum eſt, vicino hoc ius competere, ità *Napod. ſupra cit. in d. gloſ. alicujus, num.* 34. *Pariſius in glo.* 1. §. 16. *num.* 3. ità *Afflict. in dec.* 153. *num.* 3. relatus ab eodem, & *Viſil. ac eundem in deciſ.* 265. *num.* 24. qui etiam tenet hanc opinionem, ubi ſecus in directo inquit, ut ſuprà dictum eſt in quæſtione præcedendi, *Alex. conſ.* 27. *in* 2. *dub. num.* 4. *cum ſeq. vol.* 6. qui concludit, habere locum tale ius, quando directus dominus non
4 uult uti prælatione, allatus à *Iacobo de Bottis in apoſtill.* incip. *vide Angelum*, poſita poſt *gloſ. Napod. alicujus*, tamen *Capyc. deciſ.* 99. dicit, directum dominum poſſe inſimul cum vicinis concurrere, im-
5 mò eſſe præferendum, etiam ſi prædictæ venditioni primò conſenſiſſet, nàm deindè in ſecunda haberet prælationem, indiſtinctè tamen tenet *Guido Papa in deciſ.* 47. dummodò petat hanc prælationem pro ſecus ſi pro extranea perſona, ut apud eundem *Guid. Pap. in q.* 411. & *Delphinatum q.* 2. *par.* 2. ſic deciſum refert *Tpeſ. in deciſ.* 169. & *Cacherun. Ozaſch. in eadem Senatus Pedemont. deciſ.* 156. *de Franch. deciſ.* 482. & apud *Benedell.* hic in principio conſtitutionis hujus in *num.* 269. *in verſ. an ſit lo-*
6 *cus, Dec. conſ.* 164. ubi tenet, dominum directum nullo iure poſſe privari iure ſuo propter alienationem factam, etiam eo requiſito, immò potiùs ipſimet emptori, ac venditori talis alienatio nocebit, nam cadet ab rei alienatæ utili dominio, ut notatis apud *Gam. in deciſ. Luſitana* 91. *num.* 3. & *Borgin Caualcanum in deciſ.* 16. *in tit. de contract. num.* 91. & apud *Capyc. in deciſ.* 196. etiam pro hujus quæſiti ſolutione videas omninò *Rendell. in eod. tract. in gloſ. per emphyteoſim, num.* 5. & 6. & *per. ſeq. Mar. Mant. hic. nu.* 19. & omninò *Camill. Salen. in apoſtill.* incip. *ultra præfata, in verſ. ſi in re emphyteutica vendita*, etiam videas ad ſupradicta *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 784. *num.* 9. ubi vigore Bullæ Pii V. datur privilegium domino cenſus, ut præ-
7 feratur emere volentibus rem emphyteuticam, ſeù cenſui ſuppoſitam etiam ad-
8 de Illuſtriſs. D. March. Fulvium de Conſtantio, olim Regentem meritiſſimum, qui, & in M.C.V. & in S.C. prius ius dicendi in ſua iuventute obtinere meruit, deindè à latere Regentem, Patritium Neapolitanum omnium genere virtutum, ac nobilitatis ornatum in *Comment. ſuper trib. uult. cod. lib. in tit. de uene. rer. fiſcal. cum priuat. lib.* 10. *tit.* 4. *num.* 37. ubi negativè ait, retractum non habere locum inter dominium directum, & ſocium dominum utile habentem illud alienantem, ut nihil poſſit facere directus dominus in eo, quod ſpectat ad utile, allegat *Gregorium Lopez in comment. ad d. l.* 55. *part.* 5. *tit.* 5. *in verb. communalmente. Curt. conſ.* 2. *Ioſeph concl.* 691. *uol.* 2. etiam ſi per legem municipalem de retractu loquentem hoc diſponeretur in habentibus rem communem omninò videas *D. Ricc. in collect.* 157.
9 ubi ad præſentem articulum plura collegit

pro

pro veritatis elucidatione, ex quo infertur, quid faciendum ſi ſint plures domini directi, quorum aliqui conſentiunt alienationi, alii volunt retrahere, videas *Boer. deciſ.* 151. *Guid. Papa deciſ.* 50. & 508. *Ann. ſingul. dec.* 1. allatos per eundem *Ricc. ubi ſup. & idem in ſing.* 148.

10 Sed ſi fuerit conceſſio facta in emphyteuſim à domino directo, an habeat locum ius congrui, dicas, quod ſi fuerit facta cum pacto redimendi, ſeù affrancandi ad rationem tot pro centenario de rei pretio conceſſæ, & tunc dum tale pactum facit emptionem, & venditionem perfectam eſſe, iuxtà *tex. in l. emptio, cum ſeq. ff. de locat. & conduct.* tunc dari ius congrui, ità *Napod. in Conſuet.* 1. *eod. tit. in gloſ. emitt. num.* 4. ſic fuiſſe ſervatum, ſicque deciſum

11 in S. C. ſuo tempore refert *Vrſillus ad Afflictum noſtrum in deciſ.* 72. per binas deciſiones ad relationem Reg. Conſil. de Curtis, ſic refert fuiſſe concluſum idem *Afflictus* in noſtro Senatu 3 ut in *deciſ.* 338. ubi etiam tenet, quod per tale pa-

12 ctum non præſumitur contractus ſimulatus, ſicut etiam dicit *Vrſillus in annot. ad deciſ.* 72. & 75. aliàs ſecus propter modicitatem pretii, *d. cit. deciſ.* 338. ſecùs verò per pactum affrancabile, ſic etiam te-

13 nent *Addent. ad Conſuet.* 1. *tit. eod. poſt gloſ. emit.* ſicut *Freccia in apoſtilla*, incip. *quid ſi eſt*, & *Buccin. in apoſtilla immediatè ſeq. fol. mihi in ult. impreſſ.* 325. ubi etiam affert *deciſ. cit.* 72., & 338. & in ſumma ità etiam affirmat *de Anna in ſuo ſolemni ſingul.* 295. per *Alex. in conſ.* 28. *volum.* 1. *col.* 2. ubi teſtatur, ſic fuiſſe deciſum in S. C. in anno 1557. ad relationem Dom. Conſiliarii de Altomare, vide *Barbus in quæſt.* 12. *in tractatu de iure prothomiſ. in d. quæſt. num.* 2. *Benedellura in eod. tractatu in principio Conſtitutionis, Sancimus, num.* 268. & *Rendellam in gloſ. per emphyteuſim, in princ. tit. eod.* quod ſecus ſi non adeſt tale pactum, ſed eſt conceſſio

14 ſimplex ad cenſum emphyteuticum perpetuum irredimibile, ità *de Franch. in deciſ.* 610. *par.* 4. & *in alia deciſ.* 362. & ſic in ſecundo hoc caſu non eſt locus retractui ad petitionem vicini, cum non ſit vera, ac realis emptio, ut idem *de Franc.* inquit in *deciſ.* 106. & *in d. deciſ.* 392. ubi inquit, hoc ſupradictum eſſe intelligendum, ſecundum ius noſtrum conſuetu-

15 dinarium, quod eſt ſtricti iuris, *Napodan. in Conſuet.* 1. *in gloſ. emitt.*, *num.* 3. & ad alios caſus non trahitur, niſi in quibus loquitur, ſed extenditur tamen ad illam conceſſionem in emphyteuſim, quæ facit contractum veræ emptionis, ac venditionis, ut dictum eſt ſupra, *de Franch. deciſ.* 610. *Vrſill. ad dec. cit.* 72. & vide *Annam d. ſingul.* 295. *cit. à Dom. Epiſcopo Riccio in collect.* 2300. *par.* 6. & ex hoc infertur, quod pactum de re-

16 trouendendo ad tempus cum modicitate pretii ſit uſurarium, ità *Ricc. in collect.* 4223.

Quo conſiderato à *Dom. de Franch. in dec. præcit.* 392. dicit, ideò minimè dari retractum in conceſſione in emphyteuſim

17 de iure conſuetudinario, quia noſtra conſuetudo de hoc contractu non loquitur, non verò quia remanet directum dominium penès concedentem dominum, nàm vicinus ſi hoc eſſet, non intenderet retrahere illud directum dominium, ſed ſaltim utile dominium, ſed de iure *Conſt. Sancimus*, res non ità ſe habet; poteſt enim vicinus etiam ſecundum iſtud ius extravagantis retrahere dictam rem conceſſam in emphyteuſim absque pacto, cum ejus diſpoſitio ſit plus ampla, aliosque caſus amplectitur, à quibus conſuetudo abeſt, dum vicinus poteſt illud utile ſaltim dominium petere, datur ei facultas ad petendum illud per diſpoſitionem dictæ Conſtitutionis, ut intelligit *Dom. de Franch. ubi ſupra*, & *Rendella ſupra num.* 2. *Bucc. in loc. cit. Vrſill. in deciſ.* 338. & 153. *Benedell. in §. verum num.* 11. & omninò *March. Tapia* in ſuis luculentiſſimis, ac amplisſimimis lucubrationibus *Cod. Iur. Regni*, *par.* 4. *hoc in eod. tit. de iure prothomiſ. in num.* 63., & *Afflict. in cit. deciſ.* 72. & an ſu-

18 per tali re emphyteutica poſſit conſtitui cenſus absque directi domini conſenſu, videas omninò *Canon. Nouar. in ſua ſum. Bull. in tit. de contract. cenſual. num.* 28.

19 Circà verò rem, quæ eſt ſub feudo, ſi concedatur in emphyteuſim, an habeat locum ius congrni, vide *Camill. de la Ratha* Iudicem meritisſimum ſuo tempore in M. C. V. tam in civilibus, quam in criminalibus in *conſ.* 40. ubi refert, fuiſſe deciſum in Sac. Conſ. ad relationem tunc Regii Conſiliarii Marcheſii quod ſic, & devoluta re ad Do-

20 minum directum per commiſſum ob non ſolutionem canonis, an poſſit debitorem liberare proximior, ſi ſolvere obtulerit pro eo, itaùt præferatur ad rem illam dictus proximior directo Domino, videas *Petrum de Gregor. ſintagm. Iur. lib.* 26. *cap.* 6. *par.* 3. ubi citat *Boer. deciſ.* 279. & *alios.*

21 Quid verò ſi fuerit facta conceſſio, cum poteſtate affrancandi cenſus partem,

Digitized by Google

& non totum cenſum, an quoad iſtam tantum partem detur jus congrui, dic, quod ſic, ità *Afflict. in deciſ.* 153. *in princip.* & 72. *num.* 9. nam dicitur emptio in quantum ad illam partem, ubi enim adeſt pretium, ibi dicitur venditio, *l. fin. C. de præd. curial. lib.* 10. *Hyppol de Marſil. ſingul.* 103. *de Bott. in apoſtilla* incip. *in venditione.*

22 Tempus petendi jus congrui quando currere intelligatur, & quandò incipiat, videas *deciſ. de Franch. ſuprà citatam*, & *Vrſill. ad Afflictum in ſuprà citato loco*, & *Rendellam*, & *Benedellum ubi ſuprà, Viuium deciſ.* 324. & quod incipit currere à die ſcientiæ, ait *Ludoviç. dec.* 32.

23 Et quando adeſt pactum redimendi, ſi currat tempus vicino, videas *Afflictum*, & *Vrſillum ad eum, in deciſ.* 16. *num.* 4. *Boer. quæſt.* 140. *Covar. var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 11. & *Guidum Papa, deciſ.* 257. *Petrum Gregorium in ſyntagm. Iur. lib.* 26. *par.* 3. *cap.* 24. ubi ſe remittit ad *Tiraquellum* in loco infrà citando, & eundem *Afflictum in §. licet autem, col.* 6. *hic verſ. Item quæro*, & in prælallegata *deciſione* 338. cui aſſentitur *Tiraquell. de retract. conuent. in. §.* 2. *gloſ. unic. num.* 33. quos citat *Benedellus in d. §. verum in ampliat.* 9. ubi cum iſtis Doctoribus tenet, quod interveniente tali pacto redimibili, ut currat tempus ſtatim, cum ſit perfecta venditio, interveniente tamen denunciatione, ut declarat idem *Benedellus* ubi ſuprà, nam

24 hæc denunciatio omninò requiritur per diſpoſitionem hujus *l. ſancimus*, ut omnes Scribentes hîc intelligunt, & in ſpecie *Dom. Tapia Regens in ſuo Codice quartæ partis prælallegatæ, ubi ſuprà, nu.* 80. *verſ. ad conſtitutionem*, & quod tempus currat fit, quia eſt tempus à lege ſtatutum, quod peremptorium ap-

25 pellatur, in *l.* 1. *C. de dilat.* inquit idē *Benedellus in §. verum, in princ. numer.* 1. & in ejus animadverſionibus impreſſis in *fin. tract. Rendell. de iur. prothomiſ. in §. tranſcurſo, numer.* 1. *fol. mihi* 290. ubi movetur ex *Roland. conſ. in conſ.* 21. *numer.* 9. *volum.* 1. *Caſſaneus*, & *alii* & à quo die incipit currere tale tempus, eundem *Tapiam* videas *ubi ſuprà, fol.* 7. *numer.* 84. *verſ. ſecundò autem*, & ſi aſſenſus præſtitus ſuper venditione rei feu-

26 dalis cum pacto redimendi, & in dicto aſſenſu non fit mentio dicti pacti an ſubintelligatur, remiſſivè apud *de Thoro in commend. deciſ. Neapol. in verb. pactum, par.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui an vigeat in feudis.*
2 *Prælatio in feudis an concedatur, & cui competat num.* 3.
4 *Prælatio an detur in feudis de iure communi.*
5 *Prælatio cur detur agnato in feudis.*
6 *Prælatio in quibus feudis detur.*
7 *Prælatio datur agnato refuſo pretio in vita alienantis, & deciſiones afferuntur, n.* 8.
9 *Deciſio S. C. affertur contraria denegans prælationem ob lapſum tanti temporis petendi prælationem.*
10 *Partenii Petagnæ laudes, & Præſidentis R. C. S.*
11 *Prælatio potiſſimum in feudo hæreditario admittitur in* Regno.
12 *Deciſio S. C. in cauſam illorum de Zattara cum Regio Conſil. Maſtrillo, affertur circa prælationem feudi venditi, & alia in cauſa Duciſſæ Sulmonetæ cum Principiſſa Caſertæ, & alia Marchionis Longhi, cum Delia Caraſa Principiſſa Supini.*
13 *Tempus datum ad petendum retractum, ſeù prælationem in feudis, eſt annus, & dies, & quid in minore, à quo die incipiũt, n.* 14. & *in extraneo emptore eſt tempus trigita annorum, n.* 15.
16 *Ius congrui an habeat locum in feudis ruſticis.*

1 A D verſ. item quæro, an ius congrui vigeat in feudis? *Afflict.* tenet, quod non, cui accedit *Bald. in tract. cod.* infra impreſſo poſt *Afflict. num.* 12. *in fin.* ſed *Napod. in conſuet.* 1. eſt in contraria opinione in *gloſ. alicuius, num.* 36. *in eodem tit. D. de Franch. in deciſ.* 27. *num.* 11.

2 ſed prælationem ratione ſanguinis, ut ait

3 *Afflict. in fin.* competere proximiori agnato, vel conſanguineo, ex *text. in cap.* 1. *§. ſed etiam res, §. porrò*, & *§. Titius, cit.* à Doctoribus, non autem extraneo vicino, iuxtà diſpoſita in hac *Extrauag.* ut per *Rendell. ſuper eundem, num.* 117. & apud eundem *Rendell. num.* 75. *verſ. quid in feud. in §. per empby. in gloſ. ſuper uerb. eod. ſeruitio num.* 23. *f. mihi* 129. & ſic erit jus relationis, ut ait *Tiraquel. de retract. §.* 1. *gloſ.* 3. *numer.* 1. ubi notat alios Doctores quam prælationem dari iuxtà diſpoſitionem *c.* 1. *§. Titius, tit. ſi de feu. defunct. cotrouer. fuer. cum aliis ſuprà cit.* & poſtremum apud *Reg. Tapiam in eius comment.*

Digitized by Google

Ius Regni, *tit. eod. de iure prothom. nu.* 26. *tom.* 2. ratio, cur detur prælatio agnato proximiori, videas apud *Reg. Rouit. in rubr. de feud. num.* 32. *Reg. de Ponte deciſ.* 11. & eundem *Rouit. in alleg. poſitis in ead. deciſ.* 11. *de Ponte.*

Verum conſiderandum de quibus feudis loquuntur hìc DD. ſuprà citati, itaut in his jus prælationis habeat locum, ad finem, ut proximior agnatus poſſit illud exercere, & omnibus ſcribentibus, videas *Reg. de Ponte in d. deciſ.* 11. & eundem *Reg. Rouit. in d. rubr. de feu. in comment. Prag. cit. num.* 32. *& in ejus alleg. ſuprà cit.* ubi pro, & contrà diſputando, tenent, hoc jus prælationis dari agnato proximiori reſtituto pretio in vita alienantis, & hoc tam in feudo hæreditario, quàm ex pacto, & tàm in feudo hæreditario omninò, quàm ex pacto hæreditario, dummodò ſit antiquum, idem *Rouit.* qui citat multos DD. pro hac parte, præterquam in feudo ſimplici ex pacto poſt alienantis mortem, in quo datur revocatio, ſeù rei vendicatio abſque pretii reſtitutione, nàm tunc agnatus venit ex perſona propria ex facto acquirentis, & providentia concedentis, immò nec tenetur habere ratum factum defuncti, *Aſſl. deciſ.* 112. *Marc. Ant. Peregrin. in tract. de fideic. art.* 52. *num.* 83. *Conſil. de Georg. in alleg.* 8. *num.* 12. *idem Reg. de Ponte conſ.* 2. *num.* 41. *volum.* 1. *Viuius deciſ.* 250. *num.* 1. & alios allegatos per *D. Ioan. Baptiſtam de Thoro in ſuo compendio ſolemni in* 1. *par. in verb. feudum*, *fol. mihi* 209. *col.* 1. *& per Scrader.*, *& Hartman. Piſtor. de feud. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 2. *par.* 1. *Scrad. par.* 8. *cap.* 7. *num.* 2. & ità *Reg. Rouit.* allatis diverſorum opinionibus, tenet, cui adhæret *Bald. in d. cap.* 1. *§. Titius*, *ſi de feud. defunct. milit.* ubi refert idem *Reg. Rouit.* bis, fuiſſe iudicatum in Sacro Conſilio ſecundum dictam opinionem, ut *num.* 32. & noviſſimè ac ſatis diffuſè apud *Dom. Reg. Sanfelic.* in cauſa Illuſtr. Marchionis Orioli D. Alexandri Pignoni filij, cum creditoribus ejusdem ſuper petita prælatione dictæ Terræ ab eodem Domino filio in Sacro Conſilio, ut in *deciſ.* 100. ubi licet non fuerit deciſa dicta cauſa, inclinat tamen dictus *Dom. Reg. Sanfelic.* in opinione ſupra narrata, quod prælatio datur etiam in feudo hæreditario, licet *Dom. Reg. Capyc. Latro* pro contraria ſcripſerit opinione, ut in eius doctiſſimis allegationibus ibidem impreſſis hac in eadem cauſa *num.* 93. *&* 94. *cum ſeqq. & in conſult. lib.* 1. *conſult.* 27. *& inconſult. ſeq.* Verùm Sacrum Regium Cõſiliarium in anno 1626. iudicait contrarium in cauſa Annæ Mariæ Carafæ, cum Domino Alonzo Sanchez de Luna, videlicet non eſſe locum prælationi petitæ per dictam Dominam Annam Mariam ſuper feudo Sãcti Arpini poſſeſſo per dictum Dominum Alonzum. Qua de re iunctis duabus aulis, màgna cum diſcuſſione ambarũ partium, fuit abſolutus dictus Dominus Alonzus poſſeſſor reus conuentus, & hoc ad relationem Marchionis Sancti Maximi Fælicis de Ianuario penès Actuarium olim Romanum, nunc de Vindicto, patrocinante pro dicto D. Alonzo reo conuento q. V. I. D. Parthenio Petagna Aduocato olim primario Sacri Conſilij, deindè Aduocato Regij Patrimonij, & poſtea Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, & cur hac in cauſa ità fuit deciſum. Ratio inter cæteras fuit, nam multum erat elapſum tempus, ſcilicet annorum quinquaginta à die venditionis prædicti feudi factæ per D Fabritium Carafam Patrem dictæ Annæ, ſic refert negativè fuiſſe deciſum *Rota Lucenſ. diuerſ.* 125. *Boer. deciſ.* 12. quod ſecus per *Giurbam deciſ.* 76. citatum à *D. Epiſcopo Ricc. in collect.* 2300. *par.* 6. vide *Marc. Mantua in eod. tract. de iur. prothom. num.* 55. *in* 12. *dubit.* ideòque tempus erat elapſum petendi prælationem ad beneficium poſſeſſoris contrà agnatos proximiores exercere volentes, & propter alias rationes ex actis, ut in allegationibus ejusdem Magnifici Domini Advocati, quas inſerere, ac imprimere hìc curavi.

IESVS, MARIA, ANDREAS.

CAlamitas noſtri temporis eò iam devenit ut non oſtante legitima emptione facta per Marchionem Gruttulæ in anno 1569. Caſtri Sancti Elpidii ſub haſta venditi, urgentibus creditoribus Fabritii Carafæ, & diuturna illius poſſeſſione, demum poſt annos quinquaginta vexetur D. Alonzus Sanchez poſſeſſor ejusdem Marchionis ſecundus hæres ab Anna Maria Carafa Fabritii filia, inſtante præferri per jus prothomiſeos in venditione dicti feudi facta tempore, quo non erat in mundo, Sed quàm vana, atque contrà omnem juris diſpoſitionem ſit talis prætenſio, facillimè apparebit ex qualitate feudi, ex modo, quo fuit venditum, ex nativitate actricis triginta octo annos poſt venditionem, ex præſcriptione legitimi temporis per jura feudalia ad retrahendum conceſſi perfecta, iam cum agnatis tunc exiſtentibus, quæ ſine ulla difficultate nocet actrici, licet ex ſua propria perſona præſumat ad id venire.

Ex

Digitized by Google

Ex qualitate feudi, quia hæreditarium, in quo licet fuerit deciſum, habere etiam locum jus prothomiſeos, ſivè prælatio in beneficium agnatorum, ut patet in *deciſ. Reg. de Ponte*, qui, ut novam deciſionem defenderet, præmaturè, ac inconſulto authore imprimi fecit conſilium Doctiſſimi Domini mei Roviti in eadem cauſa editum, attamen tale jus non niſi feudo ex pacto traditum eſſe conſtat evidēter ex *§. Titius, ſi de feud. defunct. milit. & §. porrò, qualitèr olim pot.* cumque id exorbitans à lege communi, & contrà *tex. in l. dudum, C. de contrab. empt.* certè non debet extendi etiam in feudo hæreditario, neque ex idennitate, aut majoritate rationis, *Scrader, par. 8. cap. 8. num. 41. Patiſ. laſ. & cæteri per Roſent. cap. 9. membr. 2. de feud. alien. concluſ. 87. in fin. lit. B.* præſertim cum in Regno feuda ſint merè hæreditaria ex forma inveſtituræ adeò ut in eis neque prodeſt inventarium, ſed erunt obnoxia omnibus creditoribus defuncti ultimi poſſeſſoris, *Vinc. de Franc. deciſ. 387. Camill. de Curte in diuerſ. feud. fol. 49. num. 53. uſque ad 57.* ſed miſta vocabant DD. illa feuda, in quibus licet requirebatur qualitas hæreditaria, attamen facto inventario, illud præcipuum habebat hæres, de quo loquitur *Bald. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis, Surd. de aliment. quæſt. 10. tit. 4. num. 22. 23. & 24. & conſ. 108. num. 11.* & Germani habent iſta feuda miſta, ex quo eorum inveſtitura eſt pro ſe, & hæredibus maſculis, quod eſt idē cum feudo ex pacto noſtro, & ideò *Hartm. Piſtor.* omnium primus tenuit dari jus prælationis, & prothomiſeos in feudo illo miſto, ut in *par. 2. q. 11. num. 20.* quod benè advertit, & formam illius inveſtituræ refert *Andr. Hoppen. in tractatu de feud. tit. de inueſt. par. cap. 2. numer. 22.* dicens, illud inalienabile fundat ex *Regnicolis, numer. 227.* quinimmò hæres tenebitur approbare venditionem feudi hæreditarii etiam factam in vita, *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 1. q. 10. num. 2.* & agnatus, qui vult habere tale feudum, oportet, ut ſit hæres in feudo, licet non hæres ultimi decedentis, *Vinc. de Franch. deciſ. 704.* nunquàm enim qualitas illa hæreditaria poteſt à tali feudo ſeparari, variari, aut omitti, *Minad. conſ. 10. numer. 14. Dom. de Ponte in §. 3. de aſſenſib. Reg. ſuper dot.* & licet in tali feudo conſiderentur gradus, ſanguinis, & qualitas hæreditaria, *Camer. in cap. 1. an agnat. verſ. quaro primò, numer. 40. & ſub numer. 41. verſ. in quo advertendum eſt*, attamen præponderatis cæteris prævalet qualitas hæreditaria, quæ cauſat feudi ammiſſionem, vel acquiſitionem, ut ibidem *Camer.* affirmat, ergò ius prothomiſeos, quod ex ſanguine oritur, ut ex *§. porrò* deducitur, in tali feudo nullam habebit partem; conſideratur inſuper omnes concordare, etiam contrariæ partis ſectatores in feudo novo, licet ex pacto non dari ius ptælationis, ut tradit pluries *Dom. Rouit. tàm in rubr. de feud. quàm in d. conſ. inter deciſ. de Ponte, idem D. de Ponte in d. deciſ. 11. & de diuerſ. prouiſ. §. 1. numer. 20.* & tamen eſt indubitandum feudum nouum ex pacto habere vim hæreditarii miſti, *Camer. in c. Imperialem, fol. 95. Frecc. auth. 29. Gizzarell. deciſ. 28. numer. 3.* nec dicatur, id evenire, quia quotiescumque res fuit majorum, tunc demum datur prælatio iſta; nàm ſi hoc eſſet, daretur etiam in feudo merè hæreditario, quod expreſſè negant ipſimet DD. *Rouit. & de Pont.* ſed vera ratio, cur in feudo novo non admittitur prælatio eſt, quia de tali feudo potuit poſſeſſor ad libitum, latè *Surd. conſ. 351. numer. 23. & 28. verſ. non reſiſtit. lib. 3.* cum feudum nouum ad inſtar hæreditarii procedit, *Vinc. de Freych. deciſ. 1. numer. 30. & ex Freo. & Caſtrenſ. ſupra alleg.* dicit *de Carte fol. 21. numer. 80.* non video, cur prælatio concedenda ſit hæreditario, dum nouum ex pacto omnium conſenſu negatur, & tāto fortius erit iſta amplectenda opinio, quia illam ſequuti ſunt nedum illi tresdecim Doctores enumerati per *Dom. Rouitum in rubr. de feud. numer. 18.* quorum anteſignanus eſt *Andreas in eodem §. Titius*, ſed inſuper adſunt infraſcripti.

Deciſ. conſ. 41. & 390. Gram. deciſ. 103. numer. 207. Camer. in l. Imperialem, cart. 98. & 90. col. 3. verſ. quarta concluſio, Loffred. conſ. 1. numer. 202. & in §. Titius, & conſ. 14. numer. 51. Gozadin. conſ. 9. numer. 53. Riminal. Iun. conſil. 5. numer. 54. lib. 1. Franch. deciſ. 1. numer. 29. Roland. à Valle, qui hanc dicit communem *conſ. 57. numer. 76. lib. 3. Intrigl. lib. 2. art. numer. 47. Ruin. conſ. 1. numer. 15. lib. 1. Lanar. conſ. 60. Theſaur. deciſ. 99. Aſflict. in Conſtit. Prædeceſſorum, numer. 4. Bambac.* qui dicit hanc veriſſimam in *§. Titius, numer. . Balzar. in §. ſed res, per quos fiat inueſtit. Garſ. Maſtrill. in conſ. unico poſt primam ſuarum deciſionum partem, numer. 63. Menoch. conſ. 745. num. 43.*

Et ſic licet idem Dom. Rovit. enumeraverit duodecim Doctores pro opinione, quod habebat tale ius etiam locum in feudo hæreditario, pro iſta verò negativa

Digitized by Google

tiva enumerat viginti novem contrarium, tenentes, quarè iuribus, rationibus, & Doctorum auctoritate remanet ista fulcita.

Quicquid tamen sit, sufficit mihi ad excludendam actricem istam considerare esse filiam venditoris, cui ipsemet *Hartman. Pistor.* antesignanus opinionis adversæ expresse fundat non competere tale ius, cum pejoris sit in hoc filii, quàm agnati conditio, cum teneatur ille esse hæres, & hæres in feudo, ex *cap.* 1. *an agnat.* sic *Pistor. d. lib. cap.* 13. *à numer.* 33. *ad fin.*

Debet secundò Anna Maria excludi ex modo venditionis; fuit enim venditum feudum istud sub hasta, in qua venditione non dari prælationem, nec ius prothomiseos tradiderunt.

Paul. de Castr. cons. 74. *col. fin. sub numer.* 4. *vers. sed dubium*, *Roman. cons.* 107. *Alex. cons.* 52. *lib.* 1. *numer.* 4. *Gozad. cons.* 103. *numer.* 21. *Napodan. quem refert. & sequitur*, *Capic. decis.* 99. *numer.* 4. *Afflict. in const: statuimus de iur. prothomis. §. Sancimus licet numer.* 26. & 27. *Tiraq. de retr. lign. §.* 1. *glos.* 14. *numer.* 8. *Morot. cons.* 62. *num.* 22. *videndus*, *Claper. caus.* 100. *q.* 2. *num.* 18. *Magon. post. Dec. Crauet. & Cart. sen. decis. Florent.* 100. *numer.* 2. *Scrader. de feud. par.* 8. *cap.* 7. *post Corn. Frecc. lib.* 2. *de subfeud. in* 6. *limit. ad constit. divæ memoriæ*, *numer.* 5. *De Pōte in puncto quod ius istud in feudo non competit*, *illo vendito subhasta*, *de divers. provisio. §. numer.* 21.

Ea enim, quæ conceduntur in venditione voluntaria non vendicabunt sibi locum in venditione necessaria, quia censentur in ea omissa, & satis differunt inter se voluntaria, & necessaria venditio, fundat *Benedell. Io: Vinc. de Anna in repet. const. num.* 232. *ex Andr. in cap.* 1. *de contr. inter masc. & fem.* & necessariam causam esse quotiescumque venditur feudum pro satisfaciendis creditoribus, non obstante debiti origine voluntario, ut benè fundat *Frecc. l. limit.* 6. *ad constit. diuæ memoriæ*, *num.* 8. & 9.

Hinc licet factum Iudicis censeatur factum partis, attamen vendito feudo subhasta non poterit debitor talem revocare venditionem necessariam, prout potuisset in voluntaria, sic bis iudicatum refert *Frecc. d. limit.* 6. *per tot.* sic etiam ter iudicatum dicit *Io: Vinc. de Anna in repet. ejusdem constit. numer.* 232. *usque ad* 235. Quinimmò, neque emptor subhasta poterit emptionem revocare ne ad imparia iudicentur, *Ioan. Franc. de Ponte decis.* 56. *numer.* 14. allegans in fine semetipsum in §. 7. *de refut. feud.* quod non ex alia ratione procedit, nisi quia constitutio dat facultatem revocandi in venditione voluntaria, ergò non extendenda est ad necessariam, quæ multum differt ab illa, sic fundat optime *Ioan. Vincent. de Anna allegato loco numer.* 232. *post Iser.* quem allegat, quod à fortiori procedit in casu nostro, ne lex feudalis inducēs ius prothomiseos in uno casu contra generalitatem, *l. dudum* extendatur ad alium, ita ut minus lædat ius commune, quam sit possibile, & strictè ut convenit intelligatur, *l. ut graditim*, §. *& si lego*, *ff. de muner. & honorib. Butr. in cap. cum dilectus de consuet.*

Repellenda erit tertiò actrix ex eo, quia non erat in mundo, nec nata, nec concepta tempore venditionis, sed ortum habuit post triginta octo annos, ob quod ei nullo iure competere ius istud, apertissimè est ex doctrina *Alberic. & Bald. post Oldradum*, asservantium, statutum dans potestatem proximioribus, vel agnatis retrahendi rem venditam, debere intelligere de proximioribus contractus, & non comprehendere posteà natos, *Bald. in l. idem erit*, *sub numer.* 2. *vers. ultimo quæritur*, *& Alber. in l. qui in utero*, *ff. de stat. homin.* sequitur *Tiraq. in retr. lignag. §.* 1. *numer.* 80. & licet ipse dissensiat in casu suo provenit ex particulari illa consuetudine, ut dicit *numer.* 81. *At Baldi*, *& Alberici* sententiā verissimam esse, fundat *Arnald. Ferron. in consuetud. Burdig. lib.* 1. §. *q.* Non nati enim, nec sunt agnati, nec proximiores *l. fin. de collocat. honor. nec de familia l. si ita fuerit*, *ff. de leg.* 3. & tamen *text. in §. Titius*, tribuit retrahendi facultatem Sempronio agnato tunc existenti; Hinc punctualiter statutum concedens retractum filio debere intelligi de filio existente tempore contractus, & non comprehendere filium postea natum, censuit *Dec. cons.* 211. viso puncto sequitur *Socc. in numer. cons.* 22. *in* 1. *dub.* 1. *vol.* & generalitèr omnem dispositionem, sivè statuariam, sivè legagalem concedentem retractum vicino, proximo, aut conjuncto debere intelligi de viciho proximo, & conjuncto tempore venditionis tantum, quià qualitas adjecto verbo debet intelligi secundum tempus verbi, tradiderunt *Corn. cons.* 152. *sub numer.* 1. *vol.* 5. *d.* quod sequitur amplificans dictum *Tiraq. glos.* 9. *numer.* 96. qui apertè fatetur verissimam esse opinionem ius retractus non esse concedendum non natis *num.* 97.

Et

Digitized by Google

Et quod *text. in §. Titius* non habeat locum in filio non nato tempore venditionis fundat latiſſimè *Cannet. in cap. volentes §. at non relinquendum eſt, f.* 114. quod ſimpliciter ſequitur *Intrig. de feud. cent.* 1. *q.* 51. *n.* 22. allegans ſemetipſum *in* 4. *cent. non-dum edita.*

Nec huic veriſſimæ concluſioni adverſatur quicquam *Andr. in cap.* 1. *§. hoc quoq; numer.* 9. *de ſucc. feud.* & alii per partem longa ſerie allegati, loquuntur enim ſatis extra caſum, quod ut evidenter pateat, adverto duo remedia ſatis diverſa inter ſe tradita fuiſſe agnato per iura feudalia ad rehabendum feudum antiquum per ejus prædeceſſorem alienatum. Alterum ſcilicet, ex propria ejus perſona ſibi competens, tamquam comprehenſo in inveſtitura, & hoc eſercitare poterit ſtatim ſequuta morte alienantis, tunc enim ordo ſucceſſionis tangit agnatum proximiorem, & poterit feudum ſibi ſpectans vendicare *d. cap.* 1. *§. hoc quoque, & d. §. Titius*, & hoc vocatur ius revocandi; Alterum verò, non expectata morte alienantis, ſed ſtatim perfecta venditione per viam prælationis, ſivè iuris prothomiſeos, ſed id refuſo pretio, & hoc vocatur redimendi facultas, ſivè prælatio, quæ duo licet inter ſe ſatis diverſa fuerunt introducta per iura feudalia, & in ſpecie per §. *Titius*, ut appoſitiſſimè tradiderunt poſt damnatæ memoriæ auctorem *Tiraq. & Ottoman. Artem. Piſtor. lib.* 2. *quæſt.* 5. *numer.* 16. 17. 18. *&* 43. ſequitur latè *Facchin. contr. iur. lib.* 7. *cap.* 9. *verſ.* 2. notandum *lit.* D. Differunt autem iſta duo habent locum in alio, *Piſtor. benè, lib.* 2. *quæſt.* 8. *ſub numer.* 8. *Tiraq. & cæter. per Ioan. Koppen deciſ. q.* 64. *num.* 57. *& ſeq.*

Hos omnes Doctores per partem allegati ad fundandum ius prothomiſeos competere non natis, loquuntur tantum modo in primo prodito remedio; fundant, & enim agnato ſucceſſori comprehenſo in inveſtitura vocato ad feudi ex pacto ſucceſſionem competere ius revocandi alienationem, etiam ſi poſt illam natus ſit, ſic *Andr. in d. cap.* 1. *§. hoc quoque numer.* 9. ſic omne uſque ad *d. Camill. de Curt. ult. loc.* per partem adductum in *diverſ. fol.* 65. *numer.* 175. Quod ſatis rationabile eſt; Feudum enim ex pacto proveniens à genere incolume debere conſervari dixit ſemper, & ubique *Andr.* & illius poſſeſſor gravatus eſt illud reſtituere poſt ejus mortem aliis agnatis gradatim, quia eſt ſubjectum reſtitutionis uni ab alio, *Iſer. in cap.* 1. *§. præterea ducatus*, quæ ſit prima cauſa beneficio amit. Hinc poſſidens illud nō poterit, neque cum domini conſenſu in præjudicium aliorum alienare ultrà ejus vi, tam, & unus non dicitur in eo haber cauſam ab alio, & quot ſunt perſonæ tot cenſētur conceſſiones, & in feudatines, ſic omnia perbellè poſt *Iſern. in d. §. præterea* tradit per diſcurſum *Artem Piſtor. lib.* 2. *quæſt.* 6. *numer.* 3. *ſeq.* nimirum igitur ſi agnatus licet poſt venditionem natus vendicet tale feudum ad eum ſpectans nulliter alienatum, non enim neceſſe erat ſua exiſtentia, aut nativitas tempore contractus venditionis, nam actio ſibi competens pro feudi revocatione non à venditione feudi, ſed demum à morte alienantis vires recipit, tunc enim ordo ſucceſſionis tangit agnatum iſtum, ut benè tradit *Piſtor. d. lib.* 2. *q.* 11. *ſub numer.* 21. & ideò non obſtante alienatione feudi ante ejus nativitatem facta, illud revocabit proprio iure, vigore primevæ inveſtituræ, & conceſſionis, ſic *Andr.* ibi, & proſequitur *Artem Piſtor. à q.* 6. *numer.* 39. *& ſeq.* ſic quoque cæteri, quos rogo videri, quia in his terminis loquuntur.

Hoc ſecus eſt in ſecundo, *ſcilicet in* prælatione per ius prothomiſeos, in hoc enim extat à iure ſtatutum certum tempus unius anni à die contractus, & idem *Artem Piſtor.* ſequens alios in primo remedio, & ad id adducens *Tiraq.* ſubjungit, licet aliud concludatur in retractu, ſic *Piſtor. quæſt.* 6. *ſub numer.* 37. *verſ. idem etiam in feudo admiſiſſe videtur*

Ceſſant igitur in iure iſto retractus omnia conſiderata in revocatione agnato competentem iure ſuo proprio vigore inveſtituræ, ſiquidem hoc in caſu feudum non competit filio ex propria ſua perſona non vocatur ad illud, non petit rem ſuam, ſed iure quodam ſpeciali contrà generalitatem, *text. in l. dudum*, admittitur ex §. *Titius* ad retrahendum rem per Patrem legitimè alienatam, ideò non erit ampliandа exorbitans iſta diſpoſitio etiam in beneficium non conceptorum tempore alienationis in emptionis perniciem, & commercii annihilationem, prout deſtinguendo inter unum, & alterum remedium agnato proditum, diſcurrit *Ioannes Koppen. deciſ.* 54. *numer.* 57. 58. *&* 39.

Dico inſuper, & hoc tantum ſufficeret, quod omnes DD. prælegati loquuntur in feudo ex pacto, & providentia; Nec pars habet Doctorem dicentem idem eſſe in feudo hæreditario, ut poſt alios

Gram.

Digitized by Google

Gram. dec. 103. *num.* 221

Confirmantur omnia prædicta ex notabili doctrina *Camer.* qui docens refutationem eſſe permiſſam in feudo, dummodò fiat proximo, & immediatè ſucceſſuro affirmat hanc proximitatem debere actendi tempore contractus refutationis, & ideò licet deindè proximior naſcatur ante mortem refutantis non invalidatur refutatio, nam ſemper qualitas proximitatis conſideretur in eo, qui talis eſt tempore contractus, ſic benè *Camer. in l. Imperialem, fol.* 30. *lit. P.* quem omnes ſequuntur exploſa annii doctrina, prout per *Dom. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſibus Regiis §. numer.* 7.

Nec aliquavis facienda eſt in declſionibus Gallicis per partem allegatis, videlicet *Boer. deciſ.* 12. & 138. & *Papon. areſt.* 1. *lib.* 11. *tit.* 7. omnes enim loquuntur quando ſaltem infra tempus ſtatutum ad retrahendum naſcatur agnatus iſte, vel ſaltèm cõcipiatur, ut apud eos eſt videre, & quod concepto ſaltem requiratur ultrà eos traderunt *Afflict.* ex mente *Iſern. in cap.* 1. §. *hoc quoque de ſucc. feud. num.* 30. ſequitur hoc *Lipar. ad Andr. in d. §. hoc quoque. Tiraquell. de retract. lignag. §. glo.* 8. *numer.* 97. *Pappon. d. lib.* 11. *tit.* 7. in appendice *Areſt. præd.* ibi, ſi intra annum, & diem, &c. & addo ad eum *areſt. præd. eod. tit.* 7. cumque in caſu noſtro actricis ſucceſſit ortus poſt 38. annos, clarè ſequitur non eſſe applicabiles doctrinas illas.

Non debet quartò audiri actrix, quia effluxit iam diù tempus ad petendum ius iſtud prothomiſeos, eadem enim lex feudalis introducens ius prothomiſeos in feudis unius anni curriculo eidem vitam tribuit, §. *Titius*, & §. *porrò*, nec dicat pars annum tantum cenſeri, datum quando feudum in ulteriorem agnatum alienatur, at quando in extraneum 30. annorum ſpatio durabit actio revocandi, nam hoc verum eſt in revocatione proprio iure facienda per agnatum, tamquam vocatum in inveſtitura, tunc enim, quia tractatur de iure ſibi quæſito per inveſtituram, non niſi 30. annorum curſu ei erit, ei præcluſa via agendi; At in iure prothomiſeos, ſivè prælationis, prout in caſu currenti, ſivè alienatio ſit facta in agnatum ulteriorem, ſivè prorſus extraneum ſemper unius anni ſpatio intrabit agnatus, alias illo lapſo erit ei præcluſa via, prout ex clara diſpoſitione *d. §. Titius non violanda tradiderunt Scrader. de feud. par.* 8. *cap.* 7. *numer.* 42. *verſ. ego vero*, latè *Fachin. poſt Scura, & cat. contr. iur. lib.* 7. *cap.* 15. *verſ. ego. puto*, *Piſtor. benè quſt.* 12. *numer.* 8. 19 21. & 22. & *pro abſoluto id tradit Dom. Rouitus prag.* 54. *de offic. proc. Cæſar num.* 8. *hoc idem poſt Iacobin. de Sancto Georg. in tract. de feud. in verb. & cum pacto nu.* 17. *Vuesbec. conſ.* 31. *num.* 66. *Miſing. obſer.* 85. *cent.* 4. *Rolan. à Vall. conſ.* 3. *nu.* 152. *vol.* 1. & *conſ.* 67. *vol.* 3. *Scurf. conſ.* 31. *nu.* 4. *cent.* 3. *fundat benè Ioan. Kop. qui eos refert. & ſequitur de iſ.* 54. *nu.* 58. & 59. & hoc vt minus lædatur diſpoſitio *text. in l. dudum*, vt ſecurius emant emptores, vt detur tutè contractatio rum. Et tandem incouincibili ratione, quia exprimendo *tex. §. Titius*, dari tantum annum expreſſit id, quod tacitè inherat, ſiquidem de ſui natura ius protomiſeos, ſeù prælationis non durat, nec viuit vltra annale ſpatium, & ideò ſi lex aut ſtatutum diſponeret, quod in venditione rerũ detur prælatio non addito tempore infra quod petatur intelligitur infra annum, & non vltra, vt poſt *Tiraq.* & alios tradi pro indubitato *Artẽ. Piſtor. lib.* 2. *quæſt.* 12. *ſub nu.* 19. Quare dũ actrix iſta cæpit agere poſt lapſum quinquaginta quinque annorum erit omninò repellenda.

Quod tanto magis procedit, quia in caſu noſtro tempore factæ venditionis aderant iam duo fratres vtrinque coniũcti Fabritij, quibus competebat prælatio quà de re dum illis, tacentibus affluxit tempus illud non poterit tunc Anna Maria, licet proximior agere, dum fuit præſcriptum cum eis qui tunc exiſtebant, ſic fortiori caſu in feudo ex pacto bene ſi intuentur, tradit *Andr. in cap.* 1. §. & *olim de ſucceſ. feud. ſub numer.* 9. *verſ. idem ſi poſt mortem alienantis ibi, non revocavit cum poſſet, non tamen quod eſſet præſcriptum his caſibus natus poſteà venit ſuo iure*, ergò ſi cum prædeceſſore fuiſſet præſcriptum non veniret ſucceſſor, & loquitur de vindicatione ex propria perſona virtute inveſtituræ, quod fortius eſt, ſed hoc eſt indubitatum in iure prælationis, ſivè prothomiſeos, in quo annus currit reſpectu omnium, & licet proximiori tantum competat, eo negligente, vel conſentiente non datur ſucceſſorium edictum effluxo anno, concludit *Artem. Piſtor. lib.* 2. *quæſt.* 12. *numer.* 65. à quo licet devenient aliqui dicunt tamen poſſe agnatum ſucceſſorem infrà annum agere contrà proximiorem, ut agat contrà proximiorem, ut agat, & petat prælationem alias eo negligente uult ipſa ad illam admitti, ut poſt *Cyn.* & *Alber. in l. fin. C. de furt. dicit Scrader. par.* 8. *cap.* 7. *ſub num.* 54 *Brunus conſ.* 67. *in fin. Tiraq.* & *Cæteri per Ozaſc. deciſ.* 177. *numer.* 4. & quando adeſſet aliquis, qui affirmare auſus eſſet lapſo primo anno cum

Digitized by Google

Proximiore agnato eſſe concedendum ſecundum alteri agnato poſt illum venienti, id, (licet à veritate deviet) eſſet tamen intelligendum de illis agnatis tunc exiſtentibus, ſed ſi omnes exiſtentes tempore contractus conſentiunt, vel patiuntur labi tempus, tunc omninò erit deneganda audientia eis, qui poſt illos naſcuntur, licet proximiores, benè *Afflict. in cap. 1. §. ſed etiam res, ſub numer. . . verſ. & hæc vera ſunt, per quas fiat inveſt.* eò fortius, cum verſemur in feudo hæreditario, in quo lapsum anni præiudicare omnibus agnatis, dicit *Gram. dec. 103. nu. 221. verſ. octauò præterito*; & quãdo ſatis iniuſtè parti concederemus ad præſcribendum ius iſtud, non unius, ſed triginta annorũ curſum requiri, res ſimiliter erit in tuto, fuit namque perfecta cũ dictis fratribus agnatis proximioribus Fabritio præſcriptio iſta, cum ante actricis natiuitatem lapſi fuerint 38. anni, & ſic ſemper tale ius præſcriptum inuenit Anna Maria tempore ſui ortus.

Nec dicatur, fratres illos non perpetuò Neap. morã traxiſſe, ſed cauſa belli ad ſeruiendum ſe aliò tranſtuliſſe, ob quod præſcriptio non fuerit cum eis completa, ſiquidem inutilis admodum talis oppoſitio apparebit; nam præſcriptio iſta currit ſemper, nec reſtituitur ad eam agnatus, quia reſtituitur ad eam agnatus quia reſtitueretur ad lucrum, etiam ſi fuerit minor, *l. auxilium*, cum ibi notatis *ff. de min.* etiam ſi ignorans, *l. ſi quis in graui, §. vbi Bar. ff. ad Syllan.* & pluries ſic in minore fuiſſe deciſum, teſtatur *Tiraqu.* loquens punctualiter in iſto retractu *§. 31. glo. 2. in fin.* & idem iudicatum refert *Papõ. lib. 11. tit. 6. Areſt. Prad. in appẽd.* idem de ignorante tradit *Tiraq. §. 35. gloſ. 4. nu. 26. & 27.* & latè *Matienz. lib. 5. recomp. tit. 11. de empt. & retr. l. 8. glo. 28.* præcipuè quia odioſum eſt ius iſtud contra libertatem publici commercij, & ob id reſtringendum, nec reſtitutione aliqua ampliandum, *Tiraq. d. §. 35. glo. 4. nu. 49*

Et ne diutius dominia rerum remaneant ſub incerto, idem *Tiraq. §. 35. gloſ. 2. nu 4. & 3.* Quinimmò etiam ſi emptio tunc facta ſtetiſſe in ſuſpenſo occaſione alicuius litis, adhuc annum cucuriſſe deciſum refert *Cam. de Curte in diuer. feud. fol. 16.* multò minus ex his reſtitui poterant fratres illi ratione eorum voluntariæ abſentiæ poſt longam præſentiam annorum decem, & nouem, ex regula *tex. in l. non enim ff. ex quib. cauſ. maior*. vbi Prætori comictitur inueſtigatio, num negligentia, aut temporis anguſtia non potuerunt litem conteſtari: cum igitur per tot temporis ſpatium vſi nullo modo fuerunt iuris beneficio, petendo retractum, & negligendo, ſequens abſentia licet cauſa Reipublicæ, illis non iuuabit, nec ad curſum impediendum, nec ad reſtitutionem obtinendam, prout nec ignoranti, nec minori ſucurri ſupra ex omnium opinione eſſe ſpeciale in retractu, fundaui, & punctualiter id optimè fundat *Matienz. lib. 5. tit. 11. l. 8. glo. 12. numer. 19.* vbi dum ſupra *num. 18.* fundauerat, ignorantem non reſtitui aduerſus lapſum nouem dierum retractus ab illa lege conceſſi, ſed tam breui tempore limitati quia reſtitueretur ad lucrum contra regulas Iuris, vt hoc valido argumenti genere fundaret, docet, nec in hoc reſtitui minorem, cuius cauſam magis fauorabilem ad obtinendam reſtitutionem eſſe dicit, quam ſi illa ignorantis, aut abſentis, & propterea conqueri non poteſt abſens, dum ei non conceditur id, quod minori ſimiliter denegatur, vt ibi *num. 19. poſt Tiraq. d. glo. 4. §. 35. num. 46.* quinimmò etiam ſi verſaremur in re, aduerſus cuius præſcriptionem poſſet reſtitui abſens, vel ignorans, ut puta, quia tractaretur de damno (quod ceſſat in hoc caſu, ubi de lucro certaretur) Neque fratribus illis Fabritii concedenda fuiſſet reſtitutio, cum per plures annos præſentes, & ſcientes neglexerunt agere ex latiſſimè deductis, & probatis per eundem *Matienz. d. lib. 8. gloſ. 12. numer. 8. per tot. poſt Tiraquell. §. 35. gloſ. 3.* & dubitationum in retractum iuris prothomiſeos detur reſtitutio in integrum adverſus temporis lapſum poſſit aliquam habere altercationem, tantummodò in curſu annali ob ejus brevitatem, ſed quod quando de trigennali præſcriptione agitur, numquam poteſt prætendi reſtitututio à quacumque perſona, & ex quavis cauſa, quia contra omnes currit irrevocabiliter, tradit poſt *Tiraquellus dicto §. 35. gloſ. 4. numer. 45.*

Conſidero tandem ad plus, non potuiſſe agnatos illos prætendere, niſi eſſe reſtituendos adverſus curſum triginta annorum, quæ reſtitutio, non niſi quadriennii ſpatio durare poterat, ex *l. ultim. de tempo. in intreg. reſt. cap. 1. ext. de reſt. in integr. in 9. concord.* Ideò dum in caſu noſtro nedum lapſus ſit trigennalis curſus, ſed deindè quadriennium ad petendum, & obtinendum

Digitized by Google

dum reſtitutionem, & aliud quadrienniſi poſteà, & deindè ortum habuit actrix, certò certius ſequitur inveniſſe tunc temporis omnia tempora effluxa, & perfectiſſimam fuiſſe præſumptionem adverſus agnatos completam ad ejus perpetuam excluſionem.

Præſumptionem autem iſtam cum illis agnatis cumulatam excludere, atque repellere actricem, eſt indubitatam, nedum ex doctrina *Andr. in cap. 1. §. et olim, de ſucceſſ. feud. ſub num. 9.* ſed etiam, quia non datur in iure iſto retractus ſucceſſorum edictum, ex *Arteman. Piſtor. q. 12. num. 65.* ac inſuper, nam tempore perfectæ præſcriptionis prædictæ nullus agnatus ſupererat, ideò parvifacienda eſt iſta poſteà nata, ex *Afflict. in cap. 1. §. ſed & res, ſub nu. 3. verſ. & hæc vera ſunt, per quos fiat inueſt.*

Quod convincitur etiam, nam ſi petiiſſent, & obtinuiſſent fratres illi ius iſtud retractus actu iam cum eis conſumato, v3. nata fuiſſet filia proximior non valuiſſet patris vindicare feudum, quod omnes affirmant, ut eſt videre per *Cuſſan. poſt alios in Conſuet. Burgund. rubr. 10. §. 1. numer. 12. 13. & 14. Boer. dec. 128. Tiraq. de retract. §. 1. gloſ. 9. num. 99. & 100.* ſi hoc non alia ratione, niſi quia res non eſſet integra, quando non naſcitur filius, & certum eſt poſt perfectam præſcriptionem rem, neq; eſſe integram, ſed omninò ſublatam, cum omnis actus ejus vigore extincta cenſeatur. Igitur erit à pari excludenda actrix, prout ſi patrui obtinuiſſent iam caſtrum illud.

Miror equidem, quomodo aduerſarius ad hanc tergiuerſandam veritatem, allegauerit doctrinas *Camer. Artmã. Ozaſc. & aliorũ* aſſeuerantium preſcriptionem completam cõtra vnum agnatum, alteri non nocere, non aduertens, DD. illos nullatenus loqui in præſcriptione completa aduerſus facultatem prælationis, & iuris prothomiſeos, ſed tantum in ſucceſſione feudi ſpectantis ad agnatos ordine ſucceſſiuo, & ideò ex quo nemò poteſt alteri præiudicare, licèt contra vnum fuerit præſcriptum, durante illius vita, iuuabit præſcribenti, ſed demum illo defuncto, ſtatim actio incipit competere ſucceſſori ad illud vocato, cui nullo modo nocere poteſt præſcriptio cum prædeceſſore completa; prædeceſſor enim nec expreſsè poteſt ſucceſſori præiudicare, *Iſern. in cap 1. §. præterea Ducatus, ex quib. cauſ. feud. amit.* ergo multò minus tacitè patiendo præſcribi, quod ſecus eſſe in iure, de quo agimus, ſatis fuit ſupra. probatum. Hec occurunt pro cauſa iſta vt liberetur à tã fragili vexat io-

ne qui iuſto titulo tamdiù pacifice rem à maioribus emptam poſſedit, &c.

Parthenius Petagna. Hector Capic. Latro. Andreas Marcheſius, Io. Frãciſcus Marcianus Sed in hac cauſa, vt refert idem *Illuſt. Marchio Torella, ac Reg. Hect. Capyc. Lat.* non ſolum doctrina, verùm nobilitate præclarus, in *dec. 57.* quod audiuit ab aliquibus Dominis votantibus in ea de hoc articulo fuiſſe dubitatum, ſed cauſam fuiſſe ſic deciſam ex alijs articulis, qui in illa erant.

12 In Regno enim feuda ex communi forma inueſtituræ feudi, quæ ſit pro heredibus, ſunt hæreditaria, *Afflict. de feud. lib. 3. tit. an agnat. cap. . n. 9.* ex doctrina *Iſern. in cap. 1. de alien. feu. pater. n. 1. c. 2. & in dec. 195. nu. 7.* vbi communem eſſe opinionem ait, ſic etiam *Illuſt. Reg. & Marchio Tap. in dec. Supremi Senat. Ital. 2. nu. 238. Dom. Iudex della Ratha in ſuo Theat. feud. par. 8. dilucid. 12. num. 1.* etiamq; extraneis poſſe relinqui, *Tap. dec. S. R. C. 1. numer. 8. Gram; dec. 103. nu. 219. Iacobat. de Franch. in prelud. feu. n. 139. idem della Ratha in dilucid. 44. num. 1. Maſtril. dec. 8. & in conſ. vnic. Giurba de feu. §. 8. glo. 3. nu. 101.*

Prælationemque in eis non habere locum ſeù ius prothomiſeos, tenet *glo. in cap. 1. §. hoc quoq. de ſucc. feu. vbi Iſern. nu. 6. & 7. idem in d. §. Titius, vbi glo. ad eund. in verb. ſecus ſi hæreditarium, in ver. concluſio igitur, & in cap. an agnatus, & in c. 1. de alien. pater feu. Afflict. in d. §. hoc quoq. n. 19. & 20. Præſ. de Franch. dec. 1. nu. 29. Bãmacar. in d. §. Titius*, vbi affirmat, hanc eſſe veriſimã opinionem, etiamque; communiorem, vt apud *d. Dom. della Ratha in dilucid. 15. per tot. cit. par. 8.* & ad ſaturitatem apud *D. Reg. Capyc. Lat. in ſua doctiſſima conſul. 27.* in cauſa Illuſt. Marchionis Orioli, & in *conſult. ſequ. & in dec. 57. nu. 2. Dom. de Marin. I. C. eruditiſs. ac Aduoc. prima claſſis in reſol. quotid. cap. 116. lib. 2.* vbi pro hac opinione affert DD. ex noſtris, & ex alienigenis eam ſectantes, vt in cauſa illorum de domo Zattara cũ quond. Dom. Reg. Conſil. Iulio Maſtrillo, olim Fiſci Patrono in M. C. V. vtili Domino Terræ Mariliani ſuper petita prælatione dictę Terræ fuiſſe deciſum per S. R. C. iunctis aulis cõtra dictos de Zattara, ſcilicet Liuiam Zattaram petentem admicti ad dictam prælationem vti proximiorem agnatã, patrocinante eodem *Dom. de Marin.* pro dicto D. Maſtrillo, vt in *d. c. 116.* & apud eundem *Dom. Reg. Capyc. in dec. 57. vbi in n. 51. & ſeq.* ait, hoc fuiſſe determinatum ex eius varijs, facti circumſtantijs, que ſententia fuit confirmata in cauſa reclamationis ad

Digitized by Google

relationem dicti Dom. Regentis, tunc Reg. Conſil. ſic etiam in cauſa Ill. Principiſſæ Sopini, cui ſimiliter fuit denegata prelatio ad relationem D. Reg. Conſil. Aloysij Gamboæ olim Aduocati famigeratiſſimi primæ claſſis iunct. Aulis S.R.C. de qua etiam apud *Dom. de Toro Doctorem Almi noſtri Collegij, ac nunc illius Priorem digniſſimum his, et maioribus in ſupplem. dec. in verb. prælatio fol.* 478. qui refert, quod poſtea in cauſa reclamationis fuit reuocatum decretum S. C. & cõceſſa prælatio dictę Dom. Principiſſæ cõtra Illuſt. Marchionem S. Iuliani, ex aliis concurrentibus cauſis, & circumſtantijs, & hoc ad relationem Dom. mei cognati ac Reg. Conſil. Io: Baptiſtę *Iouini*, olim inter primarios, maioriſq; nominis Aduocati in anno 1649. apud Act. Figliolã, vt refert *Dom. I. C. Mich. Angel. Gyp.* qui Dom. Principiſſæ partes tuebatur, in nouiſſimis eius *obſer. ad Dom. Reg. Capyc. ad d. dec.* 57. (poſt hæc ſcripta viſis) ſic etiam in cauſa ſororis Ducis Cilentiæ ſuper prælatione petita Terræ Mileti venditæ *R.* Conſ. Franciſco Antonio Muſceptula nunc S.R.C. Decano, cui Dom. Actrici fuit denegata prelatio, & idem *Dom. de Marin. c.* 24. *num.* 10. *lib.* 2. pro contraria affirmatiua vide eundem *Gypt. in d. obſer. ad dec.* 57. vbi non tantum de communi, verùm communiſſima opinione refert dari in feudo hæreditario mixto, cui adde *Dom. Ric. in collect.* 2059. & 230. *Maſtril. dec.* 8. & *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. in tit. de aſſen. ſuper doct. & de refut. feud. tit.* 8 §. 8. *num.* 16. & 18. *Reg. Tap. Ius Regni, ſuper Conſt. Sancimus, de iur. protbom, par.* 4. *nu.* 76. *Thorum in compen. deciſ. par.* 1. *in verb. ius prothomiſeos, fol.* 304. & *in cit. ſnpplẽ. in verb. ius prelationis, fol.* 326. ſic fuiſſe deciſum per idem S. C. in cauſa venditionis Ciuitatis Caſertæ, & in cauſa Illuſt. Principiſſæ Sulmonetę in Aula qu. Reg. Cõſil. Didaci Varela eiuſdem S. C. Decani, cum interuentu olim Præſ. D. Petri Iordani Vrſini felic. Recor. vt apud *Dom. Reg. Sanfel. in dec.* 268. *par.* 2. *et* 111. *par.* 1. nec nõ in cauſa D. Franciſci Veſpuli, cum D. Aloyſio Pignatello, cui fuit data petita prælatio ad relationem tunc illius Doctiſſimi viri Hiſpani D. Thomę Carleual. & alios XXI. vt refert caſus idem *Gypt. vt in d. obſeru. add. dec.* 57. ergo pro vtraq; opinione deciſiones adſunt, & feudo conceſſo pro ſe, & heredibus, an ab eo fæminę ſint excluſæ vide *Ricc. in collect.* 905. in alienatione feudi plani, & de tabula quid iuris vide *de Marin. reſol. quotid. cap.* 233. *lib.* 2. & ſi in feudo hæreditario poſſit iniũgi fidei commiſſum cum aſſenſu Domini, vide *Præſ. Camil. de Medic. conſ.* 2. & quæ requirantur ad finem, vt competat dicta prælatio; *Dom. Capyc. Latr. deciſ.* 57. *nu.* 42. & *de Marin. c.* 117. *nu.* 2. *lib.* 2.

13 Tempus verò datum ad petendam hanc ſupradictam prælationem eſt annus, vt in *d.* §. *Titius*, & *in d.* §. *porro*, *vbi Afflict. noſter ibid. in verſ.* 8. *notab. nu.* 33. *fol.* 307. *de Gregor. ſyntagm. iur. lib.* 26. *cap.* 24. vbi diffuſè per totum, & ſi currat contra minores, & an ſint reſtituẽdi, idem *Afflict. in d.* §. *porro, eod. n.* 33. *uer.* & *ſi contractus*, alijſq; vt apud eundem *Reg. dec.* 57. *nu.* 37. *nu.* 39. & *per Reg. de Ponte in tit.* 8. §. 10. *nu.* 26. & *ſeq.* & latè per *Tiraq. de retract. lignag.* §. 35 *gloſ.* 2. *in verb. minores.*

Et tempus anni eſt quando alienatur in agnato vlteriori, ſed ſi in extraneo, erit annorum 30. *glo. in d.* §. *Titius, in verb. vel per annum*, & *per Cacher. dec. Pedem.* 170. & *per Iſern. in d.* §. *Titius, in verſ. quid ſi conſenſit*, & *della Ratha in* 16. *dilucid. loco ſupracit. idem Tiraq. vbi ſupra, gloſ.* 4. *Gramm. dec.* 103. *nu.* 221. & 222. *Reg. de Ponte vbi ſupra nu.* 32. & *ſeq.* A quo die incipiat currere, videas *gloſ. in d.* §. *Titius*, & *Cacheran. d. dec.* 176. & *per Dom. Reg. Capyc. d. dec.* 57. *nu.* 39. & an contra abſentes & ignorantes, *Tiraq. in gloſ.* 3. *vbi ſupra*, §. 35. & ſi poſſit coarctari, *de Franch. dec.* 588. *Reg. Sanfelic. dec.* 268. *nu.* 15. & *eandem de Ponte vbi ſupra, num.* 28.

14 Quid in feudis ruſticis, *Vrſil. ad Afflict. dec.* 243. *num.* 2. & *de Marin. cit. cap.* 233. diffuſè, & idem *Vrſil. ad dec.* 129. *tex. in l. item quero*, §. *qui impleto, ff. locat.* an habeat. locum in rebus, feudalibus, vide *Crauet. in conſ.* 87. *nu.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia nec agit, nec conuenitur iure congrui, & num.* 4.

2 *Emphyteuta Eccleſiæ num habeat ius congrui, remiſſiuè.*

3 *Ius congrui an habeat locum, quando Eccleſia vendit perſonis priuatis, & quid in Eccleſia Sãctiſſimæ Nunciatæ Neapolis, & numero tertio.*

6 *In terris Eccleſiæ adſunt Bullæ Sãctiſſimorum Pontificium diſponentes circa hoc ius.*

7 *Num iſta Bulla habeant locum in venditionibus neceſſariis*

8 *Vicinus an teneatur ad denunciandum vicino, quãdo Eccleſia vult emere rem ab eo.*

9 *Conſuetudines Neapoli ſequentes de iure congrui ſolum locum habent in hac Ciuitate e iuſq; diſtrictu.*

10 *Ius congrui an habeat locum in emente domo pro ædificanda Eccleſia? & quid in Eccleſia deſtructa, & qui d in Cappella, & in Oratorio priuato, ac ſimilibus?*

Ad

AD verſ. item quæro. in num. 8. & ad id, quod ait *Afflict.* quando Eccleſia emit, vel ejus bona venduntur. Quoad primum vide *Rendell. in eod. tract. in gloſa in verbo Eccleſia, num. 3. & 9. in verſ. vel nulla*, ubi ſic tenet, dicens: *Re in Eccleſiam vēdita locum non habere ius prothomiſeos*, *Benedel. in eod. tract. §. ultimo, num. 13. fol. 92. Dom. Epiſcopum Riccium in collectan. 2148. in fin. par. 6.* dicens, *Quod emphyteuta Eccleſiæ ius congrui non habet, quia nec ipſa Eccleſia habet*, quod per *Napodanum* negatur in *Conſuetudine prima, in gloſa alicuius. tit. eodem, num. 31.* Adde etiam *Dom. I. C. de Marin. in ſuis reſolut. quotidian. in cap. 55. lib. 1. num. 15.* qui teſtatur, ſic fuiſſe deciſum in ſacro Conſilio Neapolitano, & *Caputum*, qui teſtatur de communi in *gloſ. Eccleſia, nu. 2. ad eundem tract. Rendel. fol. 342.* ubi indubitanter de hoc, cum ſit potius privilegium ipſius Eccleſiæ, ſicut ait *Napodanus in gloſa re ipſa, in Conſuetudine, & ſi Eccleſia, num. 77.* dum Princeps poteſt ei conferre privilegia, ſicut conceſſit Eccleſiæ Sanctiſſimæ Nunciatæ hujus Civitatis Sereniſſima, ac Regia Majeſtas Regis Ferdinandi, de quibus in *capit. Regni 62.* & ſpecialiter in ementibus ab ea, ut non conveniantur iure congrui, de quo etiam apud *Regentem Tapiam in cap. Ius Regni, tit. eodem par. 4. num. 9. Ioannem Baptiſtam Thorum in compend. dec. in verbo ius congrui, & in ſumma privilegiorum piarum cauſarum, ad Tiraquel. in privileg. 72. Ric. collectan. 230. Rendellam, ut ſupra num. 14. Præſ. de Franch. deciſ. 383.* vbi ſic deciſum teſtatur, dicentem multa eſſe huius Eccleſiæ priuilegia, ſic etiam neque ipſi Eccleſiæ dari ius congrui diſpoſitum eſt, tàm iure conſuetudinis, quàm conſtitutionis præſentis, *Benedel. ſupra citatus*, *Maxilla citatus ab eodem Afflict. in §. vltimo; nu. 14. Napodanus vbi ſupra num. 1. Rendell. ut ſupra, num. 30. Caputus*, ac *de Marinis loco ſupra citato.*

5 Sed id, quod eſt magis dubitabile, quãdo ſit venditio eius rerum perſonis priuatis, de quo infra adnotaui in *addit. ad §. vltimum, notab. 2. num. 7. fol. 246.* ubi adde *Caputum loco ſupracitato n. 4.*

6 In Terris verò Summi Pontificis, ſeù Eccleſiæ ſi habebat ne locum ius congrui, vide *Gratian. citato cap. 742. num. 18. & n. 19.* affirmatiuè ſtantibus Bullis Pontificis, vt per Bullam Gregorii Decimitertii felicis memoriæ, & per Bullam Siſti Quarti, de qua apud *Marcum Antonium Bardum in eodem tractatu de iure prothomiſeos*, ſuper dictæ Bullæ explicationem, & *Inclitum Iudicem Camillum della Ratha in conſ. 42.* virum doctiſſimum *Campan. in ritu Curiæ Archiepiſc. Neapol. 22. num. 17.* ſicut etiam annotaui infra in §. 1. *verſ. adde, fol. 53.*

7 In venditione neceſſaria an habeat locũ diſpoſitio dictæ Bullæ Gregorii Decimitertii, quando quis vult alienare rem in Eccleſia circa denunciationem faciendam, vide *Boerium dec. 322. Rendellam ſupra citatum in dicta gloſa ſi Eccleſia num. 12.* quæ ſtante iure noſtro Conſuetud. non requiritur, quod viget ſolum in hac Ciuitate, eiuſque diſtrictu, ut infra ad §. 2. *notab. 1. num. 34. fol. 110.*

9

10 Quid in Eccleſia deſtructa, in Oratorio, in Cappella priuata, in Capitulo, vel in emente pro ædificanda Eccleſia, vide *Napodanum in dict. Conſuet. ſi Eccleſia, & Rendellam num. 2. ubi ſupra, Benedel. ibidem num. 3. 4. 5. & 6. in §. vltimo, & Caputum ibidem, num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus an agat, vel conueniri poſſit iure congrui?*
Et quid ſi pro ſe, vel pro Eccleſia emit, vt num. 2. & 3. & coram quo Iudice conueniantur, ſi datur contra eum, vt numer. 4.

5 *Ritus Curiæ Archiepiſcopalis non datur, per eum ius congrui in dicta Curia ſecus extra eius Diœceſim, ut n. 7.*

6 *Clericus ſubditus Cappellano maiori, an conueniatur iure congrui.*

7 *Conſuetudines Neapolis, an cenſeantur approbata ab Eccleſiaſtico?*

8 *Sacerdos emens domum de pecunia legata pro miſſis dicendis, an conueniatur iure congrui? Et quid in confectione inuentarii, ſi coram laico, ac de aliis, ut ibidem.*

AD verſ. item quæro, an ſi Clericus per ſe, vt infra nu. 8. adde eundẽ *Afflict. in §. vltimo, num. 15. & ſequ. notab. 2.* vbi tenet dari, ſed actiuè tantum, vt in *verſ. quare concludo*, & ſic contra id. quod hic, ait, aſſerentem Clericum eſſe magis priuilegiatum, quam Eccleſia circa hoc, vt *numer. 17.* quæ nec agit, nec conuenitur, vt per eundem *Afflict. in apoſtil. ad Conſuetud. noſtras Neap. impreſſa poſt primum volũ. Dom. I. C. Donati Antonij de Marinis, incip. aduerte*, nam priuilegium Eccleſiæ tranſit etiam ad perſonas Eccleſiæ? per *textum in cap. fin. de vita, honeſt. Clericorum*, vbi allegit eius *conſ. 443.* conſulendo ſic obtinuiſſe, *Napodanum in dicta Conſuetud. & ſi Eccleſia, in verſ. ſed quid de clericis, num.*

Digitized by Google

2 *num.*75.vbi diſtinguit, ſi proſ., vel Eccleſia, vide eundem *Afflict.* & *Rendellam in dict.§.vltimo. in verbo Eccleſia, num.*59. *Benedel.* & *alij,vt ſupra in prædecen.verſ.* dum ipſam Eccleſiam repræſentant ſub eiuſque appellatione, *gloſa in cap. cum clerici, de verbor.ſignific.cap.fin. in gloſ. Eccleſia, extra ne Prælati,*63. *diſtinct. in fin.Tiraquel. de retract.lignag.in ver.emptorem gloſ.*13.§.1.*num.*2.& *ſequ.Marantã diſputat. octaua,§. fin. numer.* 15. *Reg. ac Illuſt. Marchionem Tapiam Cod. Ius R g. i in quarto lib.de iure prothomiſ.nu.* 60, *Reg.ac Illuſtr. Marcb.Capyc. Lat. in deciſ*95.1.*par.num.*3.*Præſ.de Franch.deciſ.*285.*Dom.Staiban.Sen.in conſ.*41.*Cap.* I.C. *Neapol,ſuper Conſuenud. Neapol. in Conſuet.Si moriatur,de ſucceſſion.ab inteſtat.ad præmiũ Caroli, in tit.de perſonis, num.* 2 *verſ.* 3. qui tenet contra *Vrſil. ad deciſ.Afflict.*310.& *Præſ.de Franch.deciſ.* 236.*num.*2. *Napodan. in d. proem. verb. tenorem,num.*295.*Oliua in ſupra cit.loco, num.*6.vbi citat *conſ. Ludou.*384.

3 At quod poſſit clericus conueniri, & conuenire iure congrui, tenet idem *Tapia ſup. cit.nu.*61.& alij per eum citati,& *Do. de Marinis cit.volum.primo,cap.*55.*nu.* 5 & 7.vbi ait,vtramque opinionem eſſe probabilem, verum ſecundam probaliorem, fundatam maiorũ Doctorum numero *Rẽdel. in dict. uerbo Eccleſia,*§.*ultimo,num.* 15.vbi hoc eſſe valdè controuerſum ait, ſicut idem de *Marinis* eodem loco fatetur, & alij per eum citati in *cap.*44.*nu.*1.*nolum.* 2.*Tiraquel,ſupra cit.*§.1. *gloſ.* 13. *num.* 2. & *ſequ.gloſa* 5.*num.*33.& *num.*45. *Cãmpanil.ſuper ritu Cur.Archiepiſcopal num.* 16.*Thorus par.*2.*compend.dec. in uerb.ius congrui,f.*321.& *par.*1.*f.*93.*col.*2.

4 Et coram ſuo Iudice competenti eſt conuenieudus,idem *de Marinis dicto cap.* 44. & alij apud eum,quod ſecus per *Triuiſanum in dec Veneta* 43 *par.*1.citatum à *Dom.Ricc.in collectan.*230.*et.per Giurbã. in deciſ.*25.*num.*22 & *in obſeruat.*2 *num.* 15.*Idem Ricc.in dec. Curiæ Archiepicop.* 180.*num.*3.& *num.*4.*Afflict.hic in fine.*16 & *in Conſtitut.Regni, Si quis Clericus in* 3.*notab.nu.*3. & 4.*de cler.conuen.*& hãc eſſe communem teſtatur *Niger. in hac Conſtitut.ſancimus,*& *Bededel.in dict.*§. *ultimo, nu.*15. *Tiraquel.de retract.lignag.* §.8.*gloſa* 5.*n.*15. eiuſdẽ ſententiæ ſectator.

5 In Curia Archiepiſcopale huius Ciuitatis, ac totius Diœceſis adeſt Ritus 22. in ordine, vbi denegatur ius congrui, ibi *Excepto Iure congrui*) *Scribentes ſuper dicto ritu, vt Oliua,* & *Campanil. Regens Tapia citato loco,nu.*66. *de Franch. deciſ.* 385.vbi laicum in dicta Curia contrã clericum non poſſe obtinere ait, propter dictum Ritum, ideoque ratione æqualitatis ſeruandæ nec clerico dari contra laicum, vt *num.*3.ita etiam habetur per *Dom.Staihanum in conſ.* 42. & *Tapiam in citato loco,nu.*60.& *Thorum in compend.deciſionum, par.*2.*in verbo ius congrui, fol.*321. *Tiraq.cit.loc.nu.*6.

6 Quamobrem ad euitandum dictum ritum fuiſſe conuentum clericum Cappellanum Regium coram Reuerendiſſimo Cappellano Maiore huius Regni; & obtẽtum ius congrui, vt refert idem de *Frãch. in dicta deciſ.* 385. & *in vna apoſtill. ad Conſuetud.Neapol. Si Eccleſia,* incipiente, *vide*, firmata eius nomine in vltima impreſſiome(licet *Caput*, dicat, illam non eſſe *Dom.de Franc. vt in ſuprecitato loc.*) & *Tapia in loco ſupradicto.*

7 Sed ſi cenſetur approbatæ noſtrę Conſuetudines Neapolis per dictum *Ritum* 22. prꝛterquã loquentes de iure cõgrui, adde *de Marinis cit.c.* 55. *nu.*4. *de Franch.cit. dec.nu.*4.*Vrſil.ad Affl.deciſ.*310.*n.*13.*concl. ſeptima, Oliuã in dicto ritu numer.*4. & *Cãpanil.*& *Tapiam ubi ſupra,num.*67. & *Thorum par.prima,in uerbo clericus*, & *in part.*3.*fol.*165. &nouiſſimè *Do. Regium Conſiliariũ Andram Prouenzalem,*Aduocatum, olim famigeratiſſimũ,ac maritimæ iuriſdictonis Iudicem in ſuis *obſerationib. ſuper noſtris Conſuetudinib.in Obſeruat. uigeſima. num.*22. *Regentem Sanfeliciun deciſ.*188.*num.*16, *Reu. Patrem Molfeſiũ part.ſeptima,queſt.*15. *num.*6. *Caput.loco ſupra citato uerſ.*3.

Extra diſtrictum, & Diœceſim clericus iure congrui poteſt conueniri,& cõuenire, *Dom.de Ratha dict.conſ.*42.Quid in Sacerdote emente domum de pecunia relicta
8 pro miſſa celebranda, vide *Napodanum in dicta Conſuetud.ſi Eccleſia, num.* 76. *de Bottis in apoſtil.ibidem,* quæ incipit, *Afflict.hic,* quid confectione inuentarij *Ric. in collectan.*718.& 54. ubi de aliis dixi in *addi.ad ult.*§.*notab.*2.

SVMMARIVM.

1 *Bona uectauricaria,& ſimilia an ſubiaceãt iuri congrui.*

1 AD *verſ.ſubſequenter quæro an ſi ſtauritarij* ubi concluditur, non cenſeri bona Eccleſiaſtica, & in eis habere locum, ius congrui,ut tenet etiam *Napod.in gloſ. Eccleſia,in conſuet.ſi Eccleſia, nu.* 74. *in fine.* licet cõtrarium diſputando,quia ſunt

res

Digitized by Google

res pauperum, quæ uti res Eccleſiæ ſunt *Tiraquel. de priuileg. piarum, in præfat. fol. 3. verſ. item, Dom. Epiſcopus Riccius in additione ad priuilegium 63. eiuſdem Tiraquell. fol. mihi 86. in noua impreſſione*, & habetur 12. *quæſt. 2. cap. conceſſio*, & 16. *quæſt. 1. cap. conſtit.* tamen nota, quod hoc fallit in ſtauritis Eccleſiarum conſtitutis nomine Epiſcoporum, & auctoritate eorum, ut habetur in *apoſtilla poſita poſt conſuetudine ſi Eccleſia emat*, quæ incipit, *Nota quia, &c.* adde etiam *apoſtillam eiusdem Afflict. poſt ſecundum tomum Dom. Donati Antonii de Marinis* impreſſam, quæ incipit, *Quoniam hic, fol. mihi 716.* & *Regen. Capyc. Latr. in deciſ. 95.* ubi an ſubjaciant conſuetudini laicorum eorum bona, & *num. 5.* ait, quod dum reguntur per laicos, dicta bona non ſunt Eccleſiaſtica, ubi noviſſima *addit. ad d. dec. Dom. Regent. Capyc.*, & ſi erecta auctoritate Epiſcopi ſit, an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, de quo apud *Dom. Reg. ac. Præſ. S. C. Merlin. cap. 65. controuerſ. foren. cent. 1. citatum ab eod. in ſupra cit. addit. ad dict. dec. Dom. Regent. Capyc. numer. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Vicinus an poſſit petere ius congrui, quia columnæ ſunt affixæ domui ſuæ.*
2 *Res urbana licet trahat ruſticam, totum è contra.*
3 *Legata domo, an veniat hortus ei conjunctus, ſeù viridarium.*
4 *Hortus quando aſſumit qualitatem domus qui ei unitus, & cedit ei, an trahat eam, & quando viridarium intelligatur paratum ad uſum domus.*
5 *Vicinus, an cogi poſſit ad vendendum pro ampliatione viridarii.*
6 *Vicinus conjunctus habens hortum, an trahat ad ſe domum, quam uult vendere alius vicinus exiſtente alio vicino conjuncto.*
7 *Vicinus ex parte rei urbanæ, an præferatur in horto contiguo, & trahat ad ſe ruſticum minus dignum, & quid fuerit deciſum num. 8.*

AD *verſ.* ſubſequentèr quæro videas *Napodan. in G.* vel aliam rem in prima conſuetudine *eod. tit.* ubi quærit ſi vicinus poſſit petere ius congrui, quia columnæ, vel ſtatuæ marmoreæ ſunt affixæ domui ſuæ, ubi ait, quod non per earum conjunctionē; ſed ſolum per conjunctionem domorum ubi ſitæ ſunt, de quibus ſupra ad 3. *not. in verſ. ſed an quis ubi adnotauimus.*

2 Ad id, quod ait *Afflict.* incidenter poſt hanc quæſtionem ſupradictam v3. quod res ruſtica non trahit ad ſe Vrbanum, iuxta *text. in l. feudi*, & ſic vendens quis rem urbanam puta domum conjunctam cum horto, tunc præfertur conjunctus vicinus, qui habet rem urbanam conjunctam cum urbana, trahens ad ſe etiam hortum, cum majus dignum trahit ad ſe minus, pro quibus videas eundem noſtrum *Affl.* referentem bis fuiſſe deciſum in *dec. 223.* quam deciſionem eſſe intelligendam inquit *Vrſil.* ibidem in ejus additione, & *Camill. Saler. in apoſtil. quæ incipit ultrà præfata, fol. mihi 326.* ad d. primam conſuetudinem allegantes *conſ. 10. de Amicis 1. in 3. dubio*, nam non exiſtente alio vicino cum dicta re urbana conjūcta, ille vicinus alter conjunctus cum re ruſtica præfertur, ità *Vrſill. & alii allegati in ead. addit. Grat. diſcept. forenſ. cap. 896. n. fin.* & quādo domo vendita veniat hortus, *Dec. in conſ. 109. protenui Socc. conſ. 6. uol. 1. Pariſ. conſ. 70. hortus uol. 2.* & vendita domo quando veniat viridarium videas *Grat. diſcept. forenſ. in cit. cap. 896. num. 26. 27.* & ſi legata domo venit hortus ei conjunctus, videas *Verall. deciſ. 362. par. 3. text. in l. prædis, §. fin. ff. de legat. 3.* & an veniant apotecæ, *Mailianus dec. Auenio 92.* & *Dom. Reg. Io: Franciſ. Sanfelic. in deciſ. 171.*

4 Et quando hortus aſſumit qualitatem domus, qui unitur ei, & quando cedit ei *Bened. in cap. Raynuntius in verbo hortum num. 16.* & quæ debent cōcurrere, ut in vendita domo veniat hortus eundem *Grat. in præcit. diſputatione cap. 890. numer. 28.* ubi etiam quando viridarium intelligatur paratum ad uſum domus, allegat inter cæteros *Affl.* noſtrum, & *Vrſill. ibidem præcit. deciſ. 223. Cepollam de ſeruit. urb. præd. cap. 72. num. 2. 3. tomo 6. par. 2. fol. 207.*

5 Et pro ampliatione viridarii poſſit quis cogi ad vendendum, videas eundem *Grat. cit. loco num. 31.* etiam favore Eccleſiæ poteſt quis cogi ad vendendum, idem in *diſput. for. cap. 742. nu. 28.* & ſupra in rubrica dictum eſt in cauſa Monaſterii divæ Mariæ de Angelis extrà menia.

5 Quid in vicino conjūcto habente hortum, an trahat ſe domum, quam uult vendere unus vicinus exiſtente alio vicino conjuncto ex parte domus venditæ, videas conſuetudinem noſtram in principio, ubi permictitur, & datur ius cōgrui habēdi fundū, vel terram vicinam rei venditæ, licet *apoſtil. Dom. Ant. de Alex. in conſuet. 1. tit. eod. incipiente per hanc fol. mihi 329. lit. A.* ubi quomodo intelligatur *gloſ. Napod.* refert fuiſſe deciſum in S. C. quod vicinus ex parte horti trahat ad ſe hortum tantum, & non domum, quod eſt contra id, quod ſupradictum eſt v 3. quod vicinus ex parte rei urbanæ

Digitized by Google

banæ, ſcilicet præferatur etiam in horto, & trahat etiam ad ſe ruſticum minus dignum ſe cluſo vicino ex parte horti, nota nam de anno 1626. per S.C. in cauſa Regii Conſiliarii Octavii de Piccolellis fuit deciſum contra *apoſt. de Alex. ſupr. cit.* & fuit abſolutus dictus Magnificus Dominus Conſillarius poſſeſſor domus, ac conuentus, iure congrui de pomario tantum ab alio vicino, quod pomarium erat annexum domui ſuæ, & vicinus ipſe intendebat ſolum pomarium retrahere; vt reperies pænes actuarium Borrellum olim ad preſens de Martinis eandem refert Do. *Reg. meritiſſimus lo: Franc. Sanſelicius citata deciſ.* 171. *par.* 2. *ſupra citata.*

SVMMARIVM.

1 *Res ſi ſit communis, vel individua quando agitur in re congrui non conſideratur, refertur deciſio, nu.* 2.
3 *Res communis an poſſit dici mea.*
4 *Rei appellatione, an intelligatur reſpectu totius.*
5 *Coheredes compoſſidentes, an præferantur in licitatione unius partis rei venditæ ad inſtantiam creditorum.*
6 *Ius congrui, an vigeat quando res vendita eſſet iuxtà murum communem, ſi illud habebat ratione partis ad totam rem.*
7 *Si unus vellet reemere portionem ſuam, quando quis à duobus emit rem communem cum pacto de retrovendendo.*

AD quartum notabile ibi ſi agatur iure congrui non conſideratur, ſi res ſit com-
1 munis, vel indiviſa, *ut in tex. hìc ibi* (indiviſam) ubi plurimis argumentis *Affl.* hoc etiam confirmat, & non eſt dubitandum in hoc, dum *tex. conſtit.* ait hoc, cui adde *Capicium in dec.* 42. *& add. Manſuli ad eund. & in dec.* 36. *eiuſd. Guid. Papa in dec.* 602. *& in ſingul.* 780. *& in conſ.* 96. *in fine, Dom. de Franch. in dec.* 550. *in cauſa Pompei Paſcalis*, qui meus annus maternus fuit, cujus anima requieſcat in cœlis, *Anna. de Alex in apoſtil. incipiente, fuit quæſitum* poſita ſuper conſuetudine ſi quis habet *eod. tit.* in qua hoc idem diſponitur *Collutium Coppulam in apoſtil. incipiente, quid autem, fol.*
2 324. *& ſeq.* ubi ſic deciſum refert ſua tempeſtate in S. R. C. in cauſa Comitis Muri cum illis de Villamari, & eſſe menti tenendum; & cum eis *Affl.* noſter hìc, de quo videas apud *Gratianum diſcept. forenſ. præcitato, capite* 742. circa finem, & dicemus in *add. infra in ultimo notabili in verſ. quid ſi indiuiſibilis.*
3 An verò res communis poteſt dici mea, videas *Dec. in regula quod noſtrum* 4. qui refert hoc idem tenere *Napod. in conſuet.* 1. *in gl. alicuius nu.* 27. *Benedell. n.* 37. *hic in princ. conſt.* & an id quod eſt commune dicatur meum *gloſ. ſup. cit.* dicit, quod quicquid eſt commune dicatur meum largo modo, non verò propriè, quam *gloſ.* ſequitur *Bart. in l. ſerui electione, ff. de legat.* 1. §. 1. *in fine*, moventur *Gl. & Bart. ex mente tex. in l. illud, ff. de ritu nuptiarum*, & ità apud *Decium concluditur in nu.* 2. *verſ. & concludendo*, ubi appellatione rei eſſe intelligendum totius rei, imò quamvis, aliquid reperiretur in caſibus ſpecialibus, pro particula-
4 ri ratione, in materia favorabili, meum dicitur, quod mihi debetur, *Grat. diſcep. for. cap.* 423. *num.* 39. & ſi in licitatione unius partis ad inſtantiam creditoris præferan-
5 tur cohæredes compoſſidentes extraneo emptori poſt venditionem perfectam, videas *dec. D. Reg. Sanſel. nouitèr impreſſam* 207. *par.* 2.
6 Et an ſi res vendita exiſtat iuxtà murũ communem, ſi habeo ego ius congrui, ratione partis muri ad totam rem principalem, videas *Grat. in eiſd. diſput. for. cap.* 874. *nu.* 23. 24. & quod mihi commune eſt altero, meum eſt *text. eſt in l. pupillus, §. qui cum altero, ff. de verb. ſignificat. l. cum ſuæ*, ubi *Bart. ff. de leg.* 30. *uulgata, l. quod noſtrum, & alia apud Betrach. in ſuo ampliſſimo repertorio, in verb. meum, verſ.* 7. ſed inodioſis ſis ſecus eſt; *Decium videas in ead. regula Gl. & eund. Bart. in §. liter. num.* 2. *inſtitut. de ger. diuiſ. eundem Decium in conſ.* 296. *&* 98. *Anchara conſ.* 160.
7 Sed quæras ſi quis à duobus emit rem communem cum pacto redimendi, & unus tantum uult de dicta re reemere portionem ſuam; quid iuris, videas de *Anna in ſingulari* 162. ubi allegat *text. in l. quid autẽ, §. fin. ff. de in diem adjectione*, & quid in fiſco habenti rem communem cum privato, adde *Reg. Ful. Conſt. in comment. ſuper trib. libris, C. de vend. rerum fiſcal. lib.* 10. *num.* 4. ubi quid in fiſco, etiam quærit habenti rem feudalem, communem cum privato, *num.* 58. idem, & ſi tenetur fiſcus requirere privatum, quando uult vendere, & ſi erit præferendus, volens emere idem *Reg. Conſtantius nu.* 69. *verſ. denique loc. ſupra cit. Reg. Conſiliarius D. Ferdinandus Arias de Meſa var. reſol.* 65. *lib.* 2. *per totam ſupra allato in in rubr. in verſ. fiſcus in princ. & Io: Guttier. pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 165. *Io: Caſtril. quotid. controverſ. iuris cap.* 74. *nu.* 26. *de Marſilia ſingul.* 441. *Reg. Capyc. Latrum nouiſſimè in dec.* 28. 1. *par. num.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Socius an poſſit reficere domum inuito ſocio.*
2 *Socius poſt diuiſionem rei communis poteſt compellere ſocium ad contribuendum in expenſis, & ſic de ſimilibus.*
3 *Vicini compelluntur ad contribuendum pro ampliatione ſtatutarum, & ſimilium, & referuntur caſus occurſi.*
4 *Socius qui non contribuit in refectione partis per lapſum temporis præfixi priuatur dominio illius.*
5 *Foris ſit an teneatur contribuere in conſtructione murorum Ciuitatis dum habet bona extra Ciuitatem.*
6 *Conſenſus Epiſcopi, an requiratur in refectione Monaſterii, & ſi eo inuito poſſit refici eo, quia ſine tali licentia conſtrui non poteſt ex bulla S. P. & an procedat in Regno circa refectionem Turrium collapſarum num. 7. & obſeruantia refertur num. 8.*
9 *Reficere quid ſignificet.*
10 *Refectio an includatur in ſtatuto prohibente edificare.*
11 *Pecuniam dantes pro refectione rei, præferuntur aliis creditoribus.*

1 AD id, quod *Affl.* ait, quod inuito ſocio alter conſocius poteſt reficere domum iuxta *tex. allatum in l. ſi vt proponas*, &c. adde quod reficere non eſt de nouo rē facere, *Gloſ. in l. 1. §. penult. ff. de mortuo inferendo, tex. in cap. conſuluit de iudeis, l. finali*, C. *de mortuo inferendo*, & *tex. in d. c. conſuluit*, & *in cap. eum acceſſiſſes de conſtitut. col. vlt. cap. de monacis*, ubi *gloſ. 18. q. 2* videas etiam apud *Vrſill. in deciſ. Affl. 83. in fine*, & *apoſtillam Angeli Piſanelli poſitam in titulo de collat. expenſarum*, incipientem *ſed pone*, ubi habetur, quod ſi duo ſocii di-
2 uiſerunt rem communem, ſcilicet domum communem, quod vnus poteſt conſtringere alium ad faciendum murum diuiſorium, & ad contribuendum in expenſis illius, imò contradicente compellitur, ità etiam, quando conſtruitur tectum, quia de eo omnes comodum ſentiunt, & vtilitatem percipiunt, tenentur contribuere, ſic etiam omnes de Ciuitate in fonte, vel puteo publico conſtruendo, ſic etiam in cloaca facienda compelluntur omnes contribuere, idem qui ſupra Piſanellus, & habuimus in
3 facto noſtris temporibus in multis caſibus in hac præſenti noſtra Fideliſſima Ciuitate euenis, & præcipuè, in ampliatione ſtatarum Diuæ Luciæ propè mare, pro publica vtilitate, ac voluptate omnium, vbi omnes illi conuicini circū circa fuerunt coacti ad contribuendum prætio taxæ circa demolitionem illius antiquiſſimæ, & pulcherrimæ Domus Illuſtriſſimi Caroli Spinelli, ſic etiam obſeruatum in noua Ianua conſtructa per Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Dominum Proregum Ducem de Alba, quæ nunc Ianua Alba appellatur, ab illo nomen ſumendo, vbi omnes Domini Domorum de cõuicinio fuerunt compulſi ad contribuendum in expenſis, ſic etiam finaliter in conſtructione pontis propè Ianuam oris Chiaiæ tempore Præſidatus Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Comitis Montis Regii, tunc Proregis in hoc Regno, vbi etiam omnes conuicini, & circum circa habitatores fuerunt taxati ad contribuendum iuxtà ratam imo, & pro tali ampliatione cogitur vicinus vendere, iuxtà notata, per *Grat. in diſcept. foren. ſ. cap. 742.* per diſpoſitionem Bullarum P. Pii & P. Gregor. & ſi unus ex ſociis, non vult conferre, & contribuere ſuam portionem pro tali refectione; ſua parte priuetur, ait *Dom. Reg. Reuerterius in apoſtilla immediatè ſequenti*, quæ incipit, qui ſi per *tex. in d. l. ſi proponis*, & *per tex. in l. ſi fratres*, §. *idem*, *ff. præſocio. loc. ſupr. eit.* imò poſt lapſum temporis quatuor mẽſium priuatur dominio ſuæ partis iuxta diſpoſita per *tex. in l. 4. ff. de ædificiis publicis*, *vel priuatis*, *Cepolla cautel. 199. de ſeruit. urbanorum prædiorum*, & *in cautela 59. in ſuis ſingularibus*, *verſ. 60. Aret. inſtit. §. ſequuti tit. eod.* & fuit meo tempore reſeruatum in *S. R. C* in cauſa Marci Antonii Barbilongæ eum hæredibus Reuẽren-
4 di Sacerdotis Domini Andreæ de Lutiis, poſſidentibus domum in Platea Sancti Bartholomei propè Caſtrum Nouum, & Eccleſiam Diuæ Mariæ Montis Serrati Cõmiſſarius fuit Regius Conſiliarius Andreas Prouenzanus, actuarius de Cantone, & vicino ſuccurritur officio Iudicis aduerſus vicinum circa domum minantem ruinam præſtita cautione, *Caualcan. deciſ. 26. de contract.*

5 Forenſis verò an tenetur contribuere in conſtructione murorum Ciuitatis, dum habet poſſeſſiones, & bona extra Ciuitatem, dic, quod non, niſi habeat bona infra dictos muros, de *Anna in ſingulari 221.* & propter domum demolitam pro timore incendii alterius contiguæ domus tenentur vicini contribuere ad pretium domus deſtructæ auctoritas, eſt apud *Bart. in l. 2. ff. ad l. Rodiam de iactu*, & alios citatos, ab addentibus ad *Capicium in deciſ. 27. nu. 6.*

Et quid in refectione Monaſterii, an requiratur conſenſus Epiſcopi, & an eo Inuito poſſit refici videas *Gloſ. ubi ſup.* 18.

Digitized by Google

quæſt.2. & quid in coſtructione ipſius, nàm ſiuè Epiſcopi licentia non poteſt conſtrui imò, nec cùm licentia; nam neceſſe eſt audire alia monaſteria intereſſe habentia, quę ſunt conuicinia, & eorum procuratores iuxta Bullam Clementis Papæ VIII. de qua videas Canonicum Nouarium ſuper eandē
7 Bullam in ſumma bullarum T. *de monaſter. ædificā. per totum*, & *Afflict. in deciſ.* 392. *num.* 12. licentem (hoc non procedere in
* Regno noſtro, ubi turres in demanio fabricatæ, & collapſæ ſine noua licentia reparari non poſſunt) allegat *Bal. d. l. fin. ff.*
8 *ſi quis caut.* & noſtris etiam temporibus videmus in dies, non tam pro nouis ædificiis conſtruendis, verum etiam pro reparatione, ac refectione antiquorum requiri licentiam Regiæ Cameræ, & ſoluitur iuſ ad rationem ducatorum quinque prò centenario de pretio refectionis, facta relatione prius per Tabularium, ſeù expertum, cui fuerit cōmiſſa per *Magnificum* Commiſſarium, v3. per vnum ex Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ, & in hoc ſatis cum rigore proceditur, intellige extra mœnia huius Ciuitatis, tantum, vel propè eius mœnia.

9 Reficere verò quid ſignificat videas Reg. R*ouit. in pragm.* 1. *tit. de ſalario eorum*, qui mictuntur pro ſeruigio Regio *num.* 14. 15. *Afflict. in ſupr. cit. deciſ.* 392. *num.* 12. 14. *Benedel. num.* 39. *ad principium cōſtitutionis in tex. ibi habeat commune agrū, Mangrell. in l. ſi quis riuos. §. ſi de pupillo, de noui operis nunciatione. in verb. quid ſi*, in additione ad *Bart.* & demum per Reg. *de Ponte in tit. de abundantia Ciuitatis in §. 2. num.* 19. *de poteſtate proregia, & in §.* 1. *in tit. de electione officialium num.* 34. 35. Refectio autem, an includatur in ſtatuto prohibente ædificare, & an contra reficien-
10 tem poſſit opponi dè attentatis, ſi nouum opus nuncietur, ei vide *Grat. diſcept. for. in cap.* 84. *Nunciatio num.* 10. 13. & ſi res refecta dicatur eadem, vel alia noua, idem *num.* 17. & nota quod dantes pecuniam pro
11 refectione domus præferuntur aliis creditoribus habentibus antetiorem hypotecam ſuper re ipſa, *tex. in l. interdum, ff. de pignorib.* ſed neceſſe eſt, vt ſpecialiter detur dicta pecunia pro dicta re, reficienda, *Grat. in diſcept. forenſ. in cap.* 670. inter cæteros articulos, v3. (de dante pecunia pro re emenda, &c.)

SVMMAVIVM.

1 *Alienare verbum quid importet, & num.* 7 & 10.
2 *Statutum loquens de alienatione an comprehendat permutationem.*
3 *Prohibitius alienare an poſſit Dominus rei appellari.*
4 *Prohibitus alienare in fideicommiſſo an poterit alienare in vnum de familia licet remotiorem.*
5 *Alienationis appellatione veniunt locationes, & hypotheca.*
6 *Alienatio neceſſaria, non venit appellatione alienationis.*
8 *Prohibita alienatione, an intelligatur prohibita diuiſio.*
9 *Prohibitio alienationis facta minori, an intelligatur de ſtabilibus tantum, & non de mobilibus.*
11 *Legatum facere, & hæredes inſtituere, an intelligatur ſub verbo alienare.*
12 *Alienatio facta alter qui nominare tenetur perſonam in emptione ſubhaſta antequam nomines an teneat, & quod in perſona nominata num.* 13. *deciſio affertur n.* 14.
15 *Venditionis appellatione continetur omnis actus per quem dominium transfertur, et continentur cæteri contractus n.* 16.
17 *Verbum vendere pro contractu venditionis tantum accipitur in pœnalibus quod fallit, quando à Iudice profertur n.* 18. *ſecus ſi à priuato.*
19 *Venditionis appellatione quid veniat.*
20 *Verbum vēditionis ā differat ab alienatione, & quid contineat, & dum mentio ſit de pretio an intelligatur diſtinctum ab alijs numer.* 21
22 *Verbum vendere ſæpè intelligitur poſitum pro eaptione.*
23 *Aliud eſt vendere, & aliud promiſſio de vendendo.*

AD quintum notabile *Affl.* declarat,
1 quid importet verbum alienare, dè quo fit mentio in *tex.* huius noſtræ extrauagantis adde *Dec. in conſ.* 660. *nu.* 8, vbi declarat quid importet hoc verbum alienare *Iſernia in cap.* 1. quibus modis feudum mictatur & *Nigaſant. in locis ſup. cit. in d. Rub. Benedellum ad principium cōſtitutionis in verbo alienare num.* 84. Alienationis appellatione quid veniat videas *Bartach. in verbo alienat. pa.* 1. *linea* 65. & appellatione alienationis, an veniat vſu capio, & præ-
2 ſcriptio, videas *Grat. diſcept. for. cap.* 735. *n.* 16. & ſtatutum loquens de alienatione, an comprehendat permutationem, videas eundem in *cap.* 885. *num.* 10. 12. *cum. ſeq.* pro-
3 hibitus alienare, an nuncupetur Dominus rei *Molina de primogen. Hiſp. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 1. & an poſſit dominium vtile, alienare prohibitus in re transferre: videas eundē *Molin. vbi ſup. in præcit. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 15. & prohibitus alienare ſtante fideicommiſſo; ā

pote-

Digitized by Google

poterit alienare in vnum de familia, etiã
4 remotiorem refert fuisse decisum in S. C. *Io: Bart. de Thoro 1.C. in suo compendio in verbo alienare p. 1. fol. 30. col. 2.* & an veniat locationes, & hypothecæ; sub alienationis
5 appellatione, videas eundẽ *Benedel. loco sup. cit. & Gl. Ant. Caputi in verbo alienare impressã post tract. Rend. de iure proth. & M. A. Bardũ in tractatu eod. ad Bullam Xistinam in §. 4. nu. 8.* vbi per prohibitionem alienationis non venit necessaria alienatio,
6 *Affl. noster in decis. 3. nu. 8. Dec. in regula non alienat. n. 2.* vbi declarat quid importet
7 hoc verbum alienare, & si per eum transferatur dominium, si prohibita alienatione, intelligatur prohibita dluisio, uideas ad-
8 dentes ad *Decium in d. regula, non alienat, in lit. B.* & si possit quis alienare ad sui utilitatem *Masull. in add. ad Capicium in decis. 113. num. 11.* & facta minori, an intelligatur facta prohibitio tantum de stabilibus, &
9 non de mobilibus, *Tesau. in quæst. forens. q. 117. num. 4. in 3. lib.* & præcæteris melius declarat *Antonius Nebrisensis in suo voca-*
10 *bulario in verbo alienare*, vbi quid importet hoc verbum, & quotupliciter sumatur videas *Alciatum in l. alienationis ff. de leg.*
11 & an sub tali verbo comprehendatur legatum non facere, heredesque, non instituere, videas *Cacheran. in decis. pedemont. Dec. 85. n. 3. fol. 97. tex. in l. si quis §. certum, C. de secundis nuptijs*, vbi tenet quod sic, &
12 alienatione facta, ab eo qui nominare tenetur personã in emptione sub hasta, quando fit oblatio prò persona nominanda antequam nominet dictam personam, an valeat, tenet affirmatiuè *Ric. in collect. 520. per tex in l. sciendum, C. de contrab. empt. & vend.* qui refert alias *decis.* sed quid si nominata, iam persona. v3. Titius si Titius deinde vendit rem illam Sempronio; antequam caperet possessionẽ ipsius, rei si potest dici d. Titium possedisse rem illam, ac fuisse in eius bonis, ac de bonis. Nota, quod in facti contingentia, in M.C.V. ãno 1634. in causa Iulij Rummi mei carissimi Patris, cum Be-
† lardino Lombardo, tertio possessore cuiusdam Domus in iudicio deductæ per dictũ meum Patrem sitæ extra Ianuam fori magni huius Ciuitatis super quam fuit præstita assistentia ad instantiam d. Iulij vti Creditoris Io: Belardini Gargani ex causa publici Instrumenti rescissi, & literatum executorialium M. C. quæ domus fuit antea subhastata ad instantiam dicti Io: Belardini Gargani; vti Creditoris Nuncij Pianelli, & per oblationem factam à Ioanne Camillo de Iulianis ad extinctum candelę pro persona nominanda ab eo ei remanserat dicta domus, qui postea nominauit eundem Garganum Creditorem qui Garganus, non post multos dies nulla capta possessione d. Domus illam vendidit dicto Lombardo mediante istrumento venditionis, & dictus Lombardus ã p ossidebat, qui vti tertius possessor eiusdem fuit conuentus à dicto Iulio, & conpilato processu, iam obtinuit assistentiã super dictam domum, cum ab indicatione, ac facultate vendendi, aduersus quam prò parte dicti Lombardi conuenti fuit dictum de nullitate, & inter cæteras, fuit nam dicebatur prò parte dicti Lombardi conuenti dictam sententiam esse nullam, & ! primò contra expressum casum, *tex. l. & quæ non dum, §. quod dicitur, ff. de pignor.* vbi habetur creditorem teneri probare extremã, scilicet rem fuisse in bonis, ac de bonis sui debitoris, ac per eum possessam, quę nullitates licet per eandem M.C. ad relationem olim Camilli de Ratta doctissimi viri Iudicis tam in Ciuilibus, quam in Criminalibus, fuit dictum obstare nullitates, 'tamen pro parte dicti mei genitoris, à decreto prædicto fuit appellatum ad S.C. & per viã grauaminis porrectis Pręcibus Pręsid. S. C. & abtenta Regia Decretatione quod M.C. V. verbum faciat in S. C. factoque verbo, & relatione audita, per S.C. fuit remissa causa eid. M. C. V. ut prouideret non obstare nullitates, & sic beneficium dicti Iulij, à quo Decreto S.R.C. sentiẽs grauatus dictus Lombardus conuentus obtinuit, à dicto Domino Presidente, ut M. C. faciat uerbũ in eod. S.C. quò facto fuit dictum bene fuisse prouisum per S. C. sub die, &c. & facto sterum verbo fuit dictum per eundem S.C. stare in decisis, & proinde M. C. suum exequatur decretum, quod fuit exequtum ad beneficium dicti mei Patris uti creditoris, ut supra, & pro eius credito, tam tertiarum ; quam capitalis fuit adiudicata dicta domus

Et ad *tex. in l. & quæ non dum, §. quod dicitur*, fuit responsum limitari, quando assistentia fuit petita contra tertium possessorem, qui habet immediatè causam ab eod. debitore, quia tunc non est necesse probare rem fuisse in bonis, huius communis debitoris, *èx Bart. auctoritate in l. de rebus, C. de donationib. propter nupt. & per Salyc. in l. cum res vers. quæro nunc, C. si res alienata pigno. data sit, Bertand. cons. 1. num. 68. vol. 1* quos citat *Reg. Scip. Rouit. super pag. 1. de assistentia num. 7. uers. limita tamen*, imò *Gl. in d. §. de reb. in uerbo specialiter*; ait, quod non tenetur probare creditorem fuisse, in bonis debitoris tempore quò se obligauit quando adest obligatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, sicut est, stilus notariorum in fine instrumenti pro obseruantia contractus, obligationem

Digitized by Google

talem ponere, ibi *prò quibus omnibus obſeruandis, &c.*

Verum dictus Lombardus conuentus nõ acquieuit Decretis M.C.ac S.R.C. ſea
10 appellatione interpoſita tranſmiſſaq; copia actorum M.C.ad S.R.C. datoque termino in dicta cauſa ſecundæ inſtantię ad non poſita ponendum, &c.& compilato proceſſu, ad relationem tunc Regij Conſil. Andreæ Marcheſij Præſidentis, poſtea creati S.R.C. in anno 1645. I.C. inſignis, ac feudalium legum lectoris in publico Gymnaſio, commiſſarij in hac ſecunda inſtantia, fuit lata ſententia per eundem S.C. bene fuiſſe iudicatum per M.C.V.& male fuiſſe appellatũ pro parte Belardini Lombardi, & ad beneficium, dicti mei genitoris fuit confirmata ſententia M.C, aſſiſtentię ſuper dicta domo ex rationibus,& doctrinis ſupra allatis, & hoc in aula Reg. Sanfeliçij tunc Regij Conſil. dum in ea reſidebat in capite Do. Conſ. Varela propter abſentiam illius, actuarius in M.C.V. fuit Antonius Lucina vir nemini ſecundus çirca ſui officij adminiſtrationem, Auunculus meus, & in S.C. Act. fuit Figliola, ſcriba cauſæ Antonius Figliola.

15 Venditionis appellatione continetur omnis actus per quem dominium transfertur *text.in l.ſicut.§.venditionis*, ubi *Bart. num.1.ff.quib.mod.pig.uel hypot.ſoluitur*, & appellatione ipſius continentur cæteri contractus, ait *text.in l.ſtatu liberi, §.5.ff.de ſtatu liberi*, tamen pro contractu venditionis tantum eſſe accipiendum verbum illud vẽdere in pœnalibus, inquit *Bart. in l. qui*
17 *duob.ff.de falſis, ità ſpecul.in tit. de emp.& uend.§.nunc dicendum uerſ.ſed ponè*, ſic fallit quando profertur à Iudice, ut in *l.ſi pu-*
18 *pill.§.ſi prætor.ff.de reb.eorum, qui ſub cura*; & habetur per *Alex.in l.1.C.de uſucap. pro emptore*, ſecus ſi à privato, ut in *d.§. quintus*, quæ veniunt appellatione venditionis, videas *Bald.in cap.1.de controuerſ. inter Dominum, & emphit. Gl.in l.fin.C. de*
19 *prædiis curialibus lib.* 10. notatur etiam per *Alex. in l.fin. C. de reb. alienis non alienandis, & in d.l.1.C.ſi aduerſ.tranſact.& in l.alienat.ff. de verbor.ſignificat. Bart. & in mol.in l.filius familias, §.diui ff. de leg.1. Bald. in conſ. incipienti quidam habuit uxorem, & in conſ.345.Rota in conſ.280. &* 393.

20 An vero differat ab alienatione verbum venditio, videas *Moli. in tract. de primog. Hyſpanor.par.4. lib.4. cap.5. num.17.* imo plus dicit, quod verbum hoc in diſpoſitione exorbitanti, atque ſtricti iuris, omnem actum alienationis comprehendit, *num.16.* ſed propter communem uſum loquendi, quod ſemper attenditur juxtà *tex. in l. habeo ff.de ſuppel.legata, & l.liberorum, ff.de verbor. & rer.ſignif. & cap.ex literis de ſpõſalib.* capitur hoc verbum; uti ſpecies diſtincta à cæteris contractibus, *Bald.in l.1.C.de uſucap.* ibique *Alex.* & ideò ubi mentio fit de pretio ibidem eſt intelligendum de ſpeciali contractu emptionis, & venditionis, *l.fin.C.de prædiis decurio. lib.*10. eſtque unum de requiſitis in tali contractu, ſicut res, & conſenſus ità *Grat. diſcep. for. cap.* 500.*num.*14.15.& *cap.*509.*num.*4. & *cap.* 545.*num.*46.

21 Dum autem in hac conſtitutione fit mentio de prætio, intelligitur diſtinctum à permutatione, tranſactione, & ceſſione ità *Specul.de ceſſ.actio.§.1.verſ.idem quæritur*, & à contractu donationis, ità *Rendella in tractatu eodem, in verbo venditio in princ.* ex auctoritate Andreæ de Barulo, ubi ait conſtitutionem loquentem de contractu venditionis ſtrictè eſſe de eo intelligendam tantum.

22 Nota quod tale verbum vendere ſæpè in iure invenitur poſitum pro emptione, & è contra, ut in *l.veteres, ff.de contrab.empt. & vend.* & nota quod aliud eſt vendere, aliud promiſſio vendendi, de quo apud *Viſillum ad Affl.in dec.*240.*num.*19.20. & *in dec.*61.& 163. & an promiſſio de vendendo
23 trahitur ad illum, cui fuit promiſſum, ut teneatur ad emendum, idem *Grat. diſcep. for.cap.*740. *num.*37.38.

SVMMARIVM.

1 *Venditio perfecta quando dicatur.*
2 *Ius congrui, ut locum habeat ſufficit emptorem poſſidere rem ſimpliciter, nam de dominio non quærendum.*
3 *Ius congrui an peti poſſit ab eo, qui non eſt verus Dominus, & quando intelligatur, & limitatur ſuccedente ratificatione infra tẽpus petendi num.4. & quid inneſciente ſi ſit Dominus, vel ne, num.5.*
6 *Declaratio bullæ iuris congrui quando intelligatur de Dominis.*
7 *Retrahens rem venditam iure congrui an teneatur oſtendere dominium, vel poſſeſſionem.*
8 *Dominium an transferatur quando fuit habita fides de pretio, ut locum habeat ius congrui.*
9 *Actio iuris congrui eſt perſonalis in rem ſcripta.*

1 AD feſtum notabile, & præcipuè ad id, quod venditio perfecta dicatur, quando concurrunt pretium, conſenſus, & res, pro quibus videas *Gomezium variar.reſolut.tom.2.cap.2.tit.de empt. & vendit.num.*

1.&

Digitized by Google

1. & quando propriè dicatur venditio perfecta *Afflict. in dec.* 389. *nu.* 5. 6. & *dec.* 68.

2 Ad id, quod ait *Afflict.* v3. ad hoc vt ius congrui habeat locum ſufficere emptorem poſſidere rem ſimpliciter, nec de eius dominio eſt quærendum, prò quo videas *Piſanell, in add. ad conſuet ud.* 1. *tit. eod.* quę incip. *d. additio aduerte fol. mihi eſt* 324. Imo ſciens vicinus, quod non eſt verus dominus ille qui vendit rem; tunc etiam

3 poteſt petere ius congrui, & ſi ſecus faceret, ſibi ipſi præiudicaret, propter contumaciam vẽditionis, eo quod emptor vſu caperet dictam rem venditã iuxta, *tex. in l. exempto, ff. de actionib. empti*, & tempus defluereț, ita vt volẽs petere; poſtea amplius non audiretur.

Sed *Stephanus de Caeta* melius diſtinguẽdo in præcedenti apoſtilla eiuſdem conſuetudinis incipiente *ſi requiratur*, ait quod ſciens vicinus venditorem, non eſſe verum dominum rei venditæ, vt tunc non teneatur

4 petere iſtud ius, niſi infra tempus, quod currit à die ſecundi contractus ratificationis factæ per verum Dominum, & per conſenſum ipſius, nam antea quò ad rem emptio minimè dicebatur *tex. in l. rem alienam, ff. de contrab. ẽpt. & vend.* quid verò in neſciẽ-

5 te ſi ſit, vel ne verus dominus, videas *Napod. in Glo. alicuius, num.* 30. in citata eadem conſuetudine, nam ſufficit volenti retrahere; vicini poſſeſſio, ut ex eadem extravaganti colligitur, & ex conſuetudine, etiam noſtra, licet actus poſſeſſionis nullo modo trãsfertur ex cõtractu nullo *DD. in l.* 1. *§. utr. vxori, ff. de acq. poſſeſſ. Bar. in l. ſi quis in* 1. *col. verſ. ſed DD. omnes, C. locati Bardus ſuper Bulla Xiſtina in §.* 7. *nu.* 3 vbi quærit,

6 quod dum *tex.* illius Bullæ loquitur de dominis, & de habentibus domos, ibi (*quo fit, vt ipſi domorum Clauſtrorum, & ſedimium, ſeu aliorum vicinorum Domini*) de quibus dominis intelligatur, & *in §.* 4.

7 *nu.* 7. idem *Bard.* qui loquitur in retrahente, an ſcilicet teneatur oſtendere dominium, reale ſuæ domus, inquit ſufficere poſſeſſionem ipſius habere, ita & tenet *Benedel. in cod. tr. in Rub. num.* 44. 45. *ſol. mihi eſt* 7. & an volenti agere, ſeù petenti Ius cõgrui ſufficere poſſeſſionem ex allatis per *V. de Franch. in dec.* 242. licet ibi dubitabatur circa poſſeſſionem illius agentis Iure congrui, ex eo quod erat in mala fide, deinde effectus

8 bonæ fidei poſſeſſor, ſed *Afflict. in dec.* 338. vbi quærit ſi trãsfertur dominum quando fuit habita fides de pretio, & dicit quod non *Gizzarell. deciſ.* 39. ideoque non eſſe locum Iuri cõgruo dubitabatur; & tamen habuit locum Ius congrui, quia ſufficit ex parte emẽtis ſola poſſeſſio., eo magis, quod actio hęc, quę datur prò tali Iure congrui eſt perſonalis in rem ſcriptam quę afficit

9 quemlibet poſſeſſorem, ita ait *Napod. in conſuetud.* 1. *tit. de iure congrui in verbo emit*, & *Vrſil. ad Afflict. in decis.* 338. *nu.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui an vigeat ſi Arræ date ſint,*
2 *Arra quæ nam ſi, & differt à pignore nu.* 3. *& eſſe nomen ſinonimum, nu.* 4.
5 *Arræ quando dantur, an cenſeantur datæ pro parte prætii: ita vt impedit diſtractura*
6 *Arræ quando dantur pro parte prætii an faciant ceſſare rem integram, quod ſecus ſi non darentur pro parte pretii.*
7 *Arra an exigatur, & amittatur in quemcumque contractum.*
8 *Statutum dictans, vt Arra exigatur, & per eius dationem contractus perfectus redditur.*
9 *Quando licitum ſit à contractu diſcedere, & an detur repetitio.*
10 *Conſuet. Neap. circa Arras memoratur.*
11 *Stipulatio ſola cum conſtituto, & præcario an ſufficiat ad corroborandum contractum, & deciſiones adducuntur, n.* 12.
13 *Poſſeſſio ſi vilis tantum tranſfertur per cõſtitutum, & præcarium, & vt tranſferatur dominium quid requiratur, declaratur.*
14 *Dominium an tranſferatur ex clauſula illis cum iuribus, & actionibus.*
15 *Res ſtabilis pro Arra an dari poſſit.*
16 *Arra quando redditur dupliçata, & quando emptor poteſt expoſcere implementum contractus.*
17 *Dominium an tranſferatur habita fide de pretio.*
18 *Fides de pretio, quando dicatur.*

1 AD tertium quæritur, quid ſi Arrę datæ ſunt, an habeat locum ius congrui, diſtinguit *Affl.* cui adde, quod Arra eſt illa, quæ datur inſignium emptionis, & venditionis contractæ, nam propriè Arra dicitur, quæ datur in emptionis con-

2 tractu, licet non perficiat contractum, per *tex. in l. quod ſepè, ff. de contrab. empt. & vend. Napod. in conſuet.* 1. *tit. de contrah. empt. in verbo Arra per Gloſ.* 1. *d. l. ſepè ibidem Bald. in num.* 1. vbi ait eſſe probationem veræ emptionis, *Gomez. var. reſol. c.* 2. *nu.* 2. *tit. eod. de empt. & vend. num.* 18. diff-

3 ert à pignore Arra, & aiunt DD. & refert. *D. Baldui. in tract. de pignorib. cap.* 1. *fol.* 355. *mihi impreſſ. poſt tractatum Nigoſ. de pignorib.* eſſeque vocem hebraicam inquit quam vis in Sacr. Scr. pro pignore accipiatur, ut in *Geneſ.* 38. 39. circa finem, ſed *Bal.*

in

Digitized by Google

in l.unica n.3.C.ſi rector prouinciæ, ait eſſe ſynonima, & ita inquit *Napod. loco ſup.*
4 *cit.num.4.*& in quibus differunt à pœnis, videas eundem *Bald. in l. mulier num. 5. C. de ſponſal.* & quando dantur iſtę Arræ an
5 cenſentur datæ pro parte pretij, ita vt impediant diſtractum, videas *Bal. in l. 2.ibidē Gl. in verbo recuperari, C. quando liceat ab emp.diſcedere, Bar. in l. ab emptione, Gl.de pactis idē Bal.in l.contract. verſ.deinde venio C. de fide inſtrumentorum, eundē Bal.in l.ſi fundus num.4.ff.de lege commiſſo*, & ſi dentur prò parte pretij an faciunt ceſ-
6 ſare, ac definire, rem eſſe integram, & cōſequenter denotare emptionem, ait idem *Bart.& Abb.in conſ.67.in 2. dubio vol.* 1.& ſi impedit diſtractum videas *Bertachi.in repertorio in verbo Arra data linea 52.& quà actione petatur Arra ſpecu.§.5. linea finali, C.quando liceat ab empt.diſcedere, Bart.in l.ab empt.num.1.& 5.ff.de pactis*, at ſecus ſi non daretur pro parte pretij, vt ait *Affl.* hìc imò ſi dantur pro parte pretij faciunt rem non eſſe integram, & neque conſenſu poteſt recedi à contractu, *Iaſon. in d. l. ab empt.num.45.Bal.conſ.414.Boer.dec.48.nu.*
7 *15.16.* Arra an exigatur, & amittatur in quocumque contractu iuxta legis diſpoſitionem; ſicut in venditione, an in alijs contractibus, & quid dictante ſtatuto, vt
8 Arra exigatur, an per eius donationem contractus redditur perfectus, ita ut nemo ex contrahentibus poterit, ab eo diſcedere, licet emptor velit Arram amittere, ſeu venditor eam reddere duplicatam videas de hoc *Grat. diſcept. forēſ. in cap. 748. num.* 23.24.v3. in contractu vltrò citroque obligatorio quando ſufficiat, ut quis ex parte ſua adimpleta ad hoc,ut alius ſit conſtitutus in mora abſque interpellatione, & quando licitum ſit pœnitere,& à contractu diſcedere
9 & quando detur repetitio eius quod datum eſt. Videas eundem *Grat.in cap. 307.num.* 36.37.*de his omnibus*
10 In hac alma, & fideliſſima Ciuitate noſtra adeſt conſuetudo redapta in ſcriptis ſub *tit. de contrab. empt. ſup. cit.* ubi ſi datur Arra ſimpliciter,& non pro parte pretij contractus perficitur,& ad diſtractum peruenìri minimè poteſt, & quæ requirantur ad hoc, ut contractus dicatur perfectus, ut valeat, & teneat, & ſi Arra ſit unum de requiſitis, videas *Napod. in verbo Arra nu.3.* & an
11 ſufficiat ſola ſtipulatio cum conſtituto, & præcario ad corroborandum contractum emptionis, & uenditionis tantum; ultra requiſita poſita per *Napod. vbi ſup.* uideas remiſſiuè apud *Vrſill. in add. ad Affl. in deciſ.* 275. *circa finem*, ubi refert binas deciſiones S.C.& in alia *dec.*299. *Napod. in verbo tradita in ead.cōſuetudine ſup. c... num.7.* tenet quod per ſolum conſtitutum trāsfertur tantum ciuilis poſſeſſio in empto-
13 rem & ad hoc ut transferatur naturalis, & dominium acquiratur, neceſſe eſt, ut à venditore habente poteſtatem transferēdi, tradatur res emptori per ſpecificam traditionem, & corporalem rei apprehentionem, *tex. inl.* 1.*ff.de acquir. poſſeſſ.* prò cuius corroboratione videas *Apoſtillam Domini Regentis Villeni* exemplatā in pluribus codicibus, poſitam *ad conſuetudines noſtras* ibidem impreſſam *in tit. de inſtrumentis confectis curiales in conſuetudine inſtrumenta donationum*, ubi ait, quod quando adeſt conſtitutum,& præcarium licet transferatur poſſeſſio, & contractus eſt ualidibus; ceſſat conſuetudo, *inſtrumenta* ſupra citata, ubi requiritur corporalis traditio, tamen tenet idem *dominus Villanus*, quod ubi traditio corporalis requiritur, conſtitutum, & præcarium minimè ſufficiunt, ex *Bard. doctr. in l.Titia circa finem, ff. de verb. obligat.*& hoc ad euitandas fraudes, quæ poſſunt occurrere in ſimilibus contractibus, inquit ipſe hæc illæ, & ad euitandum etiam fraudē, contra congruum, quæ poteſt ſieri & dominio non translato an petatur congruum,& ſi per uerba in inſtrumento adiecta
v3.cum ōnibus iuribus, & actionibus, an
14 intelligatur translatum dominium, uideas allegationem ſollemnem *V. l. D. Anelli de Amat.* Aduocati famigerati, & deindè. Prę ſidentis R.C.S. meritiſſimi impreſſam al: Illu. Domino Marchione Belmontis *Reg. Tapiæ in ſuo C.ius Regni 2.par.tit.de iure prothom.num.156.verſ.2.oppon. &c.*
15 An verò prò Arra poteſt dari res ſtabilis, videas *Bart. in l. quod ſepè*, qui in materia Arrarum ait eſſe videndum *Angelum inſtit. de actionib.§.actionum num.*15.& Arra tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico
16 admictitur, ait *Theſaurus quæſt. for.42. nu.4.verſ. limita 2.lib.* 3. & Arra quando reditur duplicata, & quando emptor poſſit expoſcere adimplementum contractus, videas addentes ad *Salic.in l.contract.ſup.cit. in fine, & Surdum in deciſ. Mantuana* 260.*num.*25.26. *Gomez.var. reſolut. cap.* 2.*tomo* 2.*de empt.& vend.quæſt.* 18.*nu.*18.
17 Ad id, quod habita fide de prætio transferatur dominium, videas *Gl. in l. procurator. in fine de tributoria actione, & §. vendita inſtit.de rerum diuiſ.Bart. in d.l.in Ciuile, & in l. à diuo Pio, §.ſed ſi emptor. ff.de re iudicatæ & in l.ſi procurator, ff.de iure Fiſci Gizzarell.dec.* 59. vbi quærit quando cenſeatur, vt ſit habita fides de prætio, & nouisſimè per addentes ibidem
18 videas *Ang. conſ.44. Nigoſant. de pign.*

Digitized by Google

membro 2.par.n.18,19.& Gl.paris.§.13.Gl. 8.nu.55. Cuar.var.resol.lib.1.cap.7.

SVMMARIVM.

1 *Locus,ubi res sita est potius erit inspiciendus quam locus contractus.*
2 *Ecclesia,quæ emit rem Neap. an gaudeat beneficio consuetudinis,*
3 *Statuta loquentia de feudis, an extendantur ad feuda sita extra Ciuit. Neap.*
4 *Contractus,quando sit extra Ciuitatem,an intelligatur habere relationem ad consuetudinem illius,*
5 *Const. Sancimus ligat bona stabilia tam vicinorum,quam proximorum.*
6 *Contractus omnis regulatur secundum consuetudinem loci.*
7 *Contractus in Ciuitate Auersæ non regulatur sicut Consuet. Neap. & ita decis. num.8.*
9 *Consuetudo contra Principis constitutionem non viget,& decisio affertur nu.10.*
11 *Iudex visitæ an erit Iudex in causa, vel Iudex loci contractus decisio affertur,nu. 12.*
13 *Partes censentur contrahere secundum cõsuetudinem loci.*
14 *Consuetudinem loci,ubi sit contractus inspicitur,*
15 *Consuetudines loci sequente sunt in quibus res sitæ sunt,& ratione ostenditur,*

1 AD vers. item pone,quod in terra Auersæ; adde *Alex. in cons.* 16. & 48. 1, *vol.* quem citat *M. Frecc ia in apostilla, posita post consuetudinem Neapolitanam incipit pupillus sub titulo de integrum restitutione*, vbi(inquiunt)attenditur statutum, illius loci vbi sita est, potiùs quam loci contractus, & ita tenet *Napod.in consuetud. si Ecclesia de iur.cong. num.* 24. ad quæstionem quam ibi facit de Ecclesia extra,
2 quæ emit hic Neapol. vbi tenet, vt etiam gaudet priuilegio illius consuetudinis, si Ecclesia, dicens esse considerandum locum, vbi sitæ sunt possessiones *tex.in auth,ut Ecclesia Romana coll.2.in princ.*ita etiam ait idem *Napod. in Gl. in uerbo gestorum in consuet.* 1. *num.* 21. *coll.fin, tit.de instrumentis confectis per Curiales,& Gl.eiusdem Napod.in 2.consuet.num.* 26. *tit. eod. & in consuet.*1. *num.fin.* Gl.18. *in quibus rebus, locum habeat quarta*, vbi consuetudines,
3 & statuta;loquentia de feudis nõ intelligenda sunt, ac extendenda in feudis sitis extra districtum,& territorium consuetudinis loci, vel statuti, videas *Alex. in consuet. & si testator in* 1.*apostilla,Romanum in cons* 59.
4 & quando contractus, sit extra Ciuitatem si intelligitur, & referatur, ad dispositum per consuetudinem Ciuitatis, vbi res sita est idem *Dom Alex.in apost.*quæ incipit tota ex hac *Gl.in proemio, in §.per quod auctoritas fol.*44.*mihi*, *et Napod. ibidem nu.*335.
5 eo magis quod constitutio nostra Sancimus ligat bona stabilia tam vicinorum, quam consanguineorum, inquit *Rend.in tract.eod. in §. transcurso in num.*21. *fol.*293. *mihi*, quę super eis statuit, & disponit, dum etiã omnes contractus regulantur, secundam consuetudinem loci, vbi res sita, & posita est ita addentes ad *Decium in l. semper in stipulationib. ff.de reg.Iuris in lit.C.in fine;*
7 & ideò contractus initus in Ciuitate Auersana, non regulabitur secundum nostram præsentem constitutionem Sancimus, quia ibi locum non habet,vt dicitur, & ita refert seruatũ atque decisum in S.C. nostro incertus *Auct.in apostilla vlt. posita post d. consuetud. pupillus tit. de rest. in integ.* quę est
8 sine *Auctore*.in causa Magnifici Hieronymi de fundo cum Armelluccio Vicedomini, & fratribus in Anno 1555.Act.Coppola olim Palomba hanc, etiam refert *De Amato in cons.*48.*uol.*1.*quem citat. Dom. Ep. Riccius in sæpius citata coll.*2300.*par.*6.contrarium tenens idem *Præs. Anellus de Amato in sua sollemnissa allegatione impressa apud Reg. Carolum Tapiam in C.Ius Regni 4. par.tit. de Iure prothomis. à nu,*13. *usque ad* 38.*qui in num.* 155. conatur inter alias rationes fundare non vigere consuetudinem contra
9 Principis constitutionem; *per tex. in l.*1.*in fine,*C.*quæ sit longa consuetudo* ex auctoritate *Andreę de Isernia*, & quod non possunt Ciues recuocare constitutionem Principis
10 sub quo subsunt quæ est vniuersalis dum auctoritatem minimè super hoc habent, qui & alias iuris rationes afferto prò corroboratione suæ sententię ibique refert fuisse decisum in S.C. ad instantiam cuiusdam Clerici Felicis Antonij de Rugerio contra I. V. D. Hieronymum Zuppolum conuersum, qui fuit condendatus ad relaxandum rem in Ciuitate Auersæ sitam cum interuentu *Præs.de Franchis*,quæ decisio est contraria decisioni illorum de Fundo cum illis de Vicedomini, vt sup. & Iudex quis erit in his causis, rei sitæ ne, an loci contractus, videas *Dom. Præs. de Franch. dec,* 389.
11 *par.*2.cum illorum de Masuccio, & Catansaro vbi refert fuisse decisum per S.
12 R. C. vt procederet Iudex rei sitæ, licet per M.C.V. fuerat contrarium decisum, & iudicatum antea; adde *Benedell. in §. in prim.*5 *numer.*109. in hac eadem constitutione idem *Regens de Tapia loco sup.cit.nu.* 2.3.*uersin qua tamen quæstione,post allegationes Anelli de Amato* quando vero par-

tes

Digitized by Google

tes cenſeantur contraxiſſe ſecundum conſuetudinem loci, probatur per *text. in l. licet*,
13 & *l. excepto, C. locati Natta conſ.* 114. *nu.* 14. *Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionib. lib.* 3. *to.* 9. *nu.* 45. & 49. *Ab.* qui de communi teſtatur *in capitulo, propter ſterelitatem extra de locato n.* 18. & *DD. in l. ede allatos per Grat. diſcept. for. cap.* 740. *nu.* 20. quia regulariter conſuetudo loci, vbi ſit contractus attenditur *Bart. in*
14 *l.* 1. *in fine ff. de vent. inſpici*, quem citat *Affl. in deciſ.* 226. *num.* 6. & contractibus veniunt ea, quæ ſunt moris, & conſuetudinis regionis, *l. quid ſi nolit §. quia aſſidua ff. de ædil. edict. l. ſi finita ff. de damno infecto, l. ſi quis rerum, ff. de cuſt. reor. l. ſi prius, ff. de aqua pluuia arcenda, Ricc. collect.* 2057. qui tenet, vt conſuetudo, vbi conſuetudo, vbi contracta eſt venditio attendenda eſt, verum *Petr. de Gregor. in ſyntag. iuris, in lib.* 26. *par.* 3 *cap.* 19. *per totum* ait (quod in forma retractui ſequendæ ſunt locorum conſuetudines, in quibus res ſitæ
15 ſunt, quæ venduntur, non autē locorum, quæ incolunt vendentes; aut contrahentes, quia hoc ius maximè res ipſas conſiderat, ſic enim concludit ipſe dum de rebus agitur, ſequimur conſuetudinem locorum vbi ſitæ ſunt,) *l. forma de cenſibus* (hæc ille,)

SVMMARIVM.

1 *Differentiæ contractus cenſualis præcariæ, & libellarii remiſſiue.*
2 *Scriptura requiritur in contractu emphyteuſis ſecus in libellario nu.* 3.
4 *Libellus propè ſit in rebus Eccleſiæ & ſit ad annos* 29.
5 *Contractus emphyteuticus quis dicatur, & libellarius.*
6 *Contractus libellarius ſecundum vſum loquendi quando dicatur, & quando conueniat cum emphiteoticæ.*
7 *Contractus libellarius propriæ quis dicatur.*
8 *Contractus libellarius differt à feudo.*
9 *Renouatio in contractu libellario infra annum petenda erit.*
10 *Contractus libellarius, præcario qualiter differat.*
11 *Contractus precariæ quid ſit, & differat à præcaria conceſſione*
12 *Contractus ēphyteuticus differt à Cenſuali*
13 *Contractus Cenſualis quando ſit licitus.*
14 *Contractus emphyteuticus in commiſſum incidit obſolutionem non factam canonis, ſecus in cenſuali*
15 *Cenſualis contractus quando eſt propriè remiſſiue*

1 AD ſeptimum notabile; circa differentias contractus cenſualis, præcarij & libellarij, de quibus quærit *Afflict.* noſter hic præter eas quas ipſe tibi hic affert; adde quod primū differt a libellario cōtractu, contractos ephiteuticus; nā in ēphyteutico plena requiri-
2 tur ſcriptura ſecūdū magis communem opinionem, *gl. l.* 1. *C. eod. Chacher. deciſ. pedem.* 52. *nu.* 1. *col.* 2. qui teſtatur ex auctoritate plurimorum DD. eſt quæ videre apud noſtrum *Affl. in dec.* 72. *num.* 7. ſecus libellario ſufficit
3 enim in eo à principio, vt preſtetur, tantum certa quantitas, ita *Bald. in c.* 1. *de alienat. feudor. in* 2. *notab.* nam in tempus
4 Eccleſijs fit propriè libellus *Azzo in ſumma C. de locato, & conduct. num.* 5. & *Napod. in gl. libellario iure in conſuet.* 1. *tit. in quibus rebus detur quarta n.* 15. & ſit ad annos 29. non ad 30. vt euitetur præſcriptio, ità *Napod.* ait in loco citato, an contractus emphyteuticus ſit perpetuus, *l.* 2. *C. de iure emphyt. & l. fin. C. eod. tit.* & nota, quod con-
5 tractus emphyteuticarius dicitur ille, quando à vero, & dicto Domino fit conceſſio, at libellarius qui fit à vaxallo, ſeù ab emphyteuta quando fit ſub conceſſio, in qua requiritur aſſenſus directi domini, vt *DD.* & *Iaſon in l.* 1. *C. de iure emphyt. num.* 29. qui ſemper ſecundum communem vſum loquendi liuellus appellatur, quia prò certa annua mercede prædium, vel rem aliquam quam habet quis à Domino directo; Alteri concedit, & habetur apud *Nigoſ. de pigno. membro* 2. 2. *partis nu.* 51. *ubi in* 52. inquit, quod ſi capiatur contractus libellarius ſecundum uſum communem loquendi conueniunt cum emphyteutico, & quandoque prò eo ponitur à DD. *in l. ſi finitæ, ff. de damno infecto*, imò ex communi vſu ſemper appellatur emphiteuticus; & libellarius idem ſonat ac emphiteuticus, & è conuerſo, *Iaſon. in l.* 1. *C. eod.* Sed propriè libellarius eſt quando
7 concedens non eſt directus dominus, quia quando eſt directus dominus tunc dicitur propriè emphyteuticus ita communiter affirmant DD. ibidem allatis per eum.

8 An feudo autem, in quo differt. *Caſtr. conſ.* 136. *Cep. cap.* 1. *de cognit. feudor. Felin. in cap. cæterum col.* 5. *verſ.* 9. *fallit. de iudiciis quid autem ſit liuellus, gl. in auth. ingreſſi, C. de ſacroſantis Eccleſiis, et in l. ſi finita, §. ſi de veſtigal. ff. de damno infecto, Alex. conſ.* 93. 4. *parte.*

Cæteras differentias videas apud *Bart. et Bald. in auth. ingreſſi, C. de Sàcroſantis Eccleſiis, et in d. l. ſi finita, §. ſi de veſtigal. Decium in conſ.* 164. *coll.* 1. *Paris. conſ.* 77. *num.* 12. *lib.* 3. *Socc. Sen. conſ.* 50. *lib.* 4. *Roland. conſ.* 87. *num.* 1. eundem *Decium* in *conſ.* 328. *et* 3. 9. vbi circa renouationem inquit in contractu libellario eſſe petendam infra annum eoque tempore elapſo amplius peti non poſſe, vt per *Vrſ. ad Affl. in dec.* 365.

in

Digitized by Google

in fine qui allegat conſilia ſupra citata *Decii, gl. in dict. authent. ingreſſi.*

10 A contractu præcarii, in quo differat, dic quod in contractu præcarij non interuenit pretium, & Dominus poteſt reuocare quando vult, licet in aliquibus partibus ſecundum loci conſuetudinem aliquando præcarium vocetur emphiteuticum, & aliquando è conuerſo, aliquando liuellus, vt per *Bart. in l. 1. numer. 9. C. eod.* cæteras differentias apud *laſonem in d. l. 1. num. 41. 42.* vbi quid ſit præcarium & in quò differat à præcaria conceſſione videas *Decium in reg. l. contract. ff. de reg. iuris num. 10.* & eundem *laſ. vbi ſup. Abb. in cap. fin. de præca.*

12 Contractus emphyteuticus differt etiam à cenſuali, nam in emphyteutico transfertur tantum, vtile dominium, & poſſeſſio naturalis; pænes directum dominum permanente ciuili, in cenſuali, verò trãsfertur tam ciuilis, quam naturalis, etiãquæ vtile, ac directum dominium, ita vt nihil remanet pænes concedentem, niſi exactio penſionis, ſeù cenſus, non inſignium recognitionis dominij ſicut in emphyteuta ſed in ſignum memoriæ illius priſtini dominij tantum, quia illa res fuit aliquando in plenodominio ipſius concedentis *gl. in d. cit. cap. conſtitutus aliosque DD. citatos per Grat. diſcept. for. cap. 166. nu. 16.* & quando talis contractus

13 cenſus ſit licitus, quæ requirantur ad illius validitatem, & de effectibus, & natura & alijs accidẽtibus illius videas *collect. Riccii 2382.* & *655.* & ſi cenſualis, vel emphyteuticus præſumatur videas *coll. 2163.*

14 Differunt etiam, nam in emphiteutico contractu propter non ſolutionem canonis directo domino res incidit in commiſſum elapſo tempore ſtatuito ad ſoluendum, iuxta *cit. l. fin. C. eo.* at in cenſuali non eſt ſic; nam etiam ſi per mille annos non fuerit ſoluta pentio, ſeù reditus, non cadit à Iure Dominus rei, *tex. in d. cap. conſt. laſ. in d. l. 1. Napod. in cit. gl. ſup. libellario iure*, & idem *Napod. in d. conſuet. 1. in gl. libellario*, & *gl. cenſualia*, vbi affert alias differentias, *Cap. dec. 103.* de alijs differentiis, videas apud *Hypolitum de Marſilia in ſingulari 95.* & *Petrum Garſiam in ſingulari 292.* & quando

15 ſit propriè cenſualis contractus videas apud *Corneum conſ. 168. vol. 4.* & in quo differat cenſualis à feudali, de hoc videas *Decium in conſ. 164.* & addentes ad *Capicium in dec. 196.* & in quibus differant à locato, & conducto, *Grat diſcept. forens. cap. 703. nu. 10. vſque ad 17.* & *cap. 453 num. 3.* aliæ ſunt differentiæ, quas videas apud DD. hic &c.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui, ſeu protomiſeos, locum habet tam in locatione ad longum tempus, quam ad modicum.*
2 *Locatio ad longum tempus, quæ non dicatur.*
3 *Locatio ad modicum tempus quando dicatur.*
4 *In dubio locatio magis perpetuo, quam temporalis iudicatur.*
5 *Locatio perpetua, quando dicatur proprie.*
6 *Alienatio dicitur ex locatione ad longum tempus, & dominium utile tranſfertur.*
7 *Ius congrui datur in locatione ad longum tempus ſecus ad modicum.*
8 *Dominium vtile tranſfertur, per locationem ad longum tempus, non per aliam.*
9 *Locatio rei Eccleſiaſticæ, an poſſit fieri ad longum tempus, & ſi fuerit facta ultra tempus permiſſum an reduci debeat ad tempus præfixum.*
10 *Locatio facta conſanguineis de rebus Eccleſiæ, an ſit valida.*
11 *Fructus rerum Eccleſiæ, an poſſint ultra terminum vendi.*
13 *Locatio ad vitam, an habeat naturam perpetuæ locationis, & quando intelligatur ſecundum extrauagantem.*
13 *Prælatio, an detur agnato proximiori in locatione ad vitam ſicut datur in venditione afferuntur deciſiones n. 14.*
15 *Prælatio in locatione perpetua locum habet, quia transfertur poſſeſſio, deciſio refertur n. 16.*
17 *Vtilitas, quæ nam oritur ex prælatione conceſſa Baronibus.*
18 *Dominium non mutatur per locationem ſex annorum.*
19 *Prohibitus alienare non cenſetur prohibitus locare*
20 *Locatio ad modicum tempus, non dicitur alienatio, & deciſio affertur.*
21 *Fideiuſſio oblata non operatur cautionem tutam pupillis,*
22 *Prælatio Vniuerſitati in tãtum conceditur in quantum id expediat ei, & referuntur deciſiones denegantes prælationem nu. 23.*
24 *Deciſio affertur in locatione facta non ad longum tempus.*
25 *Praelatio ex iure praeſumpta exercetur à domino directo cum emphyteota translato dominio in alio.*
26 *Id quod habet dominus in re, vendi non poteſt ſine eius voluntate*
27 *Prælatio quando competit dominio directo, ex diſpoſitione, l. fin. C. de iure emph. quae limitatur nu. 28.* & *29.*

Digitized by Google

30 *Extenſio non datur de contractu emptionis ad locationem ſed differunt.*
31 *Conductio, an ſit ſimilis emptioni.*
32 *Illatio non fit ex diuerſis.*
33 *Diſpoſitum in venditione non locum vendicat in permutatione.*
34 *Dominus directus maius preiudicium conſequitur, ex diſtratione dominij per alienationem rei ſuæ, quia contemnitus auctoritas Dominii, non tamen in locatione.*
35 *Dominium ex locatione, non tranſfertur in poſſe conductoris.*
36 *Emphyteota abſque conſenſu domini, poteſt ad modicum tempus locare, imo, & ad longum tempus.*
37 *Prohibitus alienare, rem emphiteoticam non prohibetur comoditatem ipſius rei alienabilis in alium transferre*
38 *Decimæ quamuis laico concedi non poſſint tamen earum comoditas concedi poteſt.*
39 *Prælatio non habet locum in caſibus in quibus non debetur laudemium.*
40 *Dominus habet prælationem quando pro ſe vellet rē, ſecus ſi pro aliis, & deciſio S. C. affertur num* 41.
42 *Statutum loquens in venditione, militat in locatione.*
43 *Atqui paratio inter emptionis contractum, & locationem quando militat.*
44 *Prælatio Domino in affictu, an concedatur*
45 *Deciſio Mariæ* 240 *declaratur & nu.* 47.
46 *Prælatio, qua conceditur Vniuerſitatis, non eſt de iure, & quare fuit introducta.*
48 *Locator an preferatur in venditione fructuum facta per conductorem, limitatur in emphyteota.*
49 *Doctrina* Bart. in l. 1 .C. de Metal. lib. 11. *declaratur & quid in colono partiario.*
50 *Deciſio S.C. refertur circa prælationem petitam in locatione.*

1 AD octauum notabile, in hoc notabili concluditur, quod ius prothomiſeos habet locum tam in locatione ad longum tempus, quam etiam ad modicum, dum dominium vtile per eam transfertur, & conſequenter datur ius congrui, cui adde *Grat. diſcept. for. cap.* 460. *vbi num.* 2. & 55. allegat *Afflict. hic & Carpanetum ad Conſtitutionem Mediol. cap.* 417. *nu.* 497. 498 locatio verò ad longum tempus, & ad longiſſimum, eſt illa, per quam res alienatur, vt per *DD. in l.* 1. *§. in perpetuum, ff. ſi ager veſtigal. petatur l.* 1. *§. quod ait, ff. de ſuperficiebus*; fit que ad decennium ſecundum *Decium in conſ.* 204. & *Caſtr. conſ.* 4. incipit *circa primum dubium* quandoque ad plus, quandoque ad minus, vt ad nouennium. *Vrſil. ad Afflictū in decis.* 72. & 204. *nu.* 5. & ſi facta ad decēnium dicatur ad longum tempus *Grat. diſcept. for. cap.* 520 .*nu.* 5. & per eam transfertur vtile dominum, ſecundum DD. in iuribus ſupra citatis, & ſi acquiritur ius conductori, idem *Grat. cit. cap.* 522. *num.* 6. *Immola in conſ.* 68. *coll. vlt. cit. per Boer in dec.* 234. *num.* 1. *de Franch. deciſ.* 133. *num.* 9. *Rendell. in tit. eod. in gl. per locationem & Benedell. in rub. eod. loco in principio huius conſtitutionis num.* 25. 26. & equiparatur contractui emphyteutico, & contractui venditionis *Grat. cit. cap.* 460. *num.* 56. 58. & 42. *Corn. conſ.* 24. incipit *circa Car. in cle.* 1. *§. fin. de rebus Eccleſijs non alie. Bald. in auth ei qui, C. de bonis auct. Iudicis poſſid. Alex. conſ.* 1. *par.* 4. & 16. *conſ.*

3 Et ad modicum tempus quando dicatur facta locatio, & ſi fit ad nouēnium, vt ſupra & ſi à prælato elapſis duobus ānis, fit ad aliud nouennium, ſi in fraudem cenſeatur, idem *Vrſill. vbi ſupr. cit. decis.* 204. *nu.* 25. & ſi illa, quæ fit ad vitam habeat naturam perpetuæ locationis, videas *Grabiell. communium opinionum in concluſ.* 2. *in tit. de empt. & vēd.* & locatio tunc iudicatur perpetua, quando fit ad beneplacitum. *Dec. vbi ſup. poſt Alex. & Menoch. in tract. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 109. *nu.* 14. imo quod in dubio
4 potius perpetua quā temporalis iudicetur, *Berous quæſt. farail. num.* 14. *Alex. de Neuo conſ.* 27. *Burſat. conſ.* 23. *num* 27. & quod in dubio ſemper cenſeatur facta ſecundum ſolitum, & locorum conſuetudinem, ita *Carrocc. eod. tractatu de locato, & conducto par.* 2. *per totum cap.* 10. in parua impreſſione, *Gozzad. cōſ.* 44. *Puteus decis. Rotæ Romana* 180. *nu.*
5 8. 9. *lib.* 1. & quando propriè dicatur perpetua & quando ad modicum tempus, videas *Napod. in conſuet.* 1. *in tit. in quibus rebus habeat locum* 4. *in gloſ. in emphyteuſim nu.* 9. & *coll. Riccii* 216 5.

6 Dum ergo per talem locationem ad lōgum tempus, & non modicum dominium vtile transferturr eſt alienatio, ſeu ſpecies venditionis, vt apud eundem *Rendellam loco ſupra cit. num.* 10. merito datur in ea ius con-
7 grui; ſed illa, quæ fit ad modicum tempus ſecus eſt, vt ait *Afflict.* hic, Conſtitutio enim nec dum loquitur de alienatione, quæ fit locatione mediāte, non omnem comprehendit locationem, vt *Affl.* hic ait, ſed tantum eam ſolum; in qua dominium transfertur, quam conſiderationem placet ſcribendibus, & quod
8 vtile dominium per ſolam locationem ad longum tempus transfertur non per aliam, adde etiam *Conſil. Scip. Theodorum in allegat.* 45. *nu.* 27.

9 De locatione verò rei Eccleſiaſticæ, an ad longum tempus fieri poſſit, & quid ſi fuit facta vltra tempus à iure permiſſum an ad tempus permiſſum reducatur, an autem in totam corruit, videas *Fontanell. de pact. nup. clauſ.*

Digitized by Google

clauſ.4. gl.21. par.1. num. 77. & facta con-
10 ſanguineis de rebus Eccleſiæ an ſit valida, & quomodo intelligantur conſtitutiones Sſimorum Pontificum prohibentes fieri ſimiles locationes *Grat. diſcept. for. cap.*415.*nu.*13. & 17.*Farinac. dec.* 30.*to.*1. *Doctiſſ.& meritiſſ.D.Franc. Merlinus Præſes S.C.*defuntus eſt in anno 1650.*cõtr.forenſ.cap.*55.vbi nec etiam per primum triennium abſtinere affirmat, & quid dicendum in fructibus Eccleſiæ,
11 an poſſint vltra triennium vendi affirmatiuè concludit *conſ. Marcian. conſ.* 57. *Ricc. in pract.for.Eccleſ.reſol.* 114.*par.*1.*D. Nouar.in deciſ.Apuleæ* 168.*nu.* 4.*idem Dom. Ricc. in collect.deciſ.collect.*2300.*ſuper conſt.hanc ſancimus* 1.*queſt.& 2166.& 2167.*

An verò locatio ad vitam habeat naturam perpetuæ locationis *Ant. Gabriel. com.opin. concluſ.2.tit. de empt.& vendit.* & remiſſiuè apud alios DD.allatos per *Maſullum in addit.*
12 *ad Capic. deciſ.*159.*nu.* 1.1. & quod dictum eſt intelligitur ſecundum diſpoſitionem præſentis axtrauagantis, quæ loquitur de locatione, & in ea locatione, in qua dominium transfertur, vt aiunt DD. non verò de ea ſecundum diſpoſitam per conſuetudinem, quæ nõ loquitur in locatione, ſed tantum in vẽditione, vt patet.

13 Sed incidenter quæro, an in tali locatione detur prælatio agnato proximiori ſicut datur in venditione, rogo, vt videas ſubſequentes allegationes eruditiſſimi I. C. ac Regij Conſiliarij meritiſſimi Ioannis Baptiſtę Iouini mei Cognati; olim primarij Aduocati celeberrimi, quæ maxima cum diſcuſſione fuerunt allatæ per eum in S.C.tam in cauſa filij Illuſtriſſimi Principis Sanſeueri, ſiue eius tutorum ſuper petita prælatione eiuſdem terræ, cui non fore locum multa allegabãtur contra eos in iure, quam etiam ſimiliter in cauſa Ill.Ducis della Guardia D.Aloyſij della Marra filij Illu. Du-
14 cis ſenioris, contra creditores eiuſdem Ducis patris ſuper petita prælatione affictus eiuſdem terræ della Guardia, cui etiam fuit denegata dicta prælatio, qui Illuſtr.Dom, vt ſupra eſſe præferendi putabantur vti agnati, proximiores & tandẽ fuerunt per S.C.iunctis aulis dominorum eiuſdem *S.C.*excluſi, & hoc in dicta cauſa Illuſtriſſimi Ducis in anno 1639.ſub menſe ad relationem Regii olim Conſiliarij Marciani actuarius de

Etiamque in dicta cauſa Illuſtriſſimi, & Excellẽtiſſimi Principis Sanſeuerij, in anno 1641.ſub menſe ad relationem Regii Conſiliarii D.Franciſci Merlini, Præſidentis *S.C.* allegationes ſup. d. hìc imprimi curaui pro veritate huius articuli apud actuarium de Solatio, quibus adde *dec.Dom. Reg.Sanſ. nuper impreſſã* 106.

Petitæ prælationi prò parte Tutorum Illuſtriſſimi Principis Sanſeueri locum non fore, & ipſa pupilli vtilitas exigit, & creditorum intereſſe concurrit, illa tantummodo ſibi locum vẽdicaret, quoties ad longũ proponeretur
15 tempus facta locatio, nam cum ex ea trãsferatur poſſeſſio, & vtile dominium, *gloſ.in l.*3. *§.ex contrario, & l.ſi quis antè*, & ibi *Alex. col.*4.*ff.de acquir. poſſeſſ.& l.ſi vt certo, §.ſi duobus vehiculum, ff. commod.l.*1.*& l.ſeq.ff.ſi ager veſtigal.* cũ aliis innumeris penes *Tiraq. de retract. lignag.§.*1.*gloſ.*14. *num.*29. *& ſeq.* ſicuti in venditione datur prælatio prout ex *§.Titius, §. ſed & res, & §. porrò* fundat *Rouit. in allegat.prò Iulia Muſcettola*, ſecundum quã iudicatum in S.C.refert *Reg.de Pon-*
16 *te deciſ.* 11. qui vt iuſtitia deciſionis magis eluſcere imprimi eam fecit cùm deciſione Domini Rouiti, ſic & in locatione, cum eiſdem regulis conſiſtant venditio, & locatio poſt *Caualc.Carroc. Eugen.* & alios *Maſtr.dec.*4.*num* 8.*Mart.vot.* 240.*nu.* 1. *idem Rouit.in prag.* 64 *de offic.procurat.Cæſ.n.*31. Et dicitur locatio ad longum tempus facta cum ad decennium præponitur facta ex traditis per *Couarr. lib.*2. *variar.cap.* 15.*Pinell.in l.*1.*nu.*64.*par.* 3.*C.de bonis maternis, Valaſcus de iure emphyt. queſt.*29.*de Ponte deciſ.*21.*nu.*24.*Boer. dec.*234. ex qua prælatione, & Baronis; & Vaſſallorum reſultat vtilitas Baronis, quia ipſimet moderatur, & gubernat Vaſſallos, nec videt ipſos per extraneum Regius Vaſſallorum, nè ab affictatore excorientur, & ne ab alio, quam à propio Domino gubernẽtur, & denique ne habeant plures dominos prout hæc præcipuè diſcurrunt, & conſiderat poſt *Alex. Morot. Camerar. & alios Mart. d.voto* 240.*nu.*6.*ſ.verſ.militat eadem ratio*, faciunt notata per *Iſer.in cap.*1. *§.nec domiuium num.* 46.*de prohib. feud. alienat.per Feder.*

18 At cum in caſu præſenti pro ſex annis proponatur facta locatio, quæ cum non fit ad longum tempus dominium non mutat, *l.non ſolet, ff. locati, & locatio*, non dicitur alienatio niſi fiat ad longum tẽpus *Dec.conſil.*14.*vol.*1. *Magon. deciſ. Florent.* 41.*num.*13. quinimo
19 prohibitus alienare non cenſetur prohibitus locare ad modicum tempus *Abb.in cap.Eccleſiæ S.Mariæ nu.* 9. vt lite pendent in *cap.veſtra num.* 5. *de locato, & cap.nulli nu.*13.*de reb.Eccleſ. non aliena*; quia locatio ad modi-
20 cum tempus non dicitur alienatio *Iaſ. in l. manumiſſiones, ff.de iuſtit.& iure*, iura, quæ conceſſerunt priuilegium prælationis in venditione, vel locatione ad longum, tempus non poſſunt adaptari in caſu præſenti, in quo cernitur facta locatio ad modicum tempus, id, quod in terminis retractus dicit deciſum *Ricc. dec. Archiep.*10.*par.*1. & ante eum *Tiraq.d. tract. de retract. lignag.d.§.*1.*gl.*14. *nu.*84. qui

Digitized by Google

præfatam opinionem, etiam quod locatio eſſet perpetua, & ad longum tempus dicit veriorem, cum ceſſet ratio retractus, & hoc rationi conſonum arbitror, nam in omnibus caſibus, in quibus à jure conceditur prælatio, qui omnes reducuntur ad novem, quas doctè cumulat *Fulvius Lanarius in addit. ad Io. Anton. Lanar. in repetit. §. ſed etiam res, per quas fiat inveſtit. à num. 1. ad num.* 39. ſemper ſaltim poſſeſſio, vel utile dominium in conductorem ſupponitur trãslatum, cum ergò neutrum concurrat in caſu præſenti, cum & poſſeſſio, & dominiũ pænes dictum Illuſtrem Principem reſideat, neſcio quo iure probari prælatio petita.

Quam denegandam diximus, quia pupilli utilitas exigit, nam in redditione computorum ipſimet tutores, qui inſteterunt per prælationem vix in affictu prædicto alias perceptos fuiſſe ducatos 11. m. coram Spectabili Regenti Caſanatæ faſſi ſunt, & ſic præferri pro ſumma dictorum ſexdecim mille, non ſolum inutile, ſed penitus damnoſum pupillo exiſtit.

21 Et cum intereſſe pupilli conjungitur illud creditorum, quorum intereſt petitam prælationem denegari ex pluribus. Primò, quia obligatione pupillari, quæ in damnum pupilli ex prædictis verſatur, cauti non redduntur, licet fidejuſſio per ipſum pupillum offeratur, cum nullitate minoris fideijuſſores potiantur, *not. in l. 2. C. de fidejuſſ. minor.* ſolũ cauti redderentur obligatione, quam propriis nominibus inirent præfati Tutores ad *tex. in l. & ſi is, C. de prædiis minor.* Hujuſmodi obligatio Tutorum non fuit oblata, conſequens eſt ipſos creditores cautos non reddi ex petita prælatione.

Secundò, quia alias dicti creditores experti ſunt, quam excluſiuum damnum ipſis evenerit ex conductione dicti ſtatus facta per dictum Illuſtrem Principem cum ejus occaſione remanſerit debiror ipſis creditoribus in ducatis quod eſt cauſa, ut durante conductione poſſet expelli ad *tex. in l. eadem, C. lucati*, idem ergò debitum, quod ab affictu iam incepto condoctorem ipſum expelleret, impediet petitam prælationem.

Accedat, quod dum S.C. urgentibus creditoribus prædictis, ex quo ceſſavit dictus Ill. Princeps à ſolutione quantitatum per ipſum debitarum ex cauſa dicti affictus proceſſit ad locationem dicti ſtatus iuris virtute ipſemet Princeps locare dicitur, factum nãque Iudicis dicitur factum partis, *l. ſi ob cauſam, C. de evictio.* ſi igitur ipſe locat quomodò petere poteſt prælationem.

22 Quarè non immeritò S.C. quando unitas petit prælationem previa maxima cauſæ cognitione ad illam deſcendit, conſtito prius ſi expedit, nè univerſitati retrahere volenti ex traditis per *d. Lanarium ubi ſupra, numer* 21. in caſu præſenti tamen abeſt, quod fit utile pupilllo, ut prorſus ex ſupradictis damnoſum penitus videatur, & ſic ex iſto ſaltim veniet deneganda prælatio, Jo: Baptiſta Iovinus.

23 Quæ omnia, non tam in caſu prædicto, ſed etiam in cauſa Illuſt. Ducis Guardiæ, ut ſupra dictum eſt, ſic individualitèr fuit deciſum, & in cauſa Domini Marchionis Orioli, cui fuit denegata per S.C. facultas offerendi cum pacto retinendi, nè prætextu retentionis creditores jacturam paterentur, quæ etiam retentio adhuc per ipſum Principem, qui petiit prælationem ſemper prætenderetur ſub prætextu aſſertarum ceſſionũ ad ejus beneficium factarum per creditores prædicti ſtatus, in qua cauſa dicti Ducis Guardiæ junctis aulis fuit ſimiliter, ei denegata prælatio, ut ſupradictum eſt, quibus adde ſimiliter eundem *Conſil. Marcell. Marcian. in conſ.* 44. *vol.* 1. *&* *Dom. Conſil. Scip. Theodor. in ſua doctiſſima alleg.* 45. *vol.* 1. ubi loquuntur ſi univerſitati in locatione detur prælatio, *& Regentem Io. Franciſcũ Sanfelic. in dec. noviter impreſſa* 167. *num.* 7. 2. *par.* in qua idem Dominus refert, quod concurrentibus Barone, & Univerſitate fuiſſe deciſum ſub die 6. Septembris 1621. cum interventu collat. conſ. ad beneficium Baronis, & quid in locatione facta ab univerſitate, videas *Dec. nuper impreſſ. Dom. Axart. Regii Conſil.* qui in Senatu Xardiniæ idem anteà Senator fuit. Et parum poſt obrutus in Regiis ſervitiis Catholicæ Majeſtatis, & ſi in locatione rei communis detur prælatio, *D. Reg. de Ponte de poteſt. proreg. tit. de diverſ. proviſionib. §. 1. tit.* 10. *num.* 11. ubi affirmativè per *Surd. in conſ.* 43. *nu.* 12. *&* *apud. Dom. de Marinis in lib.* 2. *nuper impreſſo reſolut. quotid. cap.* 161. *num.* 13. 14. & noviſſimè per *Illuſt. Marchionem Torelli, Reg. Capic. Latr. in dec.* 168. *to.* 2.

24 Similiter quæras ſi in locatione non ad longum tempus facta, ſed ad modicum detur nè prælatio directo Domino rei emphyteutæ adverſus conductorem in hac quæſtione fuit dubitandum in S. C. inter Illuſtrem Dominum Comitem Molæ Regium Præſidentem Cam. Sum. cum Domino ſimiliter Præſidente ejusdem S. C. D. Gregorio de Ganaverro, qui Illuſtr. Dom. Comes comparere fecit Dominus Dominicus Marotta directus Dom. Domorum Thomæ de Nunnez ſitarum in loco, ubi dicitur alle Mortelle, petendo prælationem in affictu prædictarum domorum, prius facto dicto Domino

Digitized by Google

no de Ganaverrò, cui petitioni iure minimè ſuffragari poſſe arbitrabatur non tam per ſupra annotata, verum per infraſcripta, quæ in hac allegabantur, ut infra videre potes dicebatur.

Ill. Comes Molæ poſtquam obtinere nequivit locationem domus Thomæ Nugnez comparere fecit D. Dominicum Marotta ad petendam locationem uti Dominum directum, idque ſimulatè conceptum, ut excluderetur ab affictu Præſes Gregorius de Ganaverro, ut ipſe deinde cum domo remaneret, quam petitionem iure ſuffragari minimè poſſe indubitanter arbitratus ſum.

5 Primò, quia prælationis ius deſumptũ *ex. l.fin. C.de iur. emphyt.* exercetur à Domino directo cum emphyteuta, vt in alium ſuum vtile dominium transferat, vt patet expreſsè in illis verbis, *d.l.fin.* ibi minime licere ſine conſenſu Domini melioratione ſuas alijs vendere, vel ius emphiteuticum transferre, pariter inutilis dominij alienatione prælationum locum eſſe ſentit *Accurſ. dum in*
6 *d.l.fin.* inquit ius quod habet in re ſine volũtate Domini vendere non poſſunt, cuius dictũ *tex. & gloſ.* ſequitur *Bald. in ſum. eiuſdem tex.* & cum eo trãſeunt vnanimit ei DD. ius autem in re nihil autem continet, quam vtile dominium, *l.ſi domus §.fin.ff.de leg.*1 *l.*1 *vbi gl. verſ neque conductionis, C. de iure emphyt.* quod penes emphyteutam, & ſuperficiarium reſidet, *l.*1.*§. fin.ff.ſi Agect.lig.l.* 1. *in princ.& §.quod ait.de ſuperficieb.*

7 Undè cũ hac *l.fin.* concludendum eſt, ut prælatio tunc directo Domino competit, quando emphyteuta vendit, & vendat utile dominium

Quod minimè extendendum puta in emphyteuta ad modicum tempus ius ſuum alteri locante, primò, quia prælatio tantum cenſetur conceſſa in venditione, ut dixi, & fundavit de *Franchis in deciſ.* 17. *numer.* 7.

28 Secundò, quia cum *d.l.fin.* permiſit prælationem certo caſu nempè in venditione, ergò in aliis contractibus cenſetur prohibita, *arg.tex.in l.maritus, C.de procurat l.cum prætor, ff.de indit.*

29 Tertiò quia, *d.l.fin.C.de iure emphyt. eſt correctoria, l.dudum, C.de contrab.* & ideò in caſu, quo loquitur eſt intelligenda loquitur tantum de venditione, ergò ad locationem non extendenda.

30 Quartò, quia de emptionis contractu ad locationem, non datur extentio, cum his contractus inter ſe multum differunt, ſed differentias inter emptionem, & locationem enumeravit *Minſige.in §.prætereà inſtit. de loc. & cond. num.* 4. & in multis differre ſimiliter advertit *Bart. in l.ſi quis domum, numer.* 1. *eod. tit.* & ibi *Alex. in addit. verſ item poteſt.*

31 Nec huic concluſioni repugnet illud cõmune dictum, quod vocatio ſimilis eſt emptionis, & hec ſimilitudo militat tantum, quo ad initum contrahendi, ſed quoad alia multum differt ſicut, ut hnic quæſito reſpondet *Bart.in l.*1. & ibi communiter *DD. ff.eod.tit.* Et hac ratione motus *Paulus* ſatis probavit horum contractuum diverſitatem in *l.ſicut, §.interdum, eod.tit.* dixi locatorem, non tenere ad præſtãdam pacientiam, quando conductor foret emptor.

32 *Si* igitur differunt re, & facto, quomodo ergò debemus admictere adverſarii illationem contra *tex.in l. Papianus exuli, ff. de minorib.l.natureliter, §.nihil.comune, ff. de acquir.poſſ.l.fin.de calum.* Extentio enim ſtricti iuris eſt, & non fit de uno contractu ad alium contractum, ità ut diſpoſitum in venditione, non vendicat locum in permutatione, nec è contra, ut innuit *Bald.in l.*1. *C.de rer.permut.idem Bald.in conſ.*64.*lib.*4. in his propriis terminis adductis per *Dec. in conſ.*697.*nu.*2.*&* 4.*lib.* 2.

34 Differunt quoque ratione, major enim ratio conſideratur in diſtractione dominii, quæ fit per emptionis contractum, imò majus præjudicium conſequitur Dominus directus innuit *Bald.in l.fin.*1. *l ett.n.*19. *C.de iure emphyt.* quam in locatione, ubi tantũ detentio ſimplex conductori datur, eo magis quia per venditionem, utilis dominii contemnitur auctoritas Domini directi, quod ſecus eſt in locatione, ex qua rationis diverſitate, nedum extentio non eſt permiſſa, imò comprehentio, *Angel. in auth. de hæred. & falc. §. hinc nobis in fine, Latius Mantica de conject.lib.*5.*tit.*6. *nu.*10.

35 Minus ſecundo loco dicimus extendi in emphyteuta ad modicum locante, quia ex locatione non trãsfertur dominium nec poſſeſſio in conductorem, *l.non ſolum ff. loc.l. nemo prohibetur iuncta, gl.C. eod.tit l.qui vniverſas, §.fin.ff. de acquir. poſſ.* quod neceſſarium cenſeo ad acquirendum Domino directo prælationis ius iuxta veram illius *tex.* intelligentiam, & vt ſupra fundaui.

36 Et ideò optima ratione dicunt DD. quod emphiteuta abſque conſenſu Domini poteſt ad modicum tempus locare, vt concludit inter alios *Iaſ.in d.l.fin.C.ue iure emphyt. nu.*112. quem ſequitur *Corbulus in tit. de cauſa priuat. ob alienationem Ampl.*35.*n.*8.*&* 10.*in puncto Iul. Clar.in §.emphyt. quæſt.*19.*n.*1. imò voluerunt aliqui *militare etiam in emphyteuta locante ad longum tẽpus*, vt affirmauit *Moder. Pariſ.in add.ad Alex.conſ.*119.*Alex. verſ.locare*, & dicit ita obſeruari ex eo quod verba *d.l.fin.* non conveniunt locationi, etiam

ad

Digitized by Google

ad longum tempus, & prohibitionem, *d.l.fin. non extendi.*

37 Hinc eſt, quod prohitus alienare rem emphyteuticam non prohibetur commoditatem ipſius rei inalienabilis, in alium transferre, ſic *Bald.& Felin.in c. quæ Eccleſiarū num.87.in 6.declaratione de conſtit.* quos refert, & ſequitur *Gamma deciſ. Luſit. 299. num.2.*

38 Ita pariter diſpoſitum in decimis, nam quamvis illo laico concedi non poſſint, attamen eorum commoditas rectè concedi poteſt, *Bart.in l.ſi uſusfructus, ff. de novat. & de legat.DD.in c.prohibemur de decimis in fine*, ergò licet res in emphyteuta conceſſa non poſſit alienare, & alienata competit prælatio Domino directo, benè tamen poteſt locari, & locata, prælatio ceſſat;

39 Et maxima ratione, quia prælatio regulariter non habet locum in caſibus, in quibus non debeatur *Laudemium*, *Ant. Faber. in ſuo C. tit. de iure emphyt. definit.48. num.* 18. ergò eum non debeatur *Laudemium in contracto locationis*, ideò neque peti poteſt prælatio.

40 Secundò, quia Dominus directus habet prælationem quando velit pro ſe domum, ſecus ſi velit pro aliis, ut communitèr tenent DD.& ſic pluries refert deciſum *Guidon.Papa*, amictit pro vera, & indubitata *Dom. de Franch.deciſ.226.num.5.verſ.2.*ex alio; quãdo Dominus directus in principio præferri vuult, ut alteri cederet, & tamen hæſitavit ſi Dominus directus voluerit pro ſe, & deindè mutata voluntate faciendi canſa majus lucrum vendiderit, quod in præſenti noſtra quæſtione non poteſt id ſuccedere, cum prætium affictu eccedit duplum communis prætii, & hoc ex livore candelæ ſucceſſum, ſimiliter eandem opinionem refert *Vrſil. deciſ. 238.num.6.*

Veriſſimum enim eſt in noſtro articulo, quod dictus Dominicus Marotta nolit dictũ domum pro ſe, ſed tamen cedendi cauſa ad dictum Illuſtrem Comitem, ut publicè, & palam omnibus ità dictus Marotta declaravit, & probabiliter credendum eſt, ad evitandam forſan prodigalitatem, quæ à tam docto, & probo viro magnoperè oſtenderetur, ſi pro ſua habitatione retinere voluerit domum penſionis ducatorum ſexcentum quadraginta.

41 Non refragatur huic concluſioni *Vrſill.in dec.238.nu.6.* quoniam venit in hac quæſtione, & eam non reſolvit dicendo, cum caſus contingerit, poteris maturius cogitare; imò eundem *Vrſill.* in mei favorem adductum; nam refert prælationem conceſſam Monaſterio Sancti Severini uti Domino directo ex cauſa venditionis rei emphyteuticæ fuiſſe per S. C. revocatam, & confirmatam venditionem factam ab emphyteuta, quia cognitum fuit Monaſterium voluiſſe prælationem pro Amico, & in noſtris puris terminis judicatum fuiſſe teſtatur, idem *Vrſill.d.deciſ. num. 6.*

42 Nec obſtat argumentum ab eo adductum, quod ſtatutum loquens de venditione militat in locatione, & probatur ex *tex. in l. quoties, C. de rei vendic.* qui, & ſi loquatur de venditione habet locum in locatione; Quoniam totum cotrarium de iure eſt, ut patet ex diff. ſuperius poſitis inter venditionem, & locationem, nec eſt verum, quod *tex. in l. quoties extenditur ad locationem*, nam totum oppoſicum per veros iuris tramites defendit *Iaſon.in d.l.quoties, nu.33.verſ.3.decimo limito*, quam opinionem ſervavit *Rot. deciſ.2.tit.de conduct.Ricc.collect.439.*

Et DD. ab *Vrſill.* allegati non probant dictum argumentum.

43 Nam *Aret.* deſumit argumentum in *l.1.ff. loc.in quo text.* demonſtravi æquiparationem fieri inter dictos contractus quod initium cõ trahendi tantum, ſed quoad effectum valdè differunt, ut magiſtraliter docuit *Bart.in d. l.1.ff.de loc.*

Alex in conſ.122. dicit quod tex.in l. quoties eſt generaliter intelligendus, quam affirmo in eadem qualitate contractus, non autem in diverſo contractu, prout eſt locatio, & ità quoque *Socc. conſil. 29. vol. 4. reſpondetur.*

44 Nec ſecundò re fragatus *dec. Martæ. 240.* quoniam loquitur contra omnes iuris regulas, & cum falſis fundamentis, ut ex ſuis dictis patet, nam fundat prælationem dari Domino directo in affictu, ex *deciſ. Guidon. Papa 411. & Cacher dec.156.* & tamen iſti DD. ab eo citati nunquam admiſerunt præferri dominium directum in affictu, ſed tamen in venditione, quos pro mei cordis ſatietate rogo videndum.

45 Accedat quia dicta *deciſio loquitur in caſu particulari, ut iis* verbis concludit idem *Mart.* nempè ipſam communitatem præferendam eſſe dixi ad hoc, ut ſe eximeat à vexationibus conductorum, & ideò non eſt inducenda ad exemplum uulg.iurib.

46 Maximè quia prælatio, qua utuntur Univerſitates non conceditur de iure, & fuit introducta tantum cauſa proclamandi ſe, & ſuos Cives ad libertatem, ut probat *tex.in §. nec Dominus de prohib.alienat. per Frederic. & ex Felin.Hoſtien.& Vasquez* latiſſimè fundavit *Rovit.in Prag. 63. de off. Proc. Cæſa.* Eximitur de ſervitute ad libertatem Vaſſallus Baronis quando tranſit ſub regio demanio, ut benè ponderavit de *Franch. deciſ. 7. num. 3.* & ex pluribus defendit *Rovit. de Prag.*

Digitized by Google

Prag.63.de off.Proc.Cæſa. Eximitur de ſervitute ad libertatem Vaſſallus Baronis, quando tranſit ſub regio demanio, ut benè ponderavit de *Franch.deciſ.7.num.3.* & ex pluribus defendit *Rouit.de Prag. nu.23. in fine*, & 27. & in hac prælatione loquuti fuerunt *Marta & Apont.Rouit.* & alii tenẽtes hanc opinionem, ut videre eſt apud *d. Rouit.in.d. Prag.n.24*, quam non convenit applicare in noſtra quæſtione, ubi tractatur de prælatione inducta de iure virtute, *l.fin. C. de iure emphyt.* multa enim favore libertatis conceduntur, quę in aliis caſibus minimè permittuntur, *l. libertas 165. ff. de reg. iuris.*

47 Et tanto magis *Martæ* deciſio, & ejus ſequacium non refragatur, cum contrarium novitèr in *S.C.* iunctis aulis fuit deciſum ad relationem Conſiliarii Marciani in cauſa Illuſtr. Ducis Guardiæ cum ejus creditoribus, ut notum eſt Dominis iudicantibus.

48 Minus tertiò refragatur huic noſtrę opinioni *Bart.* & ſequacium doctrina in *l. 1. C. de Metall. lib. 11.* dicentium locatorem prę ferri in venditione fructuum facta per conductorem. Primo, *d. l. diſponit ſuper vendit.* & nos ſumus in locatione, & ſic in materia differendi, ut dixi maximè quia *d.l. 1. limitatur in emphyt. vendente*, ut tenuerunt DD. & præcipuè *Covar.variar.reſolut.cap.15.lib.3.nu.6.verſ. quod ſi Spetiale*, idem aſſecuravit *Gratian. diſcept. 149. numer.8 lib.1. Velaſq.de iure emphyt. quæſt. 24.*

49 Secundo, quia *Bart.* doctrina caret auctoritate, nam fundatur *in d.l. 1. C. de Metall.lib. 11.* quæ loquitur de Metallariis Regiis, ut ex ſpeciali privilegio prius vendere debent Regi Metallia, quam aliis, ut benè advertit *Cavarr.d.c.15.num.6.* adiciens amplius hanc *Bart.* opinionem falſam eſſe, & verſa vice ejus ſententiam iuri contr. eſſe ſiquidem quod dixit *Bart.* non probatur *in d. l. 1. C. de Metall.* imò eſt contra, *l. invitum*, & *l.dudum*, *C. de contract. empt.* & contra omnes iuris regulas permittẽtes omnibus ad eorum libitum res ſuas vẽdere, quam opinionem in Colono Partitario amplexus fuit *Sard.conſ.205.lib.3. nu. 8.verſ.concludo*, & poſt eum *Grat. diſcep. 149.nu.9.verſ.quibus non obſtantibus.*

50 Et his provideri debet non eſſe locum dictæ prælationi, eo magis quia æquitas magna ſuadet ob beneficium Præſidis Gregorii Ganaverro, qui tractavit dictum affictum multo antea quam Illu. Comes ſuper dicto affictu poneret os. Hæc anguſtia temporis accedente ſcripſi ſalva cenſura Dominorum iudicantium; his tamen non obſtantibus allegatis pro Domino Præſidẽte de Ganaverro per S.C. ad relationem Regii, ac Doctiſſimi Viri Conſiliarii Andreæ Provenſani fuit deciſum ad beneficium Dom. Illuſtr. Comitis, ac Præſidentis Vaex, quibus adde *deciſ.noviſſ.Illuſtr. Marchion. Torell. Reg. Capic. Latr.39.1 to.* & ſi prætextu enormis læſionis contractus locationis poſſit reſcindi iuxtà *tex.in l. 2. C. de reſc.vend.videas Ricc. coll.1712.* & 1919.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei ſtabilis facta abſque denunciatione perſonis quibus erit facienda, an dominium in extraneum transferatur, & detur retractus, rem petendi ab eodem poſſeſſore.*

2 *Denunciatio eſt neceſſaria, & de eſſentia alienationis facienda, & quibus perſonis fieri debet nu. 3.*

4 *Denunciatio eſt de forma in retractu alios actus annullatur.*

5 *Statutum mandans contractum celebrari ſub certa forma, ea omiſſa corruit.*

6 *Conſtit.ſancimus eſt exorbitans à iure cõmuni.*

7 *Factum contra legis præceptum pro infecto habetur.*

8 *Forma, & ſollemnitas requiſita ea non ſeruare actus reddit nullum.*

9 *Contrahentes debent contractus magis facere, vt teneat quam vt corruat.*

10 *Contractus ſunt ſtricti iuris, & non amplã recipiũt interpetrationem.*

11 *Aſſenſus eſt ſtricti iuris, & requiritur in alienatione feudi, nu.12.*

13 *Aſſenſus non extenditur de re ad rem de contractu ad contractum, de perſona ad perſonam de tempore ad tempus*

14 *Aſſenſus eſt neceſſarium pro translatione dominii.*

15 *Dictio prius denotat ordinem, & temporis ordinem.*

16 *Ordo eſt modus agendi.*

17 *Actus corruit vbi ordo non ſeruatur.*

18 *Denunciatio, an ſit facienda pupillis, & adultis abſque curatore, vel tutore.*

1 AD nouum notabile, ubi facta alienatione rei ſtabilis abſque denunciatione; requiſita per hanc conſtitutionem ſancimus iuxta ordinem narratum per eam perſonarum, quibus eſt facienda, dominiũ in emptorem extraneum non transfertur, & retrahere volenti dàtur facultas rem petendi, ab eodemmet poſſeſſore, cui fuit res alienata, qua de re addas quid ſit denunciatio, de cujus definitione vide *Benedellum ſuper hanc conſtitutionem Sancimus, nu.39. Bald.hic nu.16. Affl.infra in §.2.num.1.* & an

ta-

Digitized by Google

2 talis denunciatio hic requiſita ſit in alienante & de eſſentia alienationis faciendæ, vide *Bal.in l.comparationes num.19.in fine, C.de fide inſtrumentorum, l.humanum, col.2.nu.3. C.de legibus eaudem in conſ.283.ad medium. lib.1.Angel.conſ.89.Ancher.conſ.36.Tiraq. de retractu, §.36.q.2.n.39.Bened. & Affl. hìc una cum Rendella in verbo denuncietur nu. 11.& Benedell, num.42.fol.45. §.in primis*, ubi ajunt quod ſic, *Grat.diſc.for.cap.434.nu.* 43.cum ſit ordinata ex legis diſpoſitione ſecundnm *Afflict.in §. ut infra 30. dies nu.2.* ideoque neceſſariè eſt facienda ab alienare volente, & perſonis narratis in *conſt. Sancimus DD.& Bart.in l.qui Romæ, §.coheredes, num.4. ff.de verb. oblig.* ſcilicet conſan-
3 guineis, & perſonis conjunctis, & proximioribus in gradu alienantis, ità *Viſitl. ad dec: Affl. 25.n.6.& 7.idem Grat.ſup. cit.in diſcept.forenſ.cap.742.num.1.& 2.*qui loquendo in terminis materiæ retractus ait,
4 quod denunciatio ſit de forma, quæ omiſſa corruit actus, & talis denunciatio facienda infra triginta dies, an ſit de forma eſſentiali, illis, aliunde ſcientibus affirmativè apud *Viu.dec.334.& 336.Marc.con.16.nu.8.*

At ni ſeruetur dicta denunciatio faciẽ da alienatio eſt nulla, ex quò non fuit facta iuxta diſpoſitum preſentis ſtatuti conſtitutionis ſancimus, ſtatutum enim diſponens, ut
5 celebretur contractus ſub certa forma, contractus erit nullus, niſi dicta forma ſervatur, ita *Theſau.filius, quæſt,for.64. lib.4. nu.13.Gutierez. quæſt.21. pract.quæſt.* nam ſtatuta ſunt intelligenda prout jacent, eo magis quando a iuris communis, ſunt exorbitantia DD. *in l. Gallus de lib. & poſth. §. & quid ſi tantum*, ubi *Imola Cacher. Theſa.deciſ. Ped.21. n. 12. & 14.*& ubi denunciatio requiritur per ſtatutum ſemper eſt fa-
6 ciendæ, at cum præſens noſtra conſtitutio ſit exorbitans a iure communi v3.*à l.dudum* dum tollit facultatem alienandi illis volentibus, de rebus ſuis diſponere ad libitum, *ut in tex.* NE HOMINES de REBUS COGANTUR, ALIQUID FACERE INVITI, & dominium non trasfertur in emptorem, quia ſit contra legis præceptum et id, quod fit contra legis præceptum habetur prò infecto, *l.non dubium, C.de legibus, & in §.quia vero auth. de non alienãdo*, & ideò dicit *Angelus in l. 1. ff. de his, quæ in teſtamento delentur*; quod incautè factum habetur pro infecto, *Affl. noſter in conſtit.iuris gentium, tit.de defenſis*, licet ſu-
7 pra ſecus tenet. *in 9.notab.in fine*, imò forma, & ſollemnitas, quæ ex neceſſitate in actu requiritur, niſi ſervetur, redditur actus nullus, *text.in c.cum dilecta de reſcriptis*, imò quod neque pactum tollatur talis forma, & neque per conſenſum, *Frecc. de liquidat.inſtrum. par.8. qu. 3. num.47.* contractus debent contrahentes magis facere, ut teneant, quam ut corruant, *l.quoties, ff.de reb.dub.tex.in l.à Divo Pio*,
9 *§.in venditione, ff.de re iudicata*, ubi *Dom. de Franch. in deciſ.441. num. 6.* & maximè in his contractibus, qui ſunt ſtricti iuris,
10 & non amplam interpetrationem recipiunt, ita *Fontanell.in glo.8.par.14.clauſula 5.nu.* 10.*l.3.§. hæc verba, ff.de negotiis geſtis*, & conſequentes dominium minimè trasfertur non ſervata forma ſupra dictæ conſtitutio-
11 nis, & probatur, nam aſſenſus, quod eſt ſtricti iuris, ut inquiunt DD. & præcipuè *Andreas in §.donare col.4.qualiter olim feu. poteſt alienare*, idem *in cap.1. col.3.tit. qui ſucceſſores teneantur, & de Anna pater in allegat.41.nu.26.*ex neceſſitate requiritur in
12 alienatione feudi, & in contractu feudali, P.*de Franc.dec.153.nu.22. Soccin.conſ.257. citatus à de Anna ubi ſup. nu.33.* cum non extenditur de re ad rem, de contractu ad
13 contractum, ac de perſona ad perſonam, neque de tempore ad tempus, ut idem P. *de Franch.in cit.dec, nu.23.& in deciſ 105. num.2.Andereas in cap.imperialem in princ. in tit.de prohibita feudi alienat.per Freder.*
14& niſi impetretur in eorum venditionibus ipſæ ſunt nullæ, & utile dominium minimè in emptorem transfertur, ad quod transferendum eſt, aſſenſus neceſſarius, ita *Dom. Reg. de Ponte in tractatu de poteſt. proreg. tit.8.§.10.de refut.feudor.nu.11.17.*& dominium minimè transfertur, ut ex noſtra hac conſtitutione colligitur, ut ibi ex verbis
15 ejusdem conſtitutionis (niſi prius) quod verbum prius denotat ordinem ſecundum *Bar.in l.1. C. de novo Codice faciendo nu.7.* ubi ait denotare ordinem temporis, ideoque prius eſt facienda denunciatio, quam venditio ad hoc, ut valeat venditio, ut firmus remaneat contractus venditionis, ita ait *Horatius in 1.lib.ſermonum in ſatira 4.*ubi inquit, quod verbum prius denotatat ordinem, inſuper vide *Rotam Romanam in antiquis dec.21.Caravita ſuper ritib.M.C.V. in ritu num.1.*

16 Si ergò denotat ordinẽ, & ordo eſt modus agendi ſecundum *Bal.in tract.ſchiſmat. col. 3.& Caravita d.Ritu* 1.igitur prius denunciatio, deinde alienatio ſubſequenda eſt,
17 alias inanis eſt actus geſtus, ubi ordo non ſervatur *tex. in l.quæcumque gerimus, ff.de actio. & obligat.* an verò talis denunciatio poſſit fieri, & ſit valida ſi fit poſt alienationem, *Rendella*, & ſcribentes hìc in verbo denunciatio, & an ſit facienda hæc denunciatio ſcienti, adde *Grat. 797.n.9. in diſcep.*
18 Denunciatio hæc, an ſit facienda pu-

pil-

Digitized by Google

pillis, & adultis absque curatoris, & tutoris auctoritate, videas de *Bart. in add. ad Bart. l. non ſolum, §. proximæ morti ejus, qui ff. de novi operis nunciat.*

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui accreſcit cæteris conjunctis per renunciationem, ac aliis extraneis per conſtit. Regni nu. 2.*
3 *Renunciari, an poſſit iuri congrui ab illo, cui competit, nec fuit habita ratio.*
4 *Pœnitentia, an cadat poſt renunciationem iuris congrui factam.*
5 *Ius congrui, an detur contra emptorem rei, quando habet rem contiguam rei, & per pactum dat auctoritatem vicino alienandi rem.*
6 *Renunciatio iuris congrui facta favore alicujus, an pro ſit cæteris, quorum intereſt.*
7 *Renunciatio iuri congrui, quando excludat à iure ſuo.*
8 *Renenciatio facta à pupillo, an debeat auctorizari à tutore, vel curatore.*
9 *Renunciari, an poſſit iuri congrui eo quia introductũ eſt tale ius ob publicam utilitatem.*
10 *Renunciari an poſſit tacitè iure congrui; & an veniat ſub generali renunciatione.*

1 AD decimum notab. ubi per renunciationem accreſcit ius congrui cæteris conjunctis, cui adde *Napod. in conſuetud. ſi ex uno in gl. niſi, nu. 42.* & aliis extraneis per renunciationem conſanguineorum, & vocatorum per hanc extravagantem; add *Specul. de teſtamen. in §. in primis ſuper verſ. propè filius*, & facta intuitu unius tantum an accreſcat illi, an vero cæteris *Caſtrenſ. ib. li b. 1. §. fin. ff. ad trebell. l. pan. C. de legat. DD. in l. qui ſuperſtitis, ff. de acq. hæredit. & Benedel. in tract. eod. in §. cauſa verò dotis, num.* 59. & quæ requiratur, ad hoc, ut ſit valida, videas eundem in *§. ſcriptum eſt, in verſ. ſcias quid ſit renunciatio, Bardum in tract. eod. ad Bullam Xiſtinam, quæſt. 6. nu. 6. P. de Franch. dec. 346. par. 2.* ubi refert deciſum,
3 quod huic iuri congruo renunciari poſſit ab illo, cui competit, nulla habita ratione de *Vrſil. ad Affl. in dec. 397. Caßan. in conſuet. Burgund. Dec. in cauſ. 112. Socc. conſ. 89. vol. 1. quæſt. 2. nu. 8. Tiraquell. in tract. de retractu conſanguin. gloſ. fin. nu. 24. & ſeqq.* & enndem *Affl. in dec. 89. ubi Vrſillus nu. 2. & ſeqq. & in dec. 378. nu. 7. 8. qui Vrſill. cit. Tiraquell. ubi ſup. cit. etiam à Dom. P. D. Andrea Molfeſ. in conſuet. Neapol. in comm. ad. easdem p. 4. quæſt. 1. numer. 19. tit. de renunc*
4 Pœnitentia an cadat poſt factam talem renunciationem, videas *Boæ. dec. 76. num. 9. fol. 190*, ubi tenet, quod non poſſit amplius pœnitere, & iterum habere regreſſum ad renunciatum ius congtui per *tex. in l. qui Romæ, ubi Bart. ff. de verb. obligat.* & eundem *Boer. in dec. 248. & Guidon. Papa in deciſ. 602. Grat. diſcept. for. cap. 672. nu. 2.*
5 Ex hoc infertur ad quæſt. quam movet *Nopod. in conſuetud. 1. tit. de iure congrui, nu. 12. 13.* quid quando quis habet rem contiguam rei vicini, & per pactum dat auctoritatem dicto vicino rem alienandi, ſeù vendendi, an ſi poſteà vendat, habet ius congrui contra emptorem, videas eundem *Napod.* ubi diſtinguendo ſolvit quæſtionem.
6 Renunciatio autem ſupradicta ſi fit favore unius, an prodeſt cæteris, quorum intereſt DD. in *l. iubemus, ff. ad S. C. Vell. Pariſ. 12. nu. 9. vol. 1. & vol. 2. conſ. 12. nu. 95. Ruinus conſ. 204. nu. 3. vol. 1. Bretrand. conſ. 133. vol. 9. n. 1. & Becc. conſ. 74. vol. nu. 23. Surd. deciſ. 209.* & quando excludat à iure ſuo
7 renunciantem talis renunciatio idem *Surd. dec. 231. nu. 12. Dec. ab eod. cit. in conſ. 389. nu. 10. Cravetta conſ. 24. Menochius conſ. 1. 209. Bec. conſ. 30. nu. 4.*
8 Renunciatio verò facta a pupillo, an auctorizari debeat à tutore, vel curatore, *gloſ. in l. tutor, ff.* de *bonor. poſſ. Bart. in l. fin. ff. ubi pupillus educa. debeat*, & facta cum cauſa; ceſſante cauſa ceſſat dicta renuncia-
9 tio, idem *Surd. in dec. 163. nu.* & an poſſit renunciari huic iuri poſtquam propter publicam utilitatem fuit introductum *Affl. in conſtit. Regni, Conſtitutionem divæ memoriæ, nu. 36. Muta ſuper conſuet. Panormitana, cap. 31. nu. 36. Gomez. in Regul. Cancell. apoſt. in tit. de infirmis reſignantibus.*
10 An autem poſſit huic iuri congruo tacitè renunciari, & an comprehendatur ſub generali renunciatione *Grat. diſcept. for. cap. 345. nu. 51.* & ſi iuri futuro poſſit renunciari, & an veniat ſub generaliſſima renunciatione *Grat. diſcept. cap. 346. nu. 1. 11. 12. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Baſtardi, qui utuntur in ſegniis domus, an competat eis ius congrui.*
2 *Arma, & inſignæ alterius familiæ nemo aſſumere poteſt, & quid prælaſtando.*
3 *Arma reperta in Eccleſiis, an quis poſſit removere ob devaſtationem Eccleſiæ, vel*
4 *remanere debent.*
Appoſitio armorum in Eccleſia, an meri-

Digitized by Google

tum conſequatur apud Deum.

5 *Baſtardorum triplex differentia.*

6 *Baſtardi nequeunt portare arma de domo nu.8.*

7 *Baſtardi filiorum appellatione quando non veniunt.*

9 *Baſtardi non dicuntur de domo patris, quia non ſunt de agnatione, neque de familia patris, & quando; ſed contrarium in Italia practicatur n.9.10. & alibi.*

11 *Baſtardi portant arma cum aliquo ſigno.*

12 *Stante ſtatuto quod filii nobilium præferantur in aliquo privilegio, an includat baſtardos, & ſi teneat talis poſitio invitis cognatis num.13.*

14 *Baſtardi filii Doctorum, an gaudeant nobilitate ipſorum.*

15 *Baſtardi, an veniant appellatione familiæ.*

16 *Nobilitas Patris, an tranſeat ad baſtardos, & an dicantur de agnatis, & promoveri ad ſacros ordines, an poſſint ſuſcipere habitum Hieroſolomitanum.*

17 *Vaxalli, an teneantur in ſubventione dotis filiæ baſtardæ.*

19 *Baſtardi poſſeſſores ſunt manutenendi in tali poſſeſſione beneficiorum, nec aliter turbandi.*

AD verſ. item quæro *nu.* 32. ubi ait *Afflict.* in fine, quod baſtardi de generali conſuetudine hodie utuntur inſignis, & armis domus parentum, & conſequenter etiam de generali conſuetudine datur eis ius congrui, & admictantur ad petendum iuxta diſpoſita per præſentem conſtitutionem, cui adde *Mynſing. cent.* 1. *obſerv.* 354. quem citat *D. Ep. Ricc. collect.* 2300. ſi probetur primo genitura per hoc, & nomen ferendi inſigna, armaque de familia in perpetuum, videas laborioſiſſimum, ac doctiſſimum *Font. dec.* 32. *par.* 1. Arma, & inſignia alterius familiæ nemo aſſumere poteſt, & ſi baſtardus arma agnationis extollere poteſt, videas eundem *D. Ricc. collect.* 4129. ubi plura colligit ad materiam, & ſi arma reperta in Eccleſiis, antiquis ſi poſtea removentur propter Eccleſiæ devaſtationem, an remanere debent, & ſi appoſitio armorum in aliquo pio opere, facit meritum, quo ad Deum ceſſare idem *Ricc. in collect. eadem*, & *in alia* 4201. & 76. *par.* 4. quod ſecus de iure communi, ut idem *Afflict.* hic.

Adde etiam, quod triplex eſt baſtardorũ differentia ſecundum *Gugliel. de Bened. in cap. Raynutius, verſ.* & *uxorem glo.* 1. *num.* 104. & 105. & quod Baſtardi non poſſunt portare arma de domo, & familia, ne dicãtur conjunctę perſonæ, de *Benedictis ubi ſup. cit. nu.* 39. & *ſeq.* imo quando agitur de comodo, ſeu honore appellatione, filiorum non veniunt baſtardi idem *Gugliel. ubi ſup. nu.* 43. & an ſi acquiſierunt aliquam dignitetem, & honorem trasmittant ad Patrem, videas *Tiraq. de nobil. cap.* 15. *num.* 30. & addentes ad *Gizzarell. in deciſ.* 10. ubi inquiunt, quod *baſtardi non dicuntur de domo Patris, neque inſigna ejus domus poſſunt deferre*, ut in *num.* 9. citando plures DD. pro hac opinione, & cum eis *D. Nicolaus de Vhaldis Peruſinus in tract. de ſucceſſ. ab inteſtato num.* 52. *par.* 1. *fol. mihi* 109. ubi etiam tenet, quod nec de agnatione, imo nec de familia eorum Patris tales baſtardi dicuntur, cum iſti ſordes non ſunt computandi inter præcipuos, nullaque gaudent nobilitate etiam ſi à nobilibus deſcendat, imo neque veniunt appellatione nobilium ſivè loquamur in favoralibus, ſivè in odioſis, cum tales nullam retineant cognationem, ex parte Patris, *l. ſi ſpurius, ff. unde cognati. Imola in l. ex facto, §. ſi quis rogatus col.* 14. *ubi Alex. col. ult. ff. ad trebell.* & alii, quos citat *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 54. *num.* 51. & 52. nec inter illuſtres, *argu. text. in l. ſi qua illuſtres, C. ad orificia*; imò neque arma parentum portant, ſecundum *Butricarium cap. pervenerab. tit. qui ſunt legitimi*; licet communi uſu ſervetur contrariũ in noſtra Italia, ut idem *Butricar.* & *Afflict. noſter* referunt *Bart.* ita etiam refert ſic ſervari in tuſcia, ut in *tit. de inſignis, & armis in verſ. quęro qualiter*, ſic etiam ſervari inquit in ejus patria *Boe. in diſc.* 127. *num. finali*, ubi baſtardi portant arma legitimorum tantum cum aliquo ſigno, puta, cum una Barra, & exiſtimantur ut nobiles, & ſunt exempti ab impoſitionibus, & datiis, & ſubſidiis, de quibus videas *dec. Guid. Papa* 580. & *in ſingul.* 597. & *in §.* 2. & ſic ſervari in diverſis locis, etiã extrà Italiam teſtatur idem *Vhaldus nu.* 53. *loc. ſup. cit.* & ſic etiam ſervatum, ac fuiſſe deciſum refert *Gaſpar. Theſau. in Senatu Pedemontano, quæſt. forenſ. qu.* 45. *nu.* 3. *in fine*, cui accedit *Theſaurus Pater in deciſ. ult. ejuſdem Senatus num.* 33. de quibus etiam videas apud *Emin. Card. Paleot. de notis, & ſpuriis cap.* 61. *nu.* 7.

Et dictante ſtatuto, ut filii nobilium præferantur in aliquo privilegio, an includat etiam illorum baſtardos, vide *Angel. conſ.* 33. quem refert idem *Vhaldus loco ſup. cit. nu.* 53. 54. ubi tenet, quod non, quem etiam ſequitur *Dominicus de S. Geminiano in cap. ſtatutum de hęreticis, in* 6. & ſi poſſet quis in teſtamento ordinare, ut portentur ejus inſignia, & arma, videas eundem *Theſau. Patrem in dec. ſup. à finali*, & ſi tenet

Digitized by Google

net talis diſpoſitio invitis agnatis, & cognatis, & de familia, videas ad hoc *Gaſparem filium in add. ad Patrem in cit. deciſ. finali num.* 1. & ſi baſtardus dici poſſit de familia, videas *Bart. in l. prænunciatio, §. familiæ, ff. de verb. ſignif.* & ſi filii Doctorum, ac nobilium baſtardi gaudeant eorum nobilitate, ac privilegio, & quid in atrocib[14]us, & immanibus delictis videas *Dec. Reg. Sanſel.* 56. *par.* 1. & in anno 1651 die 21. Menſis Maii fuit dubitatum in M. C. V. ſi Franciſcus N. filius naturalis qu. I. V. D. Franciſci Antonii N. gaudere debebat privilegio nobilitatis ſui Patris non obſtante, quod erat naturalis, qui propter crudele homicidium commiſſum in perſonam N. fuit condemnatus per M. C. & per Reg. Coll. Conſil. facto verbo coram Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Prorege Comite Onate, ubi fuit dictum, quod decapietur, & ſic gaviſus fuit privilegio nobilitatis ſui Patris, non obſtante, quod erat naturalis, & fuit decapitatus propè Caſtrum Nouum, ſed audivi, quod aderat legitimatio ejus perſonæ Actuarius Grimaldus, & an veniant baſtardi appellatio[15]ne familiæ, videas noſtrum *Afflict. in conſtit. Regni, ut participatio tit. de injuriis curialibus illatis nu.* 11. & an nobilitas patris extendatur ad filios baſtardos, & an dicantur de agnatione, & ſi poſſunt doctorari, & fieri Notarios videas *Paſcalem eius util. tract. de vir. patria poteſt. cap.* 2. *par.* 3. *nu.* 9. 10. & an ad ſacros ordines, eccleſiaſticas dignitates promoveri, eundem *nu.* 6. & *nu.* 17. & an poſſint ſuſcipere habitum militum Hyeroſolimitanorum, & [17]an Vaſſalli tenentur in ſubventione dotis filiæ baſtardæ, ſeù ſpuriæ Baronis, eundem *Phil. Paſcalem nu.* 15. *nu.* 20. *ſupra in eodē cit. loco*, & plura ad materiam eundem *Paſcalem*, & *Petrum Vbaldum ubi ſupra*, & ſi tales baſtardi poſſeſſores tueantur re[28]gula triennali, ut non poſſint inquietari in poſſeſſione titulo poſſidentes beneficia *Ricc. collect.* 2395. *ampliat.* 11. & *Garz. à Toleto, ab eo allatum in dec.* 7. & *dec.* 79. & an baſtardo clerico competat fori electio detecta illegitimatæ *Gram. dec.* 81. P. *de Franch. dec.* 189. & ſi armorum affixo arguat, vel re dominium, & arma Baronis, qui habet ſolam criminalem iuriſdictionem, an ſit dipingenda in mæniis Civitatis *Ricc. in collect.* 1608. & ſi ſuccedant, vel ne in feudo idem *Ricc. in collect.* 2254.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus, an habeat ius congrui debet habere rem collateralem, & eſſe Dominum.*
2 *Retrahens, an teneantur habitare domum, quæ eſt propè eius vicinum.*
3 *Conſanguinei præferuntur vicinis.*
4 *Ius congrui, an competat vero domino, vel putativo.*
5 *Ius congrui nec quando venditur feudum.*
6 *Vſufructuario an detur exercitium iuris congrui, & quid in uſufructuario Barenſi nu.* 7.
8 *Dictio quaſi denotat improprietatem.*
9 *Dominii ſpecies duæ.*
10 *Ius congrui datur pleno domino, & qualiter.*
11 *Verbum habere capitur multifariam, & refertur ad dominium nu.* 13.
12 *Dominium, qui habet plenum, & totum verè dominus dicitur.*
14 *Habere rem dicitur qui poſſeſſione dominium, & detentionem rei poſſidet.*
15 *Habens rem communem cum aliquo, an admittatur ad retrahendum, quod non procedit in uſufructuario, nec ſocio nu.* 16.

1 AD verſ. item quæro *num.* 36. vbi *Aſſli.* concludit, ad hoc ut conſanguineus habeat ius congrui, oportet habere rem collateralem, & rei collateralis eſſe Dominium, ubi ait, *quod ſic etiam tenet Bald. in hoc tractatu*, cui adde *Benedellū in §. eod. in verbo Parētes nu.* 12. 13. 14. *et DD. citatos à Bardo hìc in §. 4. nu.* 5 *notab. in Bulla Xiſtina in verſ. ex hoc §. in primis quæro*, ubi an tenetur is, qui retrahere vult domum habitare, quę eſt propè eius vicinum, & 2 concludit quod non idem, *Rendella in §. in empbyt. num.* 73. *verſ. caue ibi* conſanguinei ſunt præferendi, qui vicinitate vera 3 coniunguntur, vt in *gl. habere in princ. num.* 3. *uſque ad.* 6. ubi concludendo poſt diſputatam præſentem quæſtionem tenet cū *Bald. Caputo, Aff. Napod. & Præſ. de Franch. in deciſ.* 242. competere hoc ius vero Domino, etiamque putativo Dom. iuxtā *text. in l. ſuos, vbi gl.* 1. *ff. de leg.* 3. perſonæ verò, que poſſunt contrahere, & uſque ad quem gradum, quæ ſint videas *Petrum de Greg. ſyntag. iuris par.* 3. *cap.* 13. *lib.* 2.

5 Ad id, an ius congrui detur conſanguineo quando venditur feudum, adde *Tiraquell. de retractu hìc num.* 9. 10. allatum à *Gl. Andreæ Iſernienſis in tit. ſi de feudo fuerit controverſia, gl. generaliter, §. ſi vaxallus*, & uſque ad quem gradum porrigitur ſuos. hæc circa feudorum ſucceſſio-

Digitized by Google

nem idem *Petrus de Gregor. ſyntag. iuris loco ſupra cit. & ad verſ. item quæro ſup. in 4. notab. adnotaui num.* 37. ubi quærit *Afflict. de uſufructuario*, an ſcilicet ei de-
6 tur facultas exercendi ius congrui, & concludit *Napod. in conſuetud. 1. hoc in eodem tit. de iure congrui in gloſ. 1. & in gl. alicuius nu.* 30. *quod non*, & *Rendella in gl. per emph yteuſim, nu.* 68. 69. *cum ſeqq.* & quid in uſufructuario in Terra Barenſi
7 diſponatur, videas eundem in loc. ſup. cit. qui declarat eandem Barenſem conſuetudinem, & ratio cur, non detur uſufru-
8 ctuario ius retrahendi eſt, quod non eſt propriè Dominus, ſed quaſi, quæ dictio quaſi denotat improprietatem ait *tex. in l. in facto, ff. de condit. & demonſtrati.* deoque *Petrus Greg. in ſyntag. iuris uniuerſi p. 1. lib. 1. cap. 12. tit. de dominio, & proprietate, & poſſeſſore nu.* 70. inquit *duas eſſe*
9 *ſpecies dominii vnum proprium, quod eſt eius, cuius eſt proprietas, aliud improprium, quod eſt eius, cuius eſt uſusfructus, iuxta tex. in l. 1. § quod ait, ff. de ſuperficieb.* & primum eſſe proprium, aliudve improprium, & quaſi, & ideò proprio,
10 plenoque domino datur hoc ius, non verò improprio domino, aliud dicitur plenum dominium eſtque illius, cuius eſt nuda proprietas, & uſufructus *tex. eſt in l. rectè dicimus, ff. de verb. ſignif. Bart. in l. 4. ff. de vſufructu*, & quod hoc ius cõgrui detur proprio, ac pleno domino, tam in uſufructu, quam in proprietate, non autem improprio, vel proprio ſimpliciter; probatur ex noſtra conſtitutione ibi in verbis, Si QVIS HA-
11 BET, ubi uerbum habere multipliciter capitur, ut in *tex. in l. habere, ff. de verb. & rer. ſignif. & in l. id apud ff. eod.* & *Rendella* ait, quod hoc verbum intelligitur, propriè
12 de illo, qui habet dominium plenum, & totum, non autem de eo qui habet ſimplex dominium, vt in *Gl. habere in principio*, vbi ita concludit eum *Dom. Caputo* aliiſque Doctoribus, & in ſpecie, cum *Iacobo Nouello hic nu.* 141. ſed vſufructuarius, cuius res vſufructuaria non eſt ſua, ei hoc ius retrahendi minimè competit, imò neque proprietario ſed pleno domino plenam habenti proprietatem, & vſumfructum, ſi adeſt ex alio latere, nam iſte dicitur habere potiora iura, ita *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 752. *nu.* 75. ſic etiam probatur quod tale verbum habere refertur ad dominium, & poſſeſſionẽ,
13 *l. ſtipulatio iſta, ff. de verb. obligat. § hac quoque in verſ. habere l. 2. § 1. ff. de religioſis, et ſumptibus funerum, l. 1. § poteſtatis, ff. de peculio*, cum aliis allatis per *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 838. *nu.* 6. cum præſertim habere rem dicitur, qui poſſeſſionẽ dominiũ, deten-
14 tionemque rei poſſidet, & detinet, ità *Rebuffus in l. id apud, quis in fine, verſ. notandum, ff. de verb. et rerum ſignif. Grat. diſcept. forenſ. cap.* 372. *n.* 20. *idem in cap.* 842. *nu.* 38.
15 & ſi haberis rem communem cum alio admittatur ad retrahendum, *Gregor. Lopez in l.* 55. *tit.* 5. *par.* 5. *in verſ. commu. & Mathienſ. in l. p.* 3. *glo.* 3. *num.* 11. *tit.* 11. *nouæ recompilationis lib.* 5. *ſuper conſtit. Hiſpa.* nam dicunt *habere illam locum in uſufructuario, quia nec ſocius, nec conſorſ. eſt*,
16 *in dominio* quod etiam voluit *Gomez in legib. Tauri ad l.* 70. *nu.* 32. *per text. in l.* 1. *§. ſi verò gratias, C. de manumiſſionib.* hæc illius Illuſtr. Viri Patritii Neap. noſtræ Civit. nunquam ſatis laudati Domini Fulvii de Conſtantio olim Regii Conſiliarii, ac deinde à latere Regentis meritiſſimi, qui tempore, quo ſuſcepi gradum Doct. non dedignatus eſt me honorare ſua præſentia, quod fuit in anno 1624. Decembris die 7. *in comment. trium librorum ult. C. tit. de vendit. rer. fiſc. num.* 44.

SVMMARIVM.

1 *Filii Baſtardorum licet legitimi, an admittantur ad ius prothomiſeos.*
2 *Mater Baſtardorum reſpectu eorum bonorum an retrahant, dumodo non ſit Illuſtris.*
3 *Excluſa familiæ cenſentur deſcendentes excluſi.*
4 *Filii hæretici aut excommunicati maiori excommunicatione, an admittantur ad illorum ſucceſſionem.*
5 *Filii inquiſitorum de uſuraria pravitate an admittantur ad ſucceſſionem.*
6 *Baſtardi an retineant nomen familiæ, & an poſſint uti armis, & inſigniis domus.*
7 *Baſtardi an poſſint acquirere aliquam dignitatem, & an ius accuſandi nu.* 8.

1 A D verſ. iuxtà hoc quæro, ubi *Affl.* ait, quod neque filii baſtardorum quamvis legitimi nati ſint, admittantur ad ius prothomiſeos, nam nulla bona conſequentia poteſt eſſe legitima, ex infecta radice, cuius propter dicta, & addita ſuperius, videas ad hoc *Capic. dec.* 81. & eundem *Phil. Paſcal. in præc. cap.* 2. *par.* 3. *nu.* 25. & *Tiraquell. de nobilitate cap.* 25. *nu.* 24. qui tenent contrarium ex mente *Salyceti in l. fin. col. penult. C. de naturalibus liberis v.* 3. quod matula, ac Patris defectum eis non debet nocere, ubi alia apud eundem *in apoſt. incipiente*, & propterea dixit *verſ. ex cauſa in conſuetud. Neapolit. 1. tit. eod.* at pro *Afflict. opinione*, videas *Napod. ab eod. cit. in loco, ut ſup.* & *Bened. in eod. hoc tit. tit. in princ.*

Digitized by Google

2 *princ. conſt. num. 29. limit. 4. princ. quæſt.* ubi non ſolum tenet, quod hoc ius minimè locum habeat in baſtardis, ac notis, verum nec in eorum filiis ita tenet etiam *Petrus de Greg. ſyntag. iur. uniu, in lib. 26. par. 3. cap. 17. num. 9. in fine*, vbi nec baſtardi, neque eorum filij poſſunt retrahere *Guliel. de Benedictis in cap. Raynutius in verbo uxorem, verſ. dec. nu. 198.* licet hoc fallit in Matre reſpectu eius bonorum cum certi ſint filii Matribus, ideò ius proximitatis retinent, ut *nu. 10.* domodo Mater, non ſit illuſtris perſona, nam ad contumeliam familiæ vitandam repellerentur à ſucceſſione ita etiã excluſa familia à ſtatuto cenſentur
3 eius deſcẽdẽtes, excluſi licet *Maſculi DD. in §. quia de his, qui feudum dare poſſunt; Andreas in cap. 1. de gradibus. Anch. conſ. 334.* & *conſ. 339.* allatus *à Gaſpare de Leo, ſup. apoſt. d. verſ. & omnia, eiusd. conſuet. 1. eod. tit. poſt gl. Napod. incipientem ex maſculis,*
4 *nu.* ſic etiam Patre exiſtente hæretico, vel majori excommunicatione damnato licet eius filii non ſint excommunicati, tamen ad ſucceſſionem, eius bonorum non admictuntur, niſi pœniteat, nam peracta pœnitentia, admictuntur ſecundum *Napod. in gl. præter quam ſuper conſuet. Neap. ſi quis, vel ſi qua, nu. 194. per tex. in cap. accuſatum, ubi Archidiac. de hæret. in 6. in gl. & ſic nota*, ita etiam per forjudicationem Paternam amittant bona Paterna, eorumque ſucceſſionem, ut per *Dom. de Franch. in illa celeberrima dec. 102. & per Affl. ſuper conſtit. forjudicatorum bona*, & per eundem *Præſ. in alia dec. 113. Affl. ſuper conſtit. pœna eorum. Reg. Rovit. ſuper Prag. in rub. de ſent. forjudic. nu. 29. cum ſeq.* & demum *Afflict. in dec. 282. nu. 16. ubi Vrſill. nu. fin.* idem *Afflict. ſuper conſtit. Regni, ſi quando, de pœnis forjudicatorum, & bajulo dando, Fabius de Anna conſ. 112. nu. 25. Freccia de ſubfeudis auct. 29. nu.*
5 *11. & ſeq.* & quid ſi filii inquiſitorum de vſuraria prauitate, vide *ſup. cit. Dom. de Franch. in dec. 23.* & poſtremum *Benedel. in loco ſup. cit. limit 4. principalis regulæ*, & an baſtardi retineant familiæ nomen, & ſi ſtrictè, ac propriè dicantur de domo, an
6 poſſint vti armis, & inſignis domus, ac nobilitatis, adde, ac videas *Dec. Reg. Sanfel. 58. et Gaſp. Thef. 99. forenſi queſt. 45.* &
7 an poſſint hi tales acquirere aliquam dignitatem, negativè *Riccius in coll. 4188.* & accuſanti ius, num iſtis naturalibus, &
8 illegitimis competat pro morte alicuius conſanguinei naturalis, uel ſpurij, & ius accuſandi, vel remittendi, quibus competat, vel ne, videas *Afflict. deciſ. 96. Rovit. deciſ. 25. Fabr. ſuper cap. in tit. de naturalibus libe-*
diff. 2. citatos à Do. Donato Ant. de Marin. in reſoluti 9. quotid. reſol. 4. lib. 2. c. 4.

SVMMARIVM.

1 *Locatarius an poſſit petere rem conventam iure congrui ſi eſſet ad longum tempus.*
2 *Ius retractus, an detur in contractu emphyteutico.*

1 AD *uerſ. item quæro*, an locatarius poſſit petere rem coniunctam iure congrui, ſi eſt locatarius ad longum tempus adde, præter dicta per nos *ſup. in 3. notab. Grat. diſcept. forenſ. ibidem allatum in diſcept. cap. 460. num. 2. 33. 5.* quia vt diximus ſupra per eam, etiam transfertur vtile dominium habeturque, vt contractus emphyteuticus, & non militans in vno, militet in alio, ſed vt ſupra oſtendimus in contractu ẽphyteutico,
2 datur iſte retractus, vt ex verbis eiusdem noſtrę cõſtitutionis inſpicitur. *Dec. in auth. qui rẽ poſt prin. C. de Sacro Sãct. Eccl. Natta cõſ. 114. n. 9. Ale. cõſ. 118. n. 12. cit. ab eo. Grat. ut ſup. cit. locupletatur per tex. in c. 1. §. donare tit. qualiter olim feud. po. aliena idem n. 58. & d. Vinc. Caroc. in tract. de loc. & conduct. par. 5. tit. de iure congr. per totum, qui citat Afflict. ubi ſup. Rendel. in gloſ. habeat nu. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus ſi reviviſcat, an reſtitui debeat uſufructuario quando emptor ab eo proprietatem emens, & inde amiſſa.*

1 AD *uerſ. item quæro nu. 40.* adde *Benedell. eod. in tract. de iure protho. in §. in primis nu. 115. Rendella eod. in hoc tractatu in gloſ. per emphit. nu. 65. cum ſeq.* vbi *Surd. in dec. 51. num. 24. & per nos ſup. in hoc eod. §. poſt. 3. notab. in verſ. ſed quid*, vbi etiam fuit de hac quæſtione tractatum: addo *M. Manl. nu. 27. eod. tract. de iure congr.* ubi ſi empta proprietate ab uſusfructuario, eaque amiſſa, ſi uſusfructus reviviſcit iterum *Surd. in præcit. dec. n. fin.* videas *Grat. ad hanc quæſt. in diſcep. cap. 842. n. 38.*

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui an competat marito nomine rei dotalis, an uerò uxori.*
2 *Res uxoris dicitur eſſe uiri, & quando.*
3 *Vir, & uxor una caro, & una perſona.*
4 *Res domus, & ſimiles datę in dotem eſtimatæ marito locus habeat retractui dum non erant datæ ad finem transferendi do-*
mi-

Digitized by Google

minium, & quando hoc procederet num. 5.
6 *Maritus an dicatur dom. dotis, & qualiter, nu.* 9.
7 *Statuto ſtante, quod nemo vocetur ad officium, niſi centum poſſideat, an dos comprehendatur in ipſis centum, vt etiam dos cenſetur obligata.*
8 *Dos eſt immunis.*
10 *Maritus dominus dotalis eſt quando res dantur eſtimata.*
11 *Aeſtimatio facit alienationem, & debetur laudemium.*
12 *Ius congrui an competat viro, vel mulieri cum maritus non ſit dominus in rebus non eſtimatis.*
13 *Maritus agit etiam nomine vxori ſimul iure congrui.*

1 AD *verſ. item quero*, an ius congrui cõpetat marito nomine rei dotalis, an vero vxori, cõcludit *Aff. hic*, quod marito, cum ipſe ſit Dominus dotis adde *Bart. in l. doce ancillam num.* 2. *C. de rei vend. l. & ſi dotis num.* 11. *C. de iure dotium, & magis clarè in l. Pantonius, §. in dotem num.* 2. *ff. de acquir. hæred. cum Bart. tenet, etiam ſic gl. in l. in rebus, C. de iure dot.* & ita vnanimiter
2 per omnes DD. dum etiam viri, dicuntur res vxoris, & è conuerſo propter comunionem familiæ, licet impropriè iuxta *tex. notabile, in l.* 1. *§. ſi vir, ff. ad Syllan.* cum vna caro,
3 eademque perſona dicantur *Tiraquell. in repet. l. ſi vnquam in præf. nu.* 121. *& ſecundũ Diuum* Marc. *in Euang. cap.* 10. *Font. de pactis nuptia. claus.* 4. *par.* 1. *gl.* 7. *num.* 68. adde *Grat. diſcept. cap.* 745. *à nu.* 89. *vſque in finem*, vbi refert, quod quædam domus &
4 apothecæ, quæ erant datæ in fundum dotis, licet æxtimatæ quod talis æxtimatio, non erat ad finem dominij transferendi in marito, ſed alium finem dominij transferendi in marito, ſed alium finem; & propter hoc fuit denegatus ius congrui, hac de cauſa, cum dominium non dicitur translatum; niſi realiter, quando cum effectu res dotales ęxtimatę dẽtur iuxta *tex. in l. ſi æxtimatis, ff. ſol. matri-*
5 *mo.* ergò ſi dantur æxtimatione, quæ facit emptionem, tunc dominium transfertur, & congruum habet locum in eis, & maritus poterit illum petere contra alios, videas *Conſtat. Roger. in tract. de dote in quæſt. quã facit in rub. quid ſit dominus dotis*, ubi
6 tenet, quod verè, ac propriè loquendo, non dicitur abſolutè dominus dotis maritus, ſed qualificatus, ut in 1. *verſ. or quia*
7 *quid*, & ideò dictante ſtatuto (inquit ipſe) ut nemo vocetur ad officium aliquod, niſi centum, in bonis poſſideat, an dos computabitur, in his centum, ait quod non, ratio eſt, nam poteſt eſſe, ut ille malè adminiſtraret officium, propter quam malam adminiſtrationem, bona dicuntur obligata, & conſequenter dos fuiſſet obligata, & tè mulier indotata remaneat, cum infelix mulier indotata; eique expedit de dote eſſe cautum, iuxta *tex. in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* & haberetur recurſus ad eam in tali caſu, iuxta *gloſ.*
8 *in l. ſubeunda, C. de decurionib. lib.* 10. & quod dos eſt immunis, quo ad hoc *§.* 1. *inſt. quibus alienare licet, vel non*; ergò, &c. cum quo *Rogerio* concordat *Dom. Fontanella de pact. nupt. gl.* 8 *p.* 8. inquiens maritus li-
9 cet nuncupatur dominus rerum dotalium, tamen verè dominus non eſt, ſed immagina-
10 rius, cum verè ſit uxor dominæ *d. l. in reb.* at ſecus ſi extimata res dotales fuerint ei datæ, tunc dominus eorum eſt ipſe maritus,
11 idem *Fontan. ubi ſup. num.* 20. nam per extimationem fit propriè alienatio, ait idem *Fontan.* & per eam laudemium deberetur, ut in *nu.* 28. & *Amed. de Ponte in ſuis quæſt. q.* 29. & ideò ſubſequenter quæri poteſt ex his.

12 Si marito, & uxori ſimul detur ius congrui, cum maritus non ſit dominus in rebus non extimatis, ſed quaſi, quæ dictio, ut dictum eſt ſupra, denotat improprietatem, & in ſtatutis improprietas locum non habet, hoc fortaſſe propter communem uſum loquendi, ità *Roger. in loco ſup. cit. in. tit. de extenſiua ſtatutorum interpretatione*, §. *ampliari, verſ. præmiſſa Surd. deciſ.* 192. *num.* 7. *Theſaur. in lib. quæſt. forenſ. quæſt. Rendella*, qui diſputat habet valdè ſolemne, *in eod. tract. de iure prothomiſ. in gl. habere in num.* 12. *uſque ad* 15. ubi concludit omnibus competere ius congrui, tam uxori, quam marito, & denunciationem requiſitam; eſſe utrique ſimul faciendam, ſivè extimatæ, ſivè non extimatæ res dotales datæ ſint, nam extimatio fit, ut inquit, ad ſciendum valorem rei in dotem datæ, ſicut ait *Grat. in diſcept. forenſ. cap.* 74. *in fin.* ſed ſi
13 ſolus ipſe uult agere debet nomine uxoris, ita etiam *Benedellus hic in §. in primis n.* 50. *quæſt. Ampliat.* 7. vel omnes in ſimul agere, ac petere, ſicut in praxi ſervatur in noſtris tribunalibus in petitionibus formandis, quæ ad inſtantiam utriusque formantur, ut fuit in cauſa Marci Antonii Vivaldi, & Elionoræ Buon fr iſco conjugum, cõtra Carminum Calvanenſium.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes mariti, an teneantur prædium retractum uxori reſtituere, vel eius hæredibus.*

1 AD id verò, quod ait *Afflictus*, quod ſoluto matrimonio hæredes mariti poſt

poſt eius mortem tenentur dictum prædium retractum uxori reſtituere, vel eius hæredibus. Nota nam iſte articulus etiam diſputatur *à Rendella loco ſup. cit. num.* 15. *& ſeqq.* ubi licet cum *Tiraq.* prius, ac *Peregrino* diſtinguendo teneat pro marito, & hæredibus mariti, tam pro uxore, & hæredibus eius in fine concludendum cum *Afflict.* ait, ut uxori, vel eius hæredibus reſtitutio ſit facienda, dum occaſione ipſius rem habuit, *l. ſi vero, §. item quidquid, ff. ſol. matrimon. Dom. de Frãch. deciſ.* 172. *num.* 2. *qui declarat d. §. quid quid*, ita apud *Vitalem Neumaſenſem in clauſ.* 90. *in rub. ex quibus cauſis, ſimulatio preſumi poſſit, Angel. conſ.* 145. *Aret. inſtitut. de legatis, §. ſed ſi uxori, Boer. dec.* 23. *nu.* 3. 4. *fol. mihi* 55. *Benedell. in tract. de iure prothom. in ampliat.* 38. *num.* 174.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui qualiter competat vicini pluribus exiſtentibus ex vno latere, & vnus ex altero latere.*
2 *Res vendita, ſi fuerit indiuiſibilis, quid agendum.*
3 *Præuentio, quando locus erit inter vicinos.*
4 *Præoccupatio an militat in venditione rei venditæ pro iure congrui deciſio M. C. V. & S. C. refertur, n.* 5.
6 *Ius congrui, eſt indiuiduum.*
7 *Habens ius potentius præfertur in iure congrui, & habentis neceſſitatem, n.* 8.
9 *Ius congrui admittitur, vbi eſt neceſſitas.*
10 *Res vendita, ſi commoda, diuidi non poteſt ob retractum ſtante concurſu creditorum proceditur ad venditionem, & in præcio audiuntur, & caſus occurſus refertur, n.* 11.
13 *Ius congrui, an poſſit cedi, & repertur deciſio, num.* 14. *& ratio affertur, n.* 17.
15 *Ius congrui triplex eſt.*
18 *Ius congrui, an re vendita tranſit cum ipſa affertur deciſio, n.* 19.
20 *Ius congrui an tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem.*
21 *Tempus conceſſum pro re vendita, vt trahatur iure congrui currit tam cedentis, quam ceſſionario.*

1 AD *vlt. notab.* ait *Affl.* quod ſi ſunt plures vicini, ex uno latere, omnibus competat talis ius, inter eos æqualiter diuidendum; ſecundum eam partem, quæ erit iuxta fundum, vel terram ſuam coniunctam, dic etiam hoc eſſe diſpoſitum per noſtram conſuetudinem, *ſi ex uno*, ubi etiã inquit conſuetudo prædicta, vt ſi ex parte unius lateris, plures extant, & ex alter[o] vnus, tantum; quod medietas competat uni, & alia medietas, aliis, adde *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 526. *num.* 4.

2 Sed quæras, ſi indiuiſibilis erit talis res vendita, ità vt commodè diuidi non poſſit, quid agendum, *Napod. in gloſ. ea parte num.* 87. *eod. tit. de iure congrui*, multas refert reſpoſiones, & inter alias illam, v3. vt detur habenti maiorem partem, vel ius potentius, ſeù efficacius, quod magis rei, de qua agitur coniungitur, *arg. l. ſi quæ conuentiones, ff. fam. erciſc. l. libertas, §, cum ſimus, ff. ad municipale, cap. ſi duobus de appellat. Grat. diſcept. forenſ. cap.* 745. *nu.* 15. 16. 17. 18. vbi citat *Roman. conſ.* 47 *dec.* 619. & præuentioni non eſſe locum,
3 cum præuentioni erit locus inter vicinos paria iura habentes in præoccupando, cui *Napod.* reſponſioni magis quam cæteris erit ad hæredum, cum finalis ſit, ſecundum *gloſ. in l. certi conditio. ff. de rebus creditis*, dicens, *quod relatis ſuper aliqua quæſtione pluribus opinionibus per DD. ultima erit amplexanda*, ſimiliter *gloſ. hanc* allegat *Do. de Frãch. in dec.* 221. *n.* 3. *& in dec.* 550. *nu.* 10. & idẽ *Dom. de Frãch. in dec. præcit.* 550. ait *eſſe locum præoccupationi, & illi danda,*
4 qui poſſidet, & qui prius occupauit, non obſtante, quod non ſit coniunctus à maiori parte vicinus, eo magis, quando eidem poſſeſſori commodior res fredditur, eamque habere ei expedit, ſicut erat in caſu, & facti contingentia eiuſdem *Dom. de Franch. deciſ.* 550. quod fuit in cauſa mei Aui materni Pompei Paſcalis, vt ait idem *Dom. de Franch. in ead. deciſ.* circa petitionem con-
5 grui cuiuſdam Cameræ, quæ erat ſituata, ſicut etiam eſt ad præſens inter ædes ipſius Pompei, & ædes Domini qu. Petri de Lucito, vbi per M. C. V. & S. C. fuit conſideratum commodum utriuſque vicini, licet deciſio finalis prædictæ cauſæ ſequuta non fuit, quia dictus Pompeus non fuit amplius à dicto Lucio moleſtatus, & in poſſeſſione illius remanſit quam domum ego poſſideo, vna cum aliis ædibus ſitis in platea Sancti Bartholomei de vicalibus, igitur *Dom. de Franch.* tenet prò occupante; quam opinionẽ ſequitur *Tiraquell. de retractu ab eo citato*, vbi poſſeſſorem prædictum Põpeum refert in fine deciſionis eſſe abſoluendum, videbatur, ibi *videtur poſſeſſorem abſoluẽdũ*; cui adde *Grat. in diſcept. forenſ. omninò videndum in cap.* 745. *num.* 9. dicen-
6 tem hoc ius retractus eſſe indiuiduum, tanquam continens rem tradit; per *tex. in l. ſtipulationes non diuiduntur*, & cuique inſolidum acquiritur, & per conſequens, erit locus præoccupationi *per tex. in l. ſi pluri-*

bus

bus in fine, ff. de legatis 1. l. 2. ff. de duobus reis, l. ſi rem, §. ſi duo, ff. de donat. Alex. conſ. 27. nu. 9. lib. 6. num. 7. & hoc quando iura ſunt paria, *Igneus in l. dudum. num. 47. C.*
7 *de contrab. empt.* ſecus in eo qui habet ius potentius, nam præfertur, idem *Grat. loco cit. num. 14. in fine, per tex. in l. contra pupillum, §. qui, & maius, ff. de re iudicata, c. ſi duobus de appellat.* vel habens maiorem indigentiam ſecundum eundem *Grat. in diſcept. cap. 742. num. 75. 76.* & an paruus ſitus præiudicet maiori in materia retractus, videas eundem *Grat. in diſcept. for. cap. 752. num. 48.*

8 Et quod detur habenti maiorem partẽ, vel ius potentius, ac præoccupanti, quando ſunt in pari gradu exiſtentes ſecundum *P. de Franch. in ſup. cit. dec.* reprobatis aliorũ opinionibus, ſic tenentem cum *Napod. loc-*
9 *ſup. cit.* imò, quod debetur dari maiori indigenti, & comodum præbenti, vel à maiori parte coniuncto, idem *Grat. in cap. 947. num. 6.* & ius retractus habeat locum in ſola rei parte, ubi cadit neceſsitas, & ſi ager quando eſt diuidendus diuidi non poteſt, ut fiat extimatio, per arbitrationem danda alteri, ità *Bart. Bal. & DD. ad l. ad officiũ, & l. 1. C. com. diuerſ. P. Caſtr. conſ. 92. l. arbor, §. de veſtibulo, ff. communi diuidendo, Andreas de Iſernia in cap. 1. §. 1. poſt gloſ. de duobus fratribus de nouo beneficio inueſtitis, Socc. conſ. 155. par. 2. num. 4. & Vrſill.* teſtatur quotidiè, hoc ſeruari, ut præbeatur extimatio per illum, qui habet maiorem partem coniunctam, *dec. Aſſl. 23.* vbi *Vrſill. in addit.* quando res commodè diuidi
10 non poſſet, *Boæ. dec. 46. Capic. dec. 36. 28. Corn. conſ. 81 vol. 2.* & hodie videmus in praxi in Trihunalibus ſeruari, ut quando comodam non pariter diuiſionem, rem in cõcurſu creditorum, ita vt adiudicari vnicuiq; ipſorum non poteſt, proceditur ad venditionem, & in prætio audiuntur omnes; ità *Bernardinus Muſcatellus textatur in praxi Ciuili S. C. & M. C. in gl. adiudicantur par. 3. in 2. inſt.* & nolo omittere, quod in cauſa propria mihi accidit in facto in M. C. V, cum
11 Petro Paulo Maſſa I. V. D. ad cuius inſtãtiam fui conuentus in eadem M. C. V. in anno 1648. petito congruo per eum, cuiuſdam magazeni per me empta ab Angela Palomba, & hęredibus quon. Andreæ Vitticani ſiti in ſuburbio Diuæ Mariæ Loritanæ propè alias ædes meas, ex una parte, & ædes dicti de Maſſa ex alia qui petierat condennari me ad relaxandum dictum magazenum per me poſſeſſum ad cuius excluſionẽ primo dicebam, me præoccupaſſe eum; ſecundo me debere præferri nam uti credito dicti de Palumba obtinui aſſiſtentiam ſuper eo, & deindè conueni cum dicta Angela, & dictis hæredibus, vt ſupra, & eum mihi venderũ t in cuius pretio retinui meum creditum tertiò dicebam, quod non patiebatur comodam diuiſionem, & ſic eſſe locum præuentioni, erat mihi magis commodũ quam vicino ratione maioris partis Domus meæ coniũctę cum eo, verum cauſa num fuit deciſa per M. C. quia actor amplius non inſtetit ſuper cauſæ expeditionem Actuarius fuit de Ferdinando, Scriba Notarellus.

12 Si vero ius congrui poteſt cedi, tenet *Aſſl.* quod non, cum ſit ius reale eſtque annexum rei, & niſi res cedatur, cedi nõ poteſt dictum ius; adde *Caſſaneum in §. 6. conſuet. Burgund. tit. eod. Caſtr. l. 3. C. com. diuid. & in conſ. Boe. in conſuet. Biturig. de retractu, §. 3. verſ. ſed vnius, & deciſ. 139. Bal. & Cyn. in d. l. 2. Grat. diſcept. for. cap. 752. I. A. de Bottis in apoſt incip. in vẽdit. in cõſuet. 1. tit. de iure congrui*, qui citat *Tiraquell. de retrac. in conſuet. 1. gl. 3. §. 26. n. 26. de retractu conubi; in rub. nu. 47. Guidon. Papa in dec. 257. & dec. 411 Angel. Piſanell.* qui diſtinctè tenet quod nõ, & citat *Ludouic. in conſ. 483. Cyn. & Napod. in gl. vit. in conſuet. ſi Eccl. n. 93.* vbi tenet ſimiliter, quod non idem *Napod. in conſuet. ſi ex uno in uerſ. niſi*, ubi dicit, quod niſi ipſamet res cedatur, cedi non poteſt cum ſit ius, quod datur ad rẽ & priuilegium, quod datur in ſimul iure, & proindè per ceſſionem ſimpliciter ſine re extendi non debet, ſicut neque alia perſonalia, vt inquit *Petrus Greg. Excell. I. C. in ſyntag. iuris vniuerſi in lib. 26. par. 3. cap. 20. per totum Ill. March. & Reg. Capic. Latr. in dec. S. C. nouiter impreſſa 57.* vbi conceditur vicino, qui eſt re coniunctis, cũ ſit actio perſonalis in rem ſcriptam, *Cepoll. in conſ. ciuili 47. incipiente in Chriſti nomine colum. penult.* & notã quod ſi quis cederet hoc ius videretur eſſe cetum in fraudem vicini, & non tenere ceſſio, vt poſt *Viu. dec. 158.* tenet, ac refert *Giurba in deciſ. Siciliæ 84. num. 15. cit. à D. de Thoro in uotis deciſionis in uoto 13. nu. 11.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum in M. C. V. die 5. Septembris 1630. in cauſa Ceſaris Amuruſij cũ Petro Paſtore, qui Petrus fuit per eandem M. C. condendatus ad reſtituendam rem, non obſtante ceſſione ſibi facta à vicino iuris congrui, hoc ad rela-
✠ tionem magnifici Iudicis, ac viri patritij Io: Aloyſij Piſcicelli olim Iudicis in M. C. V. qui dies iuuentutis ſuæ cum morte commutauit, vt penes actuarium de Auerſano, imò neque propter ſolam conſanguinitatem eſſe ceſſibile tale ius, vt ait *Rend. in tract. eod. in gloſ. uon renunciauerint num. 7.* qui in hac quæſtione tenet, etiã cum *Nap. et Io: Ant. Piſanello, & Do. de Franch. in dec. 242. nu. 1.* & cum his *Benedell. in rub. tract. eod. n. 56.* vbi diſtinguen-

do

Digitized by Google

14 do ait, eſſe congruum vicinitatis, conſanguinitatis, & conventionalis, ſeù rei vendibilis, & circa unumquemque ipſorum quærit, an poſſit cedit, adde *Aymon. in art.* 14. *in conſuetud. aluernia in tit.* 23. *de retractu*, ubi inquit, quod ius retrahendi non poteſt
17 cedi, cum ſit ius perſonaliſſimum, nam durat durante vicinitate propter privilegium, & conſanguinitatem, ideoque non perſonæ, ut perſonæ (inquit) conſiderandum, ſed ratione rei, ſeù domus conjunctæ, cui etiam adde *Bard. in tract. eod. ſuper Bulla Xiſtina*, *in §. 1. not. 5. n. 12. verſ. optenta, & in §. 4. notab. 3. num.* 8. ubi etiam inquit, quod domus,
18 ſeù locus contiguus rei venditæ, ſemper habet hoc ius, & ad quoscumque tranſit, ſemper cum hoc iure tranſit, per *tex. in l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acq. poſſ.* adde etiam *Delfinatum in quæſt. 2. par. 2. Grat. diſcept. for. cap.* 438. *nu.* 36. *cum ſeq.* & nota, quod in facti contingentia, hoc fuit exita-
19 tum in cauſa vertente in S.C. inter Io: Camillum Gallucium, ex una, & Io: Baptiſtam Xixtum, ex altera, emptorem nonnullorum domorum ſitarum in platea Sancti Ioannis ad Carbonetam, qui Io: Camillus, dum competebat ei hoc ius congrui ratione vicinitatis ſuarum domorum egit in S. C. contra dictum Io: Baptiſtam Xixtum, qui Io: Camillus deindè venditis dictis eius domibus Io: Andreæ Barilio per dictum emptorem fuit proſequtalis, iuris congui intentatæ 1. per dictum Camillum aduerſus dictum Xixtum conuentum, poſſeſſorem, domorum petitarum relaxari, & per S.C. fuit condendatus dictus Xixtus conuentus ad relaxandum domus prædictas, qui Io: Andreas fecit depoſitum de prætio ipſarum, & poſſeſſionem cepit relatore Domino Conſiliario Io: Vicentio Maſtrillo & fuit in anno 1596. tempore præſidatus S.C. illius celeberrimi viri, ac ſpectabilis Antonij Orificij penes Actuarium de Amatruda, videas etiam circa art. *Marant. in diſput. 8. numer. 59. in ſpeculo aureo, & Grat. vbi ſup. cit. in cap.* 205. *numer.* 29. 30. 31. confirmatur hoc etiam ex doctrina *Bal. in tract. eod. n. 3. verſ. quæro numquid iſtud ius*, vbi ait, quod nunquam hoc ius ſine re transfertur, poſtremum videas *de Franch. deciſ.* 242. quam refert *D. Ricc. in collect. 6. par.* 2300. *& Franch. Marcum in deciſ.* 2. allatum à *d. Do. Ricc. alia in collect.* 157. *in fine*, & pactum quod pręferatur in caſu venditionis coniunctus, an tranſeat
20 ad ſingularem ſucceſſorem extraneum videas *D. Reg. Sanfel. in dec.* 172. *par.* 2. vbi pro negatiua ſententia refert fuiſſe iudicatum in anno 1627. hoc ius pręlationis non cõpetere ſingulari ſucceſſori cum ſit pactũ perſonale, & perſonam non egredit.

21 Tempus verò, quod datur ad petendũ congruum tam per conſtitutionem hãc, quam per conſuetudinem currit, tam cedenti, quam ceſſionario, *Bened. in §. verum, nu. 6. 4. ampliat.* & an currat lite pendente; *Boæ. dec. 40. Bucci. in apoſt. d. conſuet. 1. de iure congrui, incipit de validitate, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Deciſio refertur per S C. iuxta hoc quæſitum.*

1 AD *verſ. iuxta hoc quero num.* 44. adde *apoſt. D. de Alexandri*, incipit *fuit quæſitum in conſuet. ſi ex vno latere eod. tit.* vbi refert quæſtionem hanc fuiſſe exitatam in Sac. Conſ. in cauſa Comitis Muti cum Domino Ioanne Villamari, & *Grat. diſcept. for. cap.* 745. *n.* 7. 8. omnino vid. *& Na. in d. conſuet. ſi ex vno in verſ. niſi in fine*, vbi hoc etiam dicit.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui pluribus competit ſi res ſit indiuiſibilis.*

2 *Sortilegia, an ſint prohibita.*

1 AD *verſ. item pone*, quod pluribus competit ius congrui rei ſtabilis ſi eſt indiuiſibilis, videas, quæ ſupra fuerunt adnotata per nos poſt vltimum notabile, *in verſ. ſed quæras.*

2 Dum *Affl.* hìc meminit de ſortilegijs, an ſint prohibita, vide *Paulum Aerculanũ in tract. de ſortilegis Boæ. de maleficiis, & matematicis, Oldrad. conſ.* 210. & demũ videas has apud *Dyuum Antonium in ſua celeberrima, ac pulcherrima ſemma in tit. de ſuperſt. in par.* 1 *& par.* 3. 1. 17. *cap.* 7. §. 3.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus pro parte an in totum poſſit agere iure congrui, & quando alter vicinus eſſet impotens, vel non exerceat qualiter intelligatur.*

2 *Eccleſia non agit. nec canuenitur iure congrui, & quare reſpectu lateris.*

1 AD *verſ. item pone, num.* 46. videas *Napod. in conſuet. ſi ex vno in gl. nolentibus num.* 89. vbi inquit; quod quando coniunctus pro parte, exercet ius congrui in totum; ideò eſt; quia alius vicinus coniunctus non vult exercere, vel quia impotens eſt, ita *Napod. in conſuetud. vbi domus*, nam in defectu vnius admittitur alius habilis, ità *Affl. hìc* cui adde *Grat. diſcept. for. cap.* 546. *num.* 9. 10.

2 Et non idoneus habetur prò non coniuncto, ideò à latere alius vicinus exercet in totum, ſicut in Eccleſia, quæ non agit, neque conuenitur ipſiuſque laterẽ, ſeù locum alius occupat, quia prò non latere habetur, alioque vicino accreſcit, vt omnes ſcribentes hic concludunt,

Digitized by Google

& in ſpecie *Rend. in gl. eccles. fol.* 344. & *Benedell. in §. vlt. hic num.* 14. qui ait ita tenere *Maxillam ſup. conſuetud. Barenſi*, & *Marãta diſp.* 8. *circa finem Tiraquell. de retractu fol* 155. *nu.* 2. *cum ſeq.* Napod. *ſi Eccl. gl.* 1 *num.* 73. & *in conſuet. vbi domus in verbo Eccleſia. Boe. dec.* 231 *nu.* 1.

S V M M A R I V M.

1 *Venditor, an poſſit retrahere rem venditam, & quando hoc agere poſſit, n.* 2.

1 AD *verſ. item quæro nu.* 47. adde *Benedel.* hoc idem dicentem, *in princ. conſt. huius nu m.* 209. *limit.* 22. qui limitari inquit in eodem venditore volẽte retrahere vt non poſſit retrahere rem vẽditam *per tex. in l. poſt mortem ff. de adopt. c. noſtri de elect. ita Rendella in glo. dedit numer.* 5. per regulam vulgatam quem de euictione tene actio &c. *vt in l. vendicante, ff. de euict.* Grat.
2 *diſcept. for. cap.* 205. at ſi vendi contingerit rem illam alteri tunc poteſt dictus primus venditor, qui vicinus eſt propter aliam rem, quam poſſidet prope illam, eam petere, ſicut etiam ſupra adnotatum fuit, *in hoc eod. §. in verſ. iuxta hoc quæro*, & *apud Marantam in queſt.* 8. & per Grat. *in diſcept. for. d. c.* 205. *per tot. d. cap.* 205. & nouiſſimè per doctiſſimum Dom. *Flauium Ventrilium* I.C. ſuis *Epiſt. Forenſ.* citius lucem uiſuris, eruditiſſimis quidem, Academicum neminini ſecundum.

S V M M A R I V M.

1 *Ius protbomiſeos potens intra quot tempus debet ſoluere pretium, & quando incipiat currere tempus illud.* 3. *Et que ſint neceſſaria* 4. *Forma legis eſt de ſubſtantia legis. Et quid ſit illa forma.*
2 *Forma rei quid ſit item, & forma in actibus hominum.*
Denunciatio quid ſit.
3 *Scientia nunquid requiſita in iure congrui, & qualis* 4. 6.
Perfectio venditionis eſt triplex.
4 *Tempus decennii datum appellaturis incipit a die ſcientiæ.*
5 *Scientia facti duplex eſt, & qualiter probetur.* 6
Gradus tres ſunt intermedii inter ignorantiam, & ſcientiam qui ſunt.
Dubietas ſuſpicio, & opinio quid ſint.
6 *Opinio qua dicatur.*
7 *Statutum loquens de ſcientia, non verificantur in ſcientia ficta, ſic loquens de caſu ficto non trahitur ad verum.*
8 *Scientia in æditto pretoris, quomodo intelligenda*
Fictio iuris, quid operetur, & cuius effectus
9 *Iuramentum habet ignorantiæ preſumptionem per ſe. Et ſtatur iuramento precedente ignorantiæ preſumptione.*
Ignorantia iuſtitia quomodo probetur.
10 *Denunciatio requiſita in iure congrui quo loco fieri debeat. Et quo tempore* 11. *Et cui, & per quem. Et quomodo fieri poſſit* 15.
Locus congruus quid ſit.
12 *Semel actum facere quibus caſibus in iure locum habeat.*
13 *Denunciatio nunquid ſuperuacua ſit, vbi vicinus ſcit rem eſſe venalem in iure congrui.*
Præſentia, an æquiparetur denunciationi.
14 *Actum faciens non vt ipſe, ſed vt alius, an ſibi præiudicet.*
Procurator falſum confitens non excuſatur, quod tanquam alius dixerit.
15 *Præſcriptio non currit iuſtè impedito.*
16 *Neceſſitas quas iuris regulas prohibitiuas infregit. Paupertas veniens ſine ſua culpæ, a periurio excuſat.*
17 *Euictio rei venditæ iure congrui quid requirat*
Pretium iuſtum examinare ad iudicem ſpectat. Et quomodo probari poſſit 19.
18 *Aeſtimatio res qualiter veniat conſideranda.*
Subbaſtatio per iudicis decretum exceptionẽ deceptionis dimidiæ excludit.
20 *Pretium iuſtum nunquid dicatur quod impoſuit teſtator rei non venditæ.*
Valor rei venditæ qualiter probetur.
21 *Aeſtimatio rei venditæ in iure cõgrui, an faciendi ad tempus litis conteſtationis an vero tempore ſententię*
22 *Condemnatus de qua pecunia ſoluere debeat, an latę ſententiæ, an executionis ſi forte ſit mutata*
23 *Litigandi iuſta cauſa excuſat ab expenſis.*
Ius congrui nunquid ad heredes tranſeat. Et qualiter hæres iure defuncti vtatur.
24 *Lapſus termini excludit à iure congrui*
25 *Incarceratus citatus, ſi per procuratorem non competat, an incurrat contumaciam.*
26 *Præſcriptio quo iure currat impedito, & cuius impedimenti.*
27 *Ignoranti an currat preſcriptio ipſo iure, vel ope exceptionis.*
28 *Deportatus qui dicitur, item, & in exilium miſſus.*
29 *Præſcriptio iuris congrui abſenti cauſa rei publicæ non currit.* 31.
Abſens qui dicendus, & quis præſen.
30 *Abſentia quando præſumenda doloſa, & an proſit.*
Minori qualiter currat præſcriptio iuris congrui. 32.
31 *Abſens, vel impeditus tenetur mittere procuratorem alias currit ei tempus iuris congrui.*
33. 34.
35 *Mora illum non arguit. qui poteſt ſe legitima excuſatione tueri.*
35 *Ius congrui eſt in rem, & afficit poſſeſſorem.*
Libellus iure congrui ratione vicinitatis qualiter fomari debeat.
36 *Formula libelli cum petitur ius congrui ratione ſanguinis.*
37 *Em-*

Digitized by Google

37 *Emptor rei ſubditæ iuri congrui ab euictione cadit.*
Euictionem non habet, qui ſcienter rem alienam, vel alteri obligatam emit.

§. SECVNDVS.

vt infra triginta dies.

HAec eſt ſecunda pars, in qua ponitur infra quot tempus debeat ille cui competit ius congrui petere dictum ius ab emptore cum quinque fallentiis, & quarta fallentia limitatur, in *verſ. & limita*, & hoc dicit. Ille qui vult rem ſtabilem alienare, debet denunciare parentibus, ſociis, vel vicinis, & ſi ipſi quibus facta fuit denunciatio, & quibus competit ius congrui, volũt rem emptam iure Prothomiſeos, tenentur infra triginta dies dinumerandos, à die denunciationis ſoluere iuſtum pretium venditori, & ſi infra dictum tempus triginta dierum illi quibus competit ius congrui fuerint in mora ſoluendi ipſum iuſtum pretium, aut tantum quantum verus emptor ſine fraude dederit, ſunt excluſi poſt dictum tempus à dicto iure congrui. Fallit tamen in quinque caſibus in quibus poſt tempus triginta dierum admittuntur ad agendum iure cõgrui, & non currit ſupradicta præſcriptio.

Primus caſus eſt niſi infra prædictum tempus ille talis cui competebat ius cõgrui erat in captiuitate.

Secundus caſus niſi infra dictum tempus eſſet deportatus.

Tertius caſus eſt niſi in dicto tempore eſſet relegatus, vel in exilium miſſus.

Quartus caſus eſt niſi in tempore ipſo fuiſſet abſens cauſa reipublicæ, vel eſſet abſens pro ſuis negotiis ſine dolo, & fraude.

Quintus caſus eſt niſi in tẽpore prædicto ille cui competebat ius congrui, ius cõgrui, erat minor annis viginti quinq; Nam tunc ſibi non currit dictum tempus, ſed currit ab eo tempore, quo effectus eſt maior, & ſum ibi in *verſ.* & *licet*, hic ponitur quædam limitatio ad quartam limitationem præcedentem, in qua fuit dictum, quod ſi ille cui competebat ius congrui erat abſens pro ſuis negotiis auditur petendo ius congrui poſt triginta dies. Nam illud verbum poſt intelligitur ſcilicet, poſt quatuor menſes. Nam procurator abſentis debet infra quatuor mẽſes ſoluere venditori iuſtum pretium, vna cum legitimis uſuris expenſis vel intereſſe, & ſic habebit ius congrui, & expellet extraneos emptores, & ſi infra prædictum tempus triginta dierum, & poſt infra quatuor menſes non ſoluerit iuſtum pretium, tunc non ſolum non habebit ius congrui, verum etiam tenetur venditori ad expenſas ſi quas fecit, & ad intereſſe, quod paſſus eſt propter retardatam venditionem, hoc dicit vſque ad §. *licet autem.*

1 Nota primo, ex iſto textu, quòd infra triginta dies debet ille cui cõpetit ius congui ſoluere iuſtum pretium vẽditori per iſtum textum, licet in aliquibus partibus, vt eſt Neapoli debeat hoc fieri infra annum à die ſcientiæ, & hoc eſt de conſuetudine. Sed iuxta hoc puero, quando incipiant currere iſti triginta dies, an à die celebrati cõtractus, vel à die ſcientiæ, vel à die denunciationis, dicit *Bal. in quoddam ſuo conſilio incipiente*: iure municipali cauetur, poſito ſub titulo de iure cõgrui, quod tempus utẽdi iure congrui, abſque dubio non currit ignoranti, ſed tempus iſtud triginta dierum currit ei qui ſcinit factam eſſe vẽditionem, & ei cui denunciatum fuit venditionem eſſe factam, vnde ſola ſciẽtia nõ ſufficeret, quia hæc lex requirit fieri denunciationem, & ſic ipſa denunciatio eſt de forma, ſiue ſubſtantia, quia forma legis eſt de ſubſtantia legis, ſicut forma rei eſt de ſubſtantia rei, & forma in actibus hominium eſt de ſubſtãtia ipſius actus. Eſt autem forma legis ordinata diſpoſitio certos habens fines, *vt in l. certa forma, ff. de iure fiſci, & de cenſib. l. forma, & ff. ad munici. l. conſtitution.* Forma rei eſt quidã gradus, ſeù perfectio eius à natura, vel arte, & antequàm forma iſta introducatur dicimus eſſe rudem, vel quaſi rudem materiam, vt *ff. de leg. 3. l. quæſitum, §. illud. fortaſſe*, Forma in actibus hominum eſt debita partium ordinatio, ſecundum prius, & poſterius, ut *ff. de præſc. verb. l. eum. qui, & l. naturalis*. Denunciatio autem eſt facti futuri, vbi de futuro loquimur certa clara, & intelligibilis deſignatio cum proteſtatione, vel prohibitione tacita, vel expreſſa, vt *ff. de adul. l. denunciaſſe, & ff. quod vi, aut clam, l. aut qui aliter, & C. quares pig. ob. poſ. l. neque.* Conſtat autem quod iſta denuncia tio eſt de ſubſtantia, ut expreſsè dicit lex iſta quæ requirit fieri denũciationem ipſi vicino & tunc quaſi de forma eſt quis adſtrictus, vt denũciet, ſed ſi lex ſimpliciter loqueretur, & non dixiſſet de denunciatione tunc eſſet diſtinguendum, aut tractamus, quo ad finem ſciendum, & ſufficit ſola ſcientia, vt *ff. de pet. hæred. l. item veniunt, §. petitam*, aut quo ad effectum aliud inducendi vlterius, vel prohibenti, & non ſufficit ſcientia, ut *d. l. denunciaſſe, cum ſimi.* ubi ergo lex requiri denunciari ſine dubio eſt neceſſaria ſcientia, ſcientia dico facti, & forma ipſius, & cæterorum, quæ habent factum ſubſtantiare, *vt ff. depo. l. ſi quis inficiatus, & de elect. c. cauſam*

Digitized by Google

ſam, & ff. de act. emp. l. 1. §. fin. & l. quæro, & facit clem. fin. ut lite pendente, iſta ſunt verba *Bald. in d. conſ.* & ſic concluditur, quod in materia legis noſtræ, iſti triginta dies à die denunciationis currunt.

3 Sed ulterius quærit ibi *Bald.* quid de tempore quatuor menſium de quo loquitur litera noſtra quod non requirit denunciationem, ſed ſcientiam, & dicit quod litera licet non dicat à die ſcientiæ, tamen ita interpretari debet, & ſubdit, quod non ſufficit ſcire factum, niſi ſciat eius modum, & quantitatem. Plena enim ſcientia requiritur, & quod facti ſerics non ignoratur, unde ſi parentes, uel uicini ſciunt factam eſſe venditionem, & ignorent de certo pretio, non currit iſtud tempus, quia ſine pretio cõtractus venditionis non valet vt *no. Cy. in l. 1. C. de contrab. empt.* debet enim certificari de pretio ille cui competit ius congrui, *arg. l. fin. C. de iure emphyt.* quia ergo nõ habet notitiam eorum quæ ſunt ſubſtantia non dicitur ſciuiſſe, ſed ignoraſſe, vt *ff. de cõdit. & demon. l. multum, ff. de acquir. hæred. l. ſi quis extraneus, §. fin.* Idem ſi vicinus ſciret factam eſſe venditionẽ, & ignoraſſet eſſe perfectã. Triplex enim eſt perfectio, ſcilicet, quod ad cõuentionem, & hoc fit quando contractus à partibus perficitur, ſiue in re, ſiue in cõditione, ita quod non liceat pœnitere, vt *in l. ſicut, C. de act. & obl.* Secunda eſt perfectio quo ad actionem, & obligationem, quæ etiam rei periculum ad ſe trahit, vt *ff. de peri. & commo. rei vend. l. neceſſario.* Tertia eſt perfectio quo ad executionem, quo ad rei traditionem, & pretij numerationem, & iſta eſt poſtrema, & finalis perfectio, quæ prius dicitur perfecta quàm aliæ ſupradictæ, quia id eſt perfectum, vt *ff. de orig. iur. l. 1. & ff. de pact. l. ab emptione & C. quando non lic. ab emp. diſce. l. 1. & 2.* quia ergo tempus quatuor menſium requirit perfectionem cõtractus quo ad omnia non incipit currere rebus integris,
4 exiſtentibus. Tria ergo ſunt neceſſaria vt currat tẽpus prædictum, quatuor menſium ſcilicet vera exiſtentia contractus, perfectio eius, & ſcientia de vtroq; & pro hoc facit quia tempus decem dierũ quo datur volentibus appellare a ſententia incipit non à die prolationis ſententiæ, ſed à die ſcientiæ, vt *no. Io: And. in c. conſultationi, de app. lib. 6. de quo in deciſione Rotæ 49. incip.* ſi fertur ſententia diffinitiua &c. & ideo dicebat *Ange. ſingulariter in l. ſecunda, §. biduum ff. quando. appella. ſit*, quod ſi pars ſimpliciter notificauit parti, quod ſententia lata eſt non expreſſis verbis cõtra, vel pro, quo nõ currit tempus decem dierum ad hoc, vt dicatur ſciens de ſententia, & ibi etiam dicit iſta uerba citatus ad audiendum sẽtentiam ſi non fuit aliter ei denuntiatum non ſufficit ad hoc, vt dicatur certus, adeò quod ſibi currat terminus ad appellandum, ſecundum *not. in l. 1. §. fin. ff. quando app. ſit*, & idem dicit ipſe *Ang. in l. à ſententia, §. fin. ff. de app.* hoc idem tenet *Bal. in auct. hodie, C. de app. & l. is qui, C. de lib. cau.* & ratio eſt ſecundum *Ang.* quia forte iudex prorogabit terminum ad ferendum ſententiam, *ut in c. conſuluit, de offi. delega.* Item eſt alia ratio, quia forte iudicabit pro citato quem adomodum contra. Præterea illa nuntiatio non reddit illum certum, puta oſtendendo ei inſtrumẽtum ſententiæ, ſecundum *cle. cauſam, de elect.* & plenè, per *Bar. in l. non ſolum §. morte, ff. de noui ope. nun. & in l. non eu, C. quæ res pig. obl. poſ. & eſt Gl. in c. concertationi de app. lib. 6. et Inno. in c. primo, vt lite non conte. in 1. col. et pro dicto Ang. eſt Glo. in l. fin. §. fin. C. de temp. app.* Item qui parti non eſt credendum, ut in *l. 2. C. de reſcind. vend. et no. Bar. in d. §. morte, et in l. 1. §. 1. ff. de eo*, per quem facierit ibi minima credulitas. Fallit niſi nuntians eſſet perſona bona, & digna auctoritate ſecundum *gl. in l. Titio, ff. de condit. et demon.* debet ergo eſſe ſcientia certa ex parte illius cui competit ius congrui, & non dubitabis, quia non eſt ſcientia, ſicut dubia probatio nõ eſt probatio, ut in *c. in preſentia, de proba.*

5 Sed iuxta hoc quæro, qualiter iſta ſcientia facti probetur. Reſpondeo quod duplex eſt ſcientia facti altera uera, altera præſumpta. Vera ſcientia eſt illa ad quam peruenitur per ſenſum corporis, & iſta dicitur ſcientia vera, quæ dicitur infallibilis notitia, & veritas quæ per ſenſum acquiritur ſecundum *Bald. in l. ſcire leg.* & idem *not. Bart. in l. admonendi, ff. de iureiuran. alleg. tex. in l. in teſtamento in fin. ff. de teſtam. & l. teſtium, C. de reſt.* Cuius quidem ſcientiæ terminus appoſitus eſt in ſcientia ſiue ignorantia inter quæ extrema ſcilicet ſcientiam, & ignorãtiam ſunt gradus intermedij. Primus quidem gradus eſt dubietas, quę per inueſtigationem cauſatur, hæc quidem non eſt ſpecies ſcientiæ, ſed eſt quoddam mediũ per quod peruenitur ad inueſtigandum, *Gl. eſt in l. 1. C. de procur. & in rub. de iur. & fact. ign. & l. de ſtatu, ff. de teſt. & in l. 3. C. qui ad liber. procla. non licet.* Secundus gradus eſt ſuſpicio per quã animus incipit adhærere per *tex. in l. Aquilia*, ſi deletum, ibi ad ſuſpicionem iudicis, *ff. ad l. Aqu. & in l. abſentem, ff. de pœnis.* ibi ſuſpicionibus condemnari, & *in l. 3. §. eius* ibi quid autem credas, *ff. de teſt.* & de hoc tangit *Bar. in l. fin. ff. de queſt.* Tertius gradus eſt, qui dicitur opinio, per quam animus iudicis maximè adheret, & nihil deeſt niſi confeſſio partis, vt habetur

in

in *tex. in l. 1. poſt prin. ff. de quæſt.* ibi dum dicit ad quæſtionem tunc deuenitur cum ſuſpectus eſt, &c. Ita dicit *Bar. in d. l. admonẽdi in 4. col.* & ſic opinio, dicitur illa quę non
6 per ſenſum ſed per probationes, & media cõcludenti acquiritur, & vocatur vehemens opinio, ſeù credulitas ſecundum *Bar. in loco prę all. et in l. pater, ff. de acqu. hæred.* & optimè *in l. 1. ff. de interroga, actio.* vbi per hæc dat intellectum ad *l. 2. §. quod obſeruari, C. de iuramen. calum.* vbi eſt verbum credit quod ita exponitur, vt ſupra, & per *Bal.* ibi. Alia ſciẽtia facti eſt præſumpta, hæc enim præſumptio aliquando ſumitur ex conſanguinitate, vt in *l. octaui, ff. vnde cognati, & in l. de tutela, C. de in integrum reſt. mino.* Aliquãdo ex vicinitate, *vt in l. ſi vicinis, C. de nup. & in l. filium diffiuimus*, de his qui sũt ſui, vel alie. iur. Aliquando ſumitur ex eo quod publicè fit vel publicè ſcitur, ſecundum *Gl. in l. ſi tutor ff. de peric. tuto. & in au. qui ſemel, C. quomodo, et quando iudex* aliquando ſumitur ex fama, ſiue ex eò quod publice dicitur, vt *in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acqu. hær.* & ibi *Bar. et l. is poteſt. eo. tit.*

Sed ſtat dubium, & in hoc, an iſtud tempus quod currit à die ſciẽtiæ intelligatur de ſcientia vera, vel ſcientia ficta, vel præſumpta. Diſtinguo, aut ius congrui obſeruatur in terra ſecundum iſtam legem, & iſto caſu hæc lex etiam comprehendit ſcientiam veram, & præſumptam. Aut ius congrui ſeruatur mediante ſtatuto, vel conſuetudine, & tũc intelligitur de ſcientia vera facti, ita quod non ſufficit præſumpta, hoc probo, quia ſtatu-
7 tum loquens de ſcientia non verificatur in ſcientia ficta ſed vera, *l. 2. hæc verba*, & ibi *gloſ. et Bart. ff. quod quiſq; iur. et not. Bart. in l. omnes populi, in vltima char. in verſ. vlterius quęro*, an ſtatutum extendatur ad caſum fictum, vt videtur *text. in l. fin. C. qui uen. ęta. impetra.* Idẽ tenet *Bart. in. l. ex te. ff. de ſtipu. ſeruo. et in l. apud Iulianum, ff. ex quib. cau. in poſ. ea*, & dicit optime *Bald. in l. 2 §. uoluntate, ff. ſolu. matrimo.* quòd ſtatuto requirente conſenſum non ſufficit cõſenſus præſumptus ſed merus, & expreſſus, & in ſimili *not. Bar. in l. 1. ff. de ſõte, et Bald. in l. ſi quis non dicã rapere, in 6. col. uer. et facit ad q. C. de epiſcop. et cler.* vbi dicit quod ſtatuto vetante fieri pacem de homicidio, non habet locum in eo qui condemnatus eſt de homicidio ex contumacia, & ſic ex ficta confeſſione, & non vera, allegat *d. §. hæc uerba*, & idem not. ipſe *Bal. in l. receptitia, C. de conſt. pec. in ult. colum. verſ. ſed pone ad corroborandum*, facit quod not. *Bald. in l. ſi quis ſeruo, in fin. C. de fur.* vbi dicit ſtatutum non extendi ad caſum fictum, & è contra; ſi ſtatutum loquitur de caſu ficto non extenditur ad caſum verum alle. not. per *Ioan. And. in c. ſciant cuncti, de elect. lib. 6. et per Bal. in l. fin. C. de hęre. inſtit. et Bart. not. pulchra in l. hęres quoque de acq. hæred.* ſed in diuiduo not. idem *Bart.* loquendo propriè de materia ſcientiæ *in d. l. admonẽdi, in 5. col. verſ. hoc præmiſſo*, dicit quòd in edicto prætoris verbum ſcientia facti per
8 ſẽſum corporis acquiſita, & quod de ſtatuto dicitur idem eſt dicendum de edicto prætoris, *vt no. in l. 3. §. hæc verba*, vbi *text.* loquitur de ędicto prætoris, & per illum *tex.* doc decidunt de ſtatuto. Et ſi diceretur aliud eſſe caſum fictum, aliud præſũptum, fateor ſed ad plus ſe habet fictio iuris quam præſumptio iuris, vt dicit *glo. in l. ſi duo, ff. de pet. hær.* Fictio enim adeò habetur pro ueritate, quod in cõtrarium probatio nõ admittitur, vt ibi præſumptio autem non habet onus probandi in ſe, ſed transfert in alium, ut no. *Bar. in l. in illa, ff. de verb ob.* & ei ſtatur donec probetur contrarium, ideò ſtatuto requirente ueritatem non admittitur fictio iuris, quæ omnimodo pro veritate habetur, multo fortius præſumptio iuris, quæ veritati proxima non eſt. Vnde concludo quod ſtatutum loquens de iure congrui, & apponens tempus ad rem petendam iuſte cõgrui à die ſcientiæ intelligitur de ſcientia vera, & non præſumpta per ſupradicta. Et ſi præſumptio improbanda ſcientia eſt probata iſta probatio præſumptiua tollitur per iuramentum partis contrariæ iurantis de ignorantia, probo, certum eſt quod de iure præſumitur ignorantia, *l. verius, ff. de proba.*, & è contra de iure præſumitur ſcientia ex qua publicè fit, vt ſupra dixi, Hęc ſecunda præſumptio excluditur per iuramentum quia iuramentum habet ignorantiæ præſumptionem pro ſe, quia nemo præſumitur immemor ſalutis ęternę, *vt l. iubemus, C. de legę Iul. repe.* & ſic duę preſumptiones fortiores excludunt vnã debilem *l. diuus, de in*
9 *integr. reſtit.* Item ſtatur iuramento præcedente præſumptione ignorantiæ, hoc tenet *Arch. in c. 2. de tẽpo. ordin. lib. 6. & habetur in cap. vt circa. de electio. eo. lib. & no. glo. in cap. propoſuiſti, 82. diſtin. & Ioan. Monach. & Arch. in cap. cupiẽtes de elect. lib. 6. & in cap. 1. de dolo, & contu. & per Arch. & not. Bar. & Nic. de Neap. in l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excuſ. tut. et Bald. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. & no. in c. paſtoralis, de excep. & glo. magna in c. ad audientiã, de reſtit. in integ.* Fateor tamen, quod iuſtiæ ignorantia nõ probatur per iuramentũ vt eſt quando mutuatur filio famil. & ignoratur eſſe filius familias, & talis ignorantia

pro-

Digitized by Google

probatur per iuramẽtũ, ſed nõ iuſtitiæ ignorãtia cõtra quã eſt præſũptio iuris, niſi concurrẽtibus aliis coniecturis, ut quia publicè pro patreſa. reputabatur, ut eſt *tex. in l. ſi quis patrẽ, ff. ad Mace.* ità pulchrè dicit *Bal. in l. 1. C. ad Maced.* & ita intelligitur dictũ *Bar. in l. ſi cui, §. iiſdem criminibus, ff. de accu.* vbi erat iuſtitia ignorantiæ, ideò iuramentum non ſufficit, quod ſatis eſt notandum.

Et quoniam ſupra conluſimus quod tempus triginta dierum currit à tempore denunciationis propter formam traditam per iſtam legem, propterea ſunt quærenda aliqua hic circa hãc materiam denũciationis. Et primo in quo loco debet fieri hæc denunciatio dicit *gloſ. in l. mora, ff. de uſuris*, quod in loco
10 congruo, & locus congruus dicitur, ubi quis poteſt conueniri, & ſi ubicumque poteſt conueniri, ibi poteſt fieri, *arg. l. fin. ff. de offic. præſ.* & puto etiam quod in lupanari poſſet fieri iſta denunciatio, ſi vicinus ibidem inueniatur ex conſuetudine, puta quia eſſet leno, nam tunc attenditur conſuetudo loci, ubi ſolet conuerſari ipſe vicinus, argu. eorum quæ not. *in l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua, ff. de edil. edict. & in l. vel uniuerſorum, ff. de pig. act.* & facit quod not. *Cyn. in l. excepto, C. loc.* ubi refert, quod ſi quis ſtat in domo tanquam inquilinus quod tenetur nomine penſionis eatenus quatenus præſtari conſueuit, & ad hoc allegaui multa ſimilia poſt *Bal. & Doc. in e. 1. §. præterea, quid ſit inueſtitura.* Sed ſi eſſet homo, qui non ſolet accedere ad dictum locum publicũ, ſed ex aliquo caſu fortes ibi inueniatur ex quo ille locus eſt inhoneſtus, non puto poſſe ibi fieri hanc denunciationem, *arg. l. ſi cum dies, §. arbiter, ff. de arbi.* Sed hoc ultimum fortè non procedit, quia iſta denunciatio fit ſolũ ad effectum ſcientiæ, & ſufficit quod uicinus ſit certificatus quocumque modo, ut infra dicam. Sed an ſit neceſſe, quod dicta denunciatio fiat coram iudice, dic, quod non eſt neceſſarium, nam extra iudicii valet, & tenet, dummodo poſſit probari factum eſſe, ut no. *in l. ampliùs, ff. rem ratam haberi.*

11 Item quæro, quo tempore debeat fieri iſta denunciatio, an poſſit fieri die feriata, *Bar.* tangit de citatione an poſſit fieri die feriata, *l. 1. §. denunciatio, ff. de ope. no. nunc.* ſic loquitur de denunciatione, quæ debet fieri mediante iudicio, nos loquimur de denũciatione, quæ non requirit iudicium, ideò omni tempore poteſt fieri, etiam die feriata, ut habetur *in d. §. nunciatio, & in l. miles, §. ſexaginta, ff. de adul. C. de appell. l. fin.* maximè cum in caſu noſtro talis denunciatio fiat ad effectum tollendæ ingnorantię, fiat, *ff. manda. l. ſi fideiuſſor, §. 1. ff. de act. & emp. l. 1. in fin.* vndè quocumque tempore, & in quocunque loco, & etiam in miſſa poteſt fieri iſta denunciatio. Sed iterum quęritur an iſta denunciatio debeat de neceſſitate fieri principali, uel ſufficiat fieri procuratori generali, reſpõdetur, quod poteſt fieri, etiam procuratori, ut not. *in l. apud Celſum, ff. de excep. dol. & in l. procurator, ff. de trib. & no. in l. ſi dictum, §. fin. ff. de euict.* Sed quid è cõtra, an talis denunciatio poſſit fieri per procuratorem, reſpondetur, quod ſic, ſed ille qui denunciat procuratorio nomine debet oſtendere procuratorium, alias non ualet denunciatio. Ita dicit *Ang. in l. hæres, ff. ad Trebellianum, allega. C. de renuncia. l. ſi fundum, iuncta l. ſi quis inficiatus, ff. de po. & l. hominem ff. manda.* Item quæro, an ſufficiat ſemel denunciari, vel pluries debet fieri iſta denunciatio videtur quòd ſæpius debeat fieri, *argu. l. qui Romæ, §. cohæres, ff. de verbor. obligatio. & ff. de mino. l. Æmilius, & ff. de pig. actio l. ſi conuenerit.* Sed certè in dictis iuribus narratur accidentia facti. Ideo dicendum eſt, quod ſufficiat ſemel denunciari, vt not. *Gloſ. in l. mora, ff. de vſ. & in l. Titio Seio. §. vſuras, de lega. ſecundo, & in l. 3. §. 1. ff. quod vi aut clam. & ff. de no. ope. nuncia. l. procurator. §. 1.* Et quod ſufficiat ſemel deducuntur plura ſimilia. Nam quo ad
12 acquirendum ius in poſſeſſorio, ſeù quaſi ſufficit, quod ſemel quis fuerit in poſſeſſione vt in cau. cum de beneficio *de conſeſ. præben. lib. 6.* & in cauſa cum eccleſia, *in fin. de cauſ. poſ. & proprie. facit text. in l. 1. §. quæſitum, de aqua quo, & eſti.* vbi ad probandũ quaſi poſſeſſionem ſeruitutis ducendi aquam ex fũdo alterius ſufficit probare quem fuiſſe ſemel vſum, dè quo per *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itine. actuque priua. & not. Doct. in d. cap. cum eccleſia, facit l. in die, ff. de aqua plu. arcen.* vbi nõ dicitur facta iniuria ei qui ſemel voluit, facit *l. videamus, ff. quod metus cau.* vbi ſufficit ſemel meum peruenisſe ad eum vel eius hæredes, & propterea not. in *l. mariti, §. qui quæſtum, ff. de adult.* quod quodammodo parificãtur actum fieri ſemel, vel ſæpius, ſicut etiam ſufficit ſemel extitiſſe tabulas teſtamẽti patet ai, licet extare deſierunt, *vt ff. de contrata. l. quod vulgo, & de ſecundum ab. l. 1. §. ſemel;* ſic etiam, & legato relicto cum quis filios habuerit ſufficit ſemel naſci quamuis illico mortui ſint, vt *C. quando dies leg. ced. l. cũ vxori, & ff. de inſti. & ſubſti. l. ſi quis hæredes.* Item ſufficit ſemel tantum dilationem dari ad deliberandum, *l. ſancimus, §. ſed quia, C. de iure deli.* itẽ ſufficit ſemel idoneita

tem

tē invenire in bonis debitorſi, *ff. de bon. auct. iudi. poſſ. l. fin.* §. 1. Itē ſufficit ſemel conceſſum, vt revocari non poſſit, vt in *cap.* 1. *qui ſucce. tenea.* Item vbi ceptū eſt ſemel iudicium debet finiri, *l. vbi ceptū, ff. de iud.* Item non committitur pęna niſi ſemel, *l. ſi duo,* §. *fin, ff.* ex *quib. cau. maio. l. cū quærebatur, ff. iud. ſol.* & *ff. de adil. edi. l. ſi tantum.* Item ſemel pæne commiſſa nō euaneſcit, *l. Celſus, ff.* ex *quib. cau. ma.* Item qui ſemel eſt hæres ſemper manebit hæres, *l. ait prætor,* §. *ſed quid, ff. de minorib.* Item non poteſt reprobari quod ſemel approbatum eſt, *l. Pomponius, ff. de nego. geſt.* Item actio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit, *l. ſi vnus,* §. *ſed ſi pactum ff. de pactis. l. qui res,* §. *arǽam, ff. de ſolutio.* Item in omnibus contractibus qui ſolo conſenſu cōtrahuntur ſufficit ſemel voluiſſe, *ff. pro ſocio, l. antepenultima,* & *de acceſſionibus, ff. de tempo. et diuer. præſcri.* Itē ſufficit ſolum ſemel fuiſſe commiſſū, *l.* 1. §. *ſi rem, ff. depoſiti.* Item ex quo ſemel cepit competere ſemper competit, *ff. de ędil. edi. l. quid ſit, et ff. de actio. et ob l. quicunque.* Item qui voluit ſemel cogitur proſequi vt *in auct. de litigio.* §. *omnem, et ff. manda. l. ſi mandauero, in fin.* Item ſufficit quem eſſe vaſſallum ad hoc, vt eius filii dicātur vaſſalli *argu. l. cum ſatis,* §. *cum autem, C. de agri. et cenſi. lib.* 11. Item ſufficit ſemel fuiſſe feudum quaternarum, vt dicit *Andr. in c.* 1. *de controuer. feud. apud par. termina.* Item ſufficit ſemel centnm auri libras quo aqueductibus vrbis per creatum in Conſulem numerari, vt *C. de conſuli. l. pen. in fin.* Sic etiam ſemel ſufficit conditionem extitiſſe hęredibus, *l. hęrede, ff. ad Trebel.* Item ſemel abſolutus ab anno non poteſt iterato abſolui ſecundum *Cald. in l. ancillam, C. de cond. oblig. cau.* Item vbi permittitur variatio, nō permittitur niſi ſemel tantum, *C. de rebus cred. l. ſi quis iuſiurandi,* & nota. *Bald. in auct. habita,* §. *verum, C. ne filius pro patre.* Vnde ad propoſitum ſufficit ſemel factam eſſe denūciationē, illa ſemel facta; ſi coniunctus non emit, excluditur per iſtum tex. à iure congrui. Poteſt tamen volens vendere ante denunciationem exponere rem venalem, vt ſciat quantum inueniret, vt poſſit denunçiare vicino, vt legitur, & not. in *cap. potuit, de locato.*

13 Subſequenter quæritur, an ſi ſciat vicinus rem eſſe venalem requiratur denūciatio, videtur quod non, quia certus certificari nō debet, *vt ff. de act. emp. l.* 1. *in fin. et c. eum qui certus, de reg. iu. lib.* 6. faciunt ea quæ habentur in *gl. in c.* 2. *de conceſ. prēben. et tex in c.* 1. §. *dona. in ver. porro qualiter olim feu. alie. dote,* & *facit l. ſcribit,* §. *fin. cum l. ſeq. ff. de admi. tuto.* & *ff. de petitio. hær.* *item veniunt,* §. *quid ergo, et no. iu auct. vt ſpon. lar.* §. *rurſus.* Sed dic quod in text. noſtro denunciatio eſt de forma, quæ nō debe omitti, vt ſupra dixi, ex auctoritate *Bal. et per hoc facit l. emptor fun. C. de euic.* vnde quando denunciatio eſt de forma non ſufficit ſcientia, vt dicit *Dyn. in d. regula eum qui certus, per not. in d. l. denūciaſſe, circa princ. ff. de adul.* Sed pone quod coniunctus fuit præſens venditionem tanquam teſtis, an requiratur quod ei denuncietur prout dicit iſta lex videtur quod non requiratur denunciatio, quia illa præſētia æquiparatur denunciatione, *arg. l. procurator,* §. *ſed ſi teſtator. iun. glo. ff. man.* In contrarium facit *l. Caius, ff. de pig. act.* vbi ille qui fuit præſens in teſta. & ſe ſubſcripſit tanquam teſtis, non fit ſibi præiudicium in iure ſuo, quia tunc habetur, vt alia perſona non vt ipſe, facit *l. cum quidam, C. de admi. tuto.* vbi quando tutor facit aliquid vt tutor non præiudicat ſibi, vt privato. Facit ad idem bonus *text. in l. aduerſus,* §. *tuto. et l. fin. cum gloſ. ſua, ff. de inofic. teſt.* Item pater, quia ſi Iudex habet ſcientiam facti, ut homo, & aliter habet ex proceſſu, tunc eſt alia perſona, & debet iudicare, ut iudex, hoc eſt ſecundū allegata, & probata, & non ſecundum propriam conſcientiam, ſecundum *Archi. inc.* 1. *de re iu. lib.* 6. *in verbo iuſtitiam, de quo in l.* 1. *C. ut quæ deſunt aduoc.* Et de iſta materia

14 quando aliquis facit actum non vt ipſe, ſed vt alius an præiudicet ſibi, vide *gl. in c. inter canonicos extra de eleo.* & *gloſ. in l. ſi pater,* §. *qui duos, ff. de adop.* & *in l. inter officium, ff. de rei vend.* & *in d. l. fin. ff. de inoffic. teſt.* facit ad hoc illud quod dicitur, quod ſi præſens ſit autorizans ſibi præiudicatur in is, quæ ſibi nocent, puta ſi deſcribatur ipſe debitor in eo actu, etiam ſi ille actus puta inuentarium ſit nullus, vt in *cap. ex literis, iuncta gloſ. in verbo teſtis, ad fin. de tranſac.* & *in cap. quando, in ſecunda glo. de his quę fiu. à prela. ſine conſen capit,* & *in c. ſi quis presbyterorum, in prima gl. de reb. eccl. non alie.* & *in l. Titia,* §. *lucia. de legatis ſecundo.* Sed pro deciſione cōcludo, quod ad effectum, vt currant illi triginta dies requiritur denunciatio etiam ſi coniunctus eſt teſtis in inſtrumento venditionis quia hoc eſt de forma quæ non poteſt omitti. Nec eſt verum quod præſentia, & denunciatio paribus paſſibus ambulant, quia hoc malè probatur in *d.* §. *ſed, et ſi teſtator,* ſed quātum ad effectum inducendi ſcientiam ſufficit quod fuit præſens in contractu tanquam teſtis, quia ſcientia ita vrget in quæ quis facit, vt alius, ſicut in his quæ quis facit tanquam ipſe, vt 46. *diſtinct. cap. ſicut, et de decimis cap. penul.* §. *porro,* 2. *reſponſo lib.*

Digitized by Google

lib.6.& quod ibi not. Et pro hoc facit,quod in ſimili dicimus quod procurator falſum confitentes non excuſatur quod tanquam alius eſt confeſſus, vt habetur in *l. proinde, §.1. ff. ad l.aquil.*quia vtilis actio confeſſoria datur contra eum, vt ibi.

15 Sed iterum quæritur quid ſi non poteſt haberi copia coniuncti, vt poſſit ei fieri denunciatio, an ſufficiat denunciari in eius domo. Reſpondeo quod ſufficit coram vicinis,& amicis in domo illius fieri hanc denunciationem, iuxta not.*l. eum qui aliter,§.1. ff.quod vi aut clam.et in d.l. denunciaſſe, ff. de adulte.* Facit ad hoc de denunciatione fienda amicis, & vicinis quod not. *Innoc. in c.fin.de dolo, et contum. et quod not. in l. 2.ex quibus cauſis in poſſeſſione ea.* Sed quid ſi ille cui competit ius congrui eſt pupillus, & habeat tutorem, ſed tutoris copia haberi non poteſt, an ſufficiat denunciari pupillo certè ſic ſi pupillus eſt maior infante, *arg.l. dictũ §.1.ff. de euictio.* ſed ſi infans eſt non valet ipſa denũciatio, quia eius ætas quicquid videt ignorat, *l.2.C.de falſ. mone. et in Spe. de actore,§.1.*

Sed iterum quæritur quid ſi facta denunciatione vicino, vicinus infra 30. dies non ſoluit pretium, quia iuſtè eſt impeditus, an ceſſante impedimento poſtea poſſit petere ius congrui lapſu tẽporis nõ obſtante,dic quod ſic, quia iuſte impedito non currit præſcriptio, *l.1.de anna.except.cum ſimil.*

Sed iuxta hoc quærit hic *Bald.* quid ſi venditor iuſta neceſſitate coactus, quia moritur fame, vel eſt infirmus,& non habet vnde poſſit facere expenſas, vel eſt apud hoſtes,& non valet expectare terminum 30. dierum ad recipiẽdũ pretium à volente emere per ius Prothomiſeos,& proteſtatur quod niſi Titius vicinus ei ſoluat pretium incontinenti, quod vendet alteri & habebit pretium abſque temporis expectatione,an tenecatur vicinus ſtatim ſoluere pretiũ abſque eo quod gaudeat dicto interluſorio triginta dierum Reſpondeo quod ceſſat terminus
16 huius,*l.propter neceſſitatem.*Nam in qualibet diſpoſitione legali uidetur excepta neceſſitas non habet legem, ut in *l.1. ff. de offic. conſul. in cap. 4. de conſue.et patet in cap.1. in princip. qualiter olim feud. alie. poſ.* vbi feudum non poteſt alienari, & tamen ex neceſſitate ſi non habet vnde poſſit viuere, poterit alienari. Item ex neceſſitate permiſſum eſt furari, vt eſt bonus *tex.in cap.diſcipulis domini,* & ibi bona *gloſ. de conſe. diſt. vlt.* & eſt bonus *tex.in cap.1.in verbo,equum ſuum, de pace tenen.* Item ex neceſſitate poteſt pater filium ſuum vendere, *tex.in l.2. C.de patri. qui fil. diſ.* Item res prohibitæ alienari poſſunt alienari ex neceſſitate famis, & pro alimentis, & medelis; vt not. *in l. mutus, §.manẽte.ff.de iur.do.& l.ſi cum dotẽ, ff.ſolu. matr.* ibi cum autẽ, neceſſitas enim facit licitum quod alias eſt illicitum, *7.q.1. c.mutationes.* Facit illud quod dicitur quod neceſſitas, ſeu paupertas veniẽs ſine ſua culpa excuſat à periurio, ſi in tempore promiſſo non poteſt ſatisfacere vt not. in *c.breui, & in cap. querelam, de iur. iur.& not. Bal. in c.1.de no.for. fidel. & in c.1. §.porro.quæ ſit prima cauſa benefic. ami. & in c.licet, ſi de feu.controuer. & in cap. fin. de alien. feu. pater.* Item ſi ſunt plures notarii ad vnum bãchum,& vnus incipit acta alicuius cauſæ, alius non poteſt finiri niſi ex neceſſitate ſecundum *Iac. But.in l.1.ff.de of.conſu. de quo in cap.cum plures, de offi.del eg.*& vide quæ habentur in *l.1. ff. de offi. eius cui mandata eſt iuriſd.* & ibi etiam allegantur aliæ cõcor. Item ſi Papa vult quod res eccleſiæ non poſſint alienari incoſulto eo nihilominus poſſunt alienari ex cauſa neceſſitatis, dicit *glo. & tex. in cap. verum, de condi. appo.* Item prælatus iurat nõ alienare Romano Pontifice inconſulto,& tamen in caſu neceſſitatis poteſt alienari incõſulto Romano Pontifice, de quo per *Io. And. in addi. Specu. in tit. de rebus eccle.non alie. & per Panormi. in c. fin. de relig.dom.*

17 Secundo not. ex tex.ibi, iuſtum pretium quòd coiunctns ad hoc, vt poſſit euincere rem venditam iure congrui debet duo facere. Primo quòd intra 30. dies ſoluat venditori pretiũ rei emptæ, quia ſi moram committit excluditur ab iſto iure, vt dicit iſte tex. Secũdo quòd iuſtum pretium ſoluat ſecundum, quod viſum fuerit arbitrio iudicis. Nam ad iudicem ſpectat examinare, quod ſit iuſtum pretium, vt dicit *Bar. in l. Calipodius, ff.de ſol.* & idem *Bar. in l.creditores. C.de pig.* & eſt bonus *tex. in l.fin. C. de iure domi.impetran.& not. Bart. in l.ſi equo. ff.de leg.1.* vel ſecũdum, quod viſum fuerit æſtimatoribus ad quod ex publico deputatis, quos Neapoli vocamus tabularios.Et de iſtis æſtimatoribus loquitur *tex. in l. hac edictali, §. is illud, C. de ſecund. nup. & in auct.de non alie.§.quia verò leonis,* vel debet ſoluere illud pretium,quòd reperitur ab alio volente emere, dum tamen ceſſet fraus. Nam poſſet quis volens vendere adhibere aliquem amicum ſuum, qui ſignat emere, vel vendere magno pretio,& in veritate,hoc fiat in vtilitatem venditoris ad hoc, vt vicinus cui competit ius congrui tantum ſoluat, quantum inuenitur. Nam ſi poterit de iſta fraude conſtare, non debet domus appretiari tantum quantum vendi poteſt, ſed debet æſtimari: quia ceſſante fraude vendicat ſibi locum illud quod dicitur, quod tantum valet res quantum vendi poteſt, *vt in l.ſi ſeruus, in prine.*

Digitized by Google

princ. ff. de cõdi. fur. & ibi gl. & all. gat. cõcor. Item hoc eſt verum ſcienti qualitate rei, *vt l. mor. cauſa capimus, in fin. ff. de do. cauſa mortis, facit l. ſi quis, C. de reſc. vendit.*

18 Nam ſi aliquis emeret rem pro centum quæ non valet 60. & ignorabat vitium rei, non diceretur quod iſta res valet centum, & ad hanc ignorantiam probandam debet fieri articulus, quod res vendita habebat vitia latentia, puta quia erat ſterilis, vel redditicia, vel reddebat malam vmbram propter hominem ibi ſepultum, *vt ff. de lega. ſecundo, l. mæuius, §. in fundo*, vel habet ſeruitutem cuius occaſione res non eſt in tanta æſtimatione, ita dicit *Bart. in l. pretia rerum, ff. ad l. falcidiam, & l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebellian. & domi. Sebaſt. in 1. conſtit. de iure congrui, ſuper verbo fuerit in fin. & not. Bart. in l. tertia, §. diui fratres, ff. da iure fiſ.* quia res debet æſtimari cum ſuis qualitatibus, ut in iuribus prælegatis. Sed quid ſi aliquis eſt compulſus ad vendendum propter neceſſitatem, & nullus comparet ad emendũ, conſideratis quod ille venditor faciet bonum forum propter neceſſitatem quam habet, an dicatur tunc res tantum valere quantum vẽdi poteſt, certè non; ſed iudex tũc æſtimabit ſecundum *Bart. notãter in d. l. & ſi æquo, de leg.* 1. Item res debet æſtimari ſecundum communem opinionem hominum, & non ſecundum affectionem, ſecundum *Bar. in d. l. pretia rerum*, & ad probandum communem æſtimationem nõ ſufficit probare quòd tali die res tantum valebat, quia non habetur conſideratio tam breuis temporis; ſed debet fieri probatio, quòd res communiter tantum valuit, tali tempore, ante, & poſt, & per multos annos ſecundum *Bart. in d. l. pretia rerum, & Auge. in l. facildia*, hoc eſſe ſeruandum, §. *corpora, ff. ad l. falcid.*

19 Poteſt etiam iuſtum pretium probari hoc modo, quod res fuit ſubhaſta in loco publico alta voce, & non fuit plus repertum, niſi tantum. Nam iſto caſu, quando res eſt vendita per ſubhaſtationem non poteſt dicere venditor, ſe deceptum vltra dimidium iuſti pretij, ſi iudicis decretum interuenerit, *vt in l. 1. C. præd. cur. libro* 10. & ibi *Bart.* & expreſsè hoc tenet *in d. §. corpora*, licet *Bart.* aliter dicat *in l. 1. C. de præſcrip. 30. annorum* allegat, *l. ſi quis id quod, C. de reſcin. ven.* Sed ibi clare fuit probata ambitio, ſecundũ *Ang. in d. §. corpora.* Vel dic quod iuſtum pretium dicitur conſiderato reditur rei, *vt ff. de reb. eod. l. ſi fundus per fideicõ. in princ.* puta ſi dicatur tantum quãtum valet res in vigintis annis, puta quinque pro centenario, vt dicit *gloſ. in auctẽ. perpetua, C. de ſacro ſãct. eccl. per tex. in auctẽ. de non alie. nã. §. ſi vero alicuius.* Sed hoc procedit quando eccleſia dat in emphyteuſim aliquod pretioſum prædium magni valoris redditus, verò nullius, aut modici, tunc emphyteuticus redditus debet ſtatui, ità; & aliter quod ipſi redditus in viginti annis collecti faciant æſtimationem rei, ſed quando eccleſia vult alienare pro redẽptione captiuorum, tunc eſt iuſtum pretium, quantum aſcendit reditus in quinquaginta annis, *vt in auctẽ. de aliẽ. emphyt. §. ſancimus.* Sed quando eccleſia vult alienare certum annum redituum quem habet extra prouinciam ipſius eccleſiæ tunc iuſtum pretium eſt quantũ aſcẽdit redituus in triginta quinq; annis, *vt in auct. de eccl. tit. §. ſancimus.* Interdum autem ſtatuitur iuſtum pretium ex reditu quindecim annorũ *C. de dona. l. ſi quis argentum ſimiliue modo.* Ibi in reditibus autem in quindecim annos æſtimationẽ præſtet. Cætera de iſta materia qualiter res ſit æſtimanda, vide pulcram *gloſ. cap. cũ cauſam qui inter Archiep. extra de teſtam.* & plenè per *Bartol. & Doct. in l. ſecunda, C. de reſcind. vend.*

20 Sed iuxta prædicta quæro, teſtator fecit teſtamentũ, & impoſuit pretiũ rei vendendæ, an iſtud dicatur iuſtum pretium, videtur quod ſic, parificata poteſtate iudicis, & teſtatoris, *l. non impoſſibile, cum concord. ff. de pact.* In contrarium tamen eſt veritas, quia æſtimatio facta per teſtatorem nullam neceſſitatem inducit, *vt in l. cũm pater. §. pater filio*, & ibi *Bart. ff. de legatis ſecund.* & ſcias quod fructus pendentes in agro augent æſtimationem agri, vt eſt *tex. in l. Falcidia, l. 3. ff. ad l. Falcidiã*, vbi dicitur quod fũdus eſt pretioſior propter fruſtus, ſed ancilla propter ventrem non, & per illũ textum dicit *Ang.* ibi, quod de partu nõ eſt habenda conſideratio, antequam naſcatur, quod no. dicit ipſe pro ſtatuto Florentiæ dictãte, quod de legato rei debeat ſolui gabella, ſecundum rei valorem, ſed ſi legatur vacca prægnans, quæ cariùs uenditur propter fætum, tamen illius qualitatis conſideratio habenda non eſt, quod ſatis eſt notandum qualiter autem probetur valor rei uenditæ, *Doct. in l. 2. C. de reſcind. vendit. & in cap. cum cauſam, & de teſt. & Ang. in l. ſi is qui quadringenta, §. quædam ff. ad l. Falcidiam.* Sed quid ſi aliqui teſtes deponant de maiori pretio, & quidam de minori quibus magis eſt credendum Reſpondetur quod magis creditur illi, qui dicunt de minori pretio ſecundum *Bal. in dicta l. 2. & vide in l. ſi quis in ſuo, ff. de cond. inſt. & in d. l. mortis cauſa, ff. de donat. cauſa mortis.* Hic nunc quæro de pulchra quæſtione quidam uendit domũ

21 pro quinquaginta, quæ in veritate emptore cotractus valebat centũ emptor iſte conuenitur à vicino iure congrui, ille emptor

Digitized by Google

ſe defendit quod non tenetur vendere iure congrui, fit proceſſus, & iudicium illud durat per annos, demum fertur ſententia, & condemnatur emptor uel uendendum iure cõgrui iuſto pretio ſecundum quod æſtimabunt tabularii, uel æſtimatores pretium, cuius domus tunc fortè creuit non per induſtriã emptoris, ſed fortè caſu fortuito prout contingit de facto iſto anno propter mutationem Dohanæ Neapolitanæ de uno loco ad alium, an debeat fieri æſtimatio ſecundũ præſens tempus ſententiæ, an ſecundũ tempus litis conteſtatæ in cauſa, uidetur quod debeat fieri æſtimatio à tempore moræ, uidelicet, à tẽpore quo fuit emptor requiſitus, ut uendat per ius congrui iuſto pretio ipſi uicino, ut uidetur caſus *in l. in hoc, ff. de triti. & l. quoties in diem, ff. de verbor. obligat. & in l. vinum, ff. ſi certum petatur.* & hoc tenet ibi *Ludouic. Roma. in 4. colum.* ibi dum dicit, in hoc conclude ultrà ſolutionem *gloſ.* quòd cum quæritur quo tempore debeat fieri æſtimatio, & ad hoc facit *l. vxor. §. teſtam. de legatis tertio*, quam allegat *Oldrad. conſil.* quod condemnatus ad decem,
2230. debet ſoluere de pecunia quæ currebat tempore latæ ſentẽtiæ, & non tempore executionis. Accedant notata per *Doct. in l. cum quid, ff. ſi certum petatur*, & quod not. *Spec. in tit. de ſolu. in §. nunc aliqua, & Bald. in l. illud, C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. final. C. communia de lega.* Mora enim committitur per interpellationem, *vt in l. mora, in princ. ff. de vſuris, et in l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. oblig.* In contrarium tamen determinare uidetur domi. *Sebaſt. in cõſt. de iure cong. in verbo fuerit*, ubi dicit quòd iuſtum pretiũ conſideratur ſecundũ tempus futurũ, quo tempore debet vendere uicino iure congrui, quia emptor poſſet acquirere ſeruitutem, & ſic plus ualeret, uel aliter meliorare, *arg. l. Mauius, ff. de legatis ſecundo.* Item iuſta pretia non ex præterito, ſed ex preſenti ſtatu iudicãtur, *vt l. tertia, §. diui fratres*, & ibi *Bart. ff. de iure fiſci*, & ſic debet fieri æſtimatio ſecundum quod res ualet tempore ſententiæ, & pro hoc nouiſſimè allego bonum *tex. in cap. 1. ſi de feu. vaſal. ab ali. fuerit interpel. & not. Spec. in tit. de ſol. §. nunc aliqua.* Pro ſolutione tamen videtur dicendum, quod quando nulla mora eſt commiſſa per emptorem, tunc iuſtum pretium eſtimabitur ſecundum tempus futurum & ita loquatur opin. domi. *Sebaſtia.* Sed ſi mora ex commiſſa per eum, fit eſtimatio ſecundum tempus à tempore moræ per iura prælegata in *d. l. vinum.* Et hoc verum eſt, niſi emptor habuiſſet iuſtam cauſam litigandi. Nam donec habuit iuſtam cauſam litigandi, non eſt mora, quia & iuſta cauſa
23 litigandi excuſat ab expenſis, *& in l. qui ſolidum, §. etiam, ff. de legatis ſecundo, & etiam dolo, l. igitur, §. poteſt, de liber. caus. & C. ad l. Flauiam, de Plagy*, & ſecundum aliquorum opiniones excuſat etiam pena, de quo per ſcribentes *in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verbor. obligat.* & cõſequenter excuſat à mora. *Pileus* tamen in ſuis quæſtionibus in *vlt. quæſt.* videtur tenere quod debeat æſtimari ſecundũ tempus rei iudicatæ, *alleg. l. 3. de triticario.*

Tertio nota ex textu ibi, vnuſquiſque quod ſi pluribus vicinis ratione coniunctionis competat ius congrui res illa euicta iure congrui diuiditur proportionabiliter inter eos, & vnuſquiſque recipit portionem ſuam ſecundum magnitudinem coniunctionis, quæ eſt iuxta rem venditam, *arg. l. 1. C. de impube. & aliis ſubſtit. & l. vnicæ, C. quando non petẽs par.* & de hac materia dictũ fuit in *§. præcedenti, in vltimo notab.* Sed iuxta hoc quæro, vicino competebat ius congrui, antequam obtineret in cauſa, mortuus eſt relictis pluribus hæredibus, quæritur an iſtud ius congrui tranſeat ad hæredes, & an fiat diuiſio inter eos, ad primum videtur quòd non tranſeat ad hæredes ius congrui, quia vt dictũ fuit *in §. præcedendi*, nõ poteſt cedi ius congrui, ſed illud quod non eſt ceſſibile, non eſt tranſmiſſibile, *vt in l. ex pluribus, ff. de adminiſtratione tutorum*, & ita not. *Bald. in l. per diuerſas, in 16. quæſt. C. de mand. ergo, &c.* In contrarium videtur, quia in hæredes tranſeunt actiones actiuè, & paſſiuè, *vt in l. 1. C. vt act. ab hæredibus, & contra hæredes*, quia hæres debet vti iure defuncti, etiam ſi ipſe ſit priuilegiatus, *vt ff. de vſur. l. cum quidam, §. fiſcus*, & fit diuiſio inter eos pro æquali portione, *vt in l. 2. §. & harum ff. de verb. oblig.* & iſta pars eſt verior Nec obſtat argumentum in contrariũ, quia ius congrui poteſt cedi cum ipſa re, & conſequenter tranſmittitur ad hæredem cum ipſa re, ſed in iure congrui ſeparato à re, quis non poteſt hæres inſtitui per dictam regulam, ſic intelligitur iſta materia.

24 Quarto nota, ex textu ibi, verum ſi infra ſtatutum terminum, quòd per lapſũ termini quis excluſus eſt à iure congrui, vt hic, & facit *ex. in l. item veniunt, §. à quo, ff. de pet. hæredit.* & ei imputandum eſt, qui infra terminum ſtatutum non egit, quia preſcriptio excludit eum à iure ſuo, facit bonus *tex. in l. finali, in fine, C. de his, qui à non domi. manumiſ. ſunt*, vbi *text.* dicit cum ſibi amiſſi mancipij damnum debeat imputare, qui per perniciem ſuã geſta taciturnitate firmant, idem eſt *tex. in l. finali, C. de anna. exceptia.* ibi, hypotecariam

aut-

Digitized by Google

autem euaneſcere taciturnitatem ſopitam, & infra ſuddit, cum contra deſides homines, & iuris ſui contẽptores. Itẽ ſicut preſcriptione, & vſucaptione excluditur quis ab actione ſibi competenti tranſacto tempore à iure ſtatuto, *ut C. de uſucap. transforman. l.* 1. Ita iſto caſu tranſacto tempore triginta dierum excluditur à iure congrui. Non enim permittendum eſt eum, contra quem præſcriptũ eſt, poſſeſſorem iudiciis afficere, nec ſperare aliquam in his ſibi viam actam. Sed omnis aditus eſt excludẽdus, *l. finali, C. de quadrien. præſcriptio. & no. Spec. in tit. de except. §. dicto. uerſ. ſed adhuc opponitur*. Nam ex laſpu termini intelligitur tacita renunciatio fieri per eum qui tacuit, *l. apud eum, C. de cenſi. lib.* 11. *l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pigna. & ff. locari, l. cum in plures, §. locator, & ff. de exerc. l.* 1. *§. magnam* Properare ergo debet actor ad ſui iuris proſequutionem, *ut C. de adult. l. ob commiſſa*, quia vigilantibus iura ſubueniunt, *ut in cap. uigilanti, de præſcrip.* & alibi dicit *Bal.* quod per lapſũ vnius anui videtur induci tacita repudiatio, *allega l. ſi impumbes, §. fin. ff. ad Trebell. & l. facta, §. ſi quis bonorum, ff. ad Trebell.* Ita dicit ipſe *in l. licet, C. de iure deliberan. quod not.*

25 Quinto nota, ex textu, quòd durante captiuitate, non currit tempus triginta dierũ ad petendum ius, & ſic iſte *tex.* intelligitur de captiuato exiſtente apud hoſtes, *ut in l.* 1. *& in l. imbello, §. ſi pignor. de capt. & poſtliminio reuerſis*, & nõ de captiuo exiſtente in carceribus publicis iuſtitiæ. Nã ei currit iſtud tempus facta denunciatione. Nam dicit *Bart. in l. is qui reus in fin. ff. de pub. iu.* quod ille qui detinetur in carceribus poteſtatis propter aliquam cõdemnationem ſi citatur ibi, & non comparet, imputatur ſibi, cum poſſet per procuratorem comparere, & hoc per gloſſam ibi poſitam remittit tamen ſe ad dicta per eum *in l.* 2. *circa fin. ff. de cuſto. reorum*, licet aliter dicat ipſe *in l.* 2. *ff. de in ius uocan.*

Sexto nota, ex textu ibi, deportatus vel in exilium miſſus, quòd deportato vel in exilium miſſo nõ currit præſcriptio temporis conſtituti ad petendum ius congrui, vt hic, quia dicitur impeditus. Sed dubiũ ſtat in hoc

26 An impeditio currat præſcriptio ipſo iure, vel ope exceptionis, *Guil. de Ca. in l. ſenatus ff. de offi. preſi.* dicit quod aut aliquis eſt impeditus impedimento iuris aut facti. Primo caſu, aut impedimentum ſuperuenit ante actionem competentem, aut poſt, ſi ante, tunc nõ valenti agere, non currit præſcriptio, *ut in l.* 1. *in fin. C. de anna. excep. & l. fin. §. donec, C. de iu. delib.* Si vero poſt actionẽ competentem venit impedimentum, tunc currit præſcriptio, ſed datur reſtitutio, *ut in d. l. Senatus.* Secundo caſu principali quando eſt impeditus impedimento facti, & tunc aut impedimentum eſt iuſtum, & non currit, præſcriptio. Secus ſi eſt iniuſtum, *ut in l.* 3. *§. ſi quis, ff. ſi quis cau. facit. te. in l. Attilicinus, ff. de ſerui. ruſt. præd.* hanc diſtinctionẽ, reprehẽdit in duobus capitibus *Iac. de But. in d. l. ſenatus, per text. in d. l. diuus*, qua re ipſe aliter diſtinguit, videlicet, aut impedimentum eſt ex parte rei, ſeù conuenti & tunc impedimentum non tollit preſcriptionem inchoatam, ſed impedit inchoandam, *ut ff. de feud. do. l. ſi fundum.* Si verò impedimentum eſt ex parte agere debentis, & tunc aut actor impeditur agere, & tale impedimentũ impedit præſcriptionẽ inchoatam, & inchoandam, *vt l.* 1. *§. fin. C. de anna. excep.* Aut non impeditur agere, ſed cõmodè, agere non poteſt, & tunc currit præſcriptio, ſed datur reſtitutio, *vt ff. quibus cau. mato. l. non enim*, & hanc diſtinctionẽ ſequitur *Cyn. in d. l. ſenatus, Ang. tamen in l. ſicut, C. de præſcrip.* 30. *ann.* dicit, quod ſi quis impeditur iuris impedimento, ſibi non currit præſcriptio tanquam agere non valenti, *l.* 1. *ff. de diuer. & temp. præſcri.* Sed vbi quis eſt impeditus agere impedimento ignorantiæ ſolius iuris, vel facti, tunc ei currit præſcriptio cum effectu, *vt d. l.* 1. *in*

27 *fin. C. de ann. excep.* de iſto tamen articulo, an ignoranti currat præſcriptio ipſo iure, vel ope exceptionis, vide plene per *Glo. Bar. & Doct. in l. cum filius, §. in hac, ff. de verb. oblig. per Bar. in l.* 1. *§. ſi quis autem ff. de itine. actuque priua. Ludo. in l. ſi uniuerſas, §. fin. ff. de acquir. hæred. & in l. ſi verò, §. de uiro.* 11. *fallen. ff. ſol. matr.* Idem *Lud. in conſ.* 117. *incip. uiſa diligenter præpoſiti thematis conſultatione*, & in alio *conſ.* 124. *incipien. circa primum dubium.* Vbi vero quis eſt impeditus agere propter cauſam exemplum ſi propter inundationem aquarum quis non potuit vti via ſibi debita, tunc currit præſcriptio, ſed habet locum beneficiũ reſtitutionis ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. ut in l.* 1. *ff ex quibus cau. maio.* hic eſt *tex. in d. l. Attilicinus*, Alios caſus, in quibus non currit præſcriptio, habes per *Glo. in cap. tranſmiſſa, de præſcri*, & ibi *Innoc. & Bar. in l. naturaliter, ff. de uſucap.* vbi ponit de impedimento teporis guerræ, & mortalitatis, *Bart. autem in dicta l.* 1., *§. ſi quis autem ff. de itine. actuque priua.* dicit, quod impeditus impedimento facti reſtituitur in integrum, ſecus ſi eſt impeditus impedimento iuris, quia tunc nulla eſt opus reſtitutione. Idem dicit ipſe *Bar. in l. unus ex ſocijs, in §. ſi fons, ff. de ſerui. ruſt. prædio. alleg.*

Digitized by Google

Cyn.in l. 1.in decima oppo.C.de bon.mater.

28 His prę ſuppoſitis quæro quis dicatur deportatus,& quis in exiliũ miſſus. Reſpondetur,quòd deportatus dicitur ,ille , qui amiſit ea,quæ ſunt iuris ciuilis, & retinet ea , quæ ſunt iuriſgentium, *l.quidam,ff. de pe. & no. inſti.de cap.dimi. §. minor.* & iſte reputatur mortus naturaliter,*vt in l.1.§.filium,ff.de cõtra.& inſti.quib.mo.ius pat. pote. ſol.§.cum autem,et in l.ex ea parte,ff.de uerb.oblig.* Ille autẽ dicitur in exilium miſſus qui perpetuo damnatur exilio, *ut no.gl.fin.in.l.nemo,uel in foro,& cui facta eſt interdictio aquæ,& ignis, ut ff.de pub.iu.l.2.*& dicitur etiam mortuus ciuiliter, vt ibi not.Et ſcias,quod triplex eſt exilium,vt ponitur *in l.exilium,ff.de inderdi. & relega.& Ludo.in l.ſed,& ſi quis caution.* & de materia bannitorum,& de reſtitutione ipſorum,vide *in c.domino* Guer.hic finitur lex *Corra.*& ibi plures remiſſiones .

Septimo notà, ex *tex.*ibi,*abſens*,quod abſenti cauſa reipublicæ,vel pro ſuis negotijs

29 ſine dolo,& fraude ſuccurritur vt contra eũ non currat præſcriptio ius cõgrui, ſubaudi ope,exceptionis ex clauſula generali,*ſi qua mihi iuſta cauſa*, de qua *in l.fin.ff.qui. ex cau.maior.& no.in l.fin.C.qui. mod. ob. long. temp. præſcr.& no. Bart.in l.a b hoſtibus,§. ſed quod ſimpliciter ff.qui ex cau.maio.*& ſic abſentia excuſat,de quo *in l.2. §. 1.ff.ſi quis cau.*debet tamen abſentia probari de quo in *cap.ueniens,in princ.de dolo, & contuma. & in cap.cupientes,de elec.in 6.* Quis autem dicatur abſens cauſa rei publicæ,vide *Cyn.in l. 1. C.quib.ex cauſ.maio.& glo.in l.ſed & ſi,§. hæc clauſula,ff.eo.tit.*Et ſcias,quod quinque ſunt genera abſentium de quibus in *Gl.in l. fin.de in integ.reſt.*Et quis dicatur abſens,& quis preſens,vide *in l.fin.C.de preſcr.lõg.tẽp. & in l.præsẽs,ff.de procur.& in l.2.in fin. ff. f.matr.& in c.ſuſceptum,de reſcrip. lib.6.in 5.glo. & in c. ſi delegatus,de offi. deleg. in 3. glo.*Et ſcias,quod in dubio abſentia præſumitur iuſta, niſi probetur iniuſta,*ut ff.de fideicom.lib.l.ſi eã,§.ex iuxta*, & hoc vbi non tenetur aliquid facere,ſecus vbi tenetur , quia tunc præſumitur iniuſtè,& malitiosè facere, *ut C.de decurionib.l.quamuis, lib.10. & ff. ubi pupil.edu.deb.l.fin. et not. Imol.in cap. ſi aduerſarius, de eo qui mit.in poſſ. cauſa rei ſeruan.* Et de iſta materia quando abſentia præſumatur doloſa,& cum fraude,& quãdo non,uide in *gloſ.fin.cap.1. de dolo,et contumac.lib.6.*

30 Octauo nota,ex eodem *text.*quod abſentia malitioſa,& dolosè facta non prodeſt,vt hic, ad idem *text.in cap.conſultationibus,de offic. delegat.et in capit.quoniam,§.poſt,ut lite non conteſtat.et Innocent.in cap.dilecta, de uerb. ſignific,et in cap.final.de eo qui mit.in poſſ.& in cap.ex tunc de cler.non reſid.* qualiter autem dicantur dolum abfuiſſe , vide in *l.item is,§.dolum,& in l.ſi cui,§.tamdiù,ff.ex quibus cauſ. maior. & C.de riſtitut.milit. lege ignorare.*

Nono nota , *textum* ibi , minor 25. annis , quod minori non currit præſcriptio iuris congrui , & hoc etiam eſt de iure communi verum , nam contra pupillum non currit præſcriptio,ſed reſtituitur in integrũ, vt in *l.2.C.quibus non currit long.temp.præſcript.* Holiè in Regno per conſtitutionem , quæ incipit , minorum iura , non currit præſcriptio durante minori ætate ipſo iure , ſed minor ætas dicitur vsque ad 18. annos , poſt autem dicitur major , vt in dicta conſtitutione , & hoc iure utimur.

31 Decimo nota , ex *text.*ibi , procuratores , quòd abſentes cauſa Reipublicæ , vel pro negotiis propriis tenentur relinquere procuratores ,& ipſis procuratoribus , ſivè tutoribus, vel curatoribus ad petendum ius congrui non datur tempus 30.dierum , ſed quatuor menſium à die ſcientiæ , vt dixi ſupra eodem , in primo nota ex auctoritate *Bald.*& debet fieri ſolutio iuſti pretii venditori , vna cum damnis expenſis,& intereſſe, quæ paſſus eſt ille venditor , propter retardatam venditionem ſi vendere volens expectavit decennium , aliàs ſi res vendita translata fuit in emptorem, & venditor habuit pretium, & emptor rem , tunc nullum intereſſe currit , & ſic nullum debetur , & ità intelligatur iſte *tex.*

Ex hoc infertur, quod abſens, & impeditus tenetur mittere procuratorem,alias currit ei tempus iuris congrui, .ſ.quatuor menſium,Sed de iſto articulo,an abſens,vel impeditus teneatur mittere procuratorẽ, vide *Spe.in titul.de procur. §.ratione quoque conſtituentis in fin.& Bart* nota *in l.1.ff.de diuerſ.& tempor.præſcript.*vbi plenè de iſta materia,& plenius in *l.per Lud.ff.ſi quis cau. & in l.item ait,cum l.ſeq.ff.ex quib.cauſ.maior, & per gl.in cap.dilectus filius , & in c. querelam,de procur.*

32 Sed iuxtà prędicta quæro , & infero verba *Bald.* hic ,dicit iſta conſtitutio ſi quis fuerit abſens cauſa Reipublicæ , vel fuerit pupillus, quos defenſores , & tutores eorum infrà quatuor menſes debent pro eis ſoluere iuſtum pretium , & recipere ius Prothomiſeos,quod ſi non fecerint omne damnum, quod illi pupillo,vel abſenti contigerit eis de pretio reſarcient . Conſtat tamen , quòd in Ciuitate eſt quidam pupillus non habẽs, tutorem , & propter hoc amiſit ius Prothomiſeos per 30. dies, & quatuor menſes elapſos,numquid pupillus habeat aliquod remedium quod haberet contra tutorem non pe-

ten-

Digitized by Google

tentem ius congrui, habet contra Iudicem, qui sibi non prouidit de tutore, & propterea passus est damnum, quia non habet ius congrui, per *l.1.§. Magistratus, ff. de magist. conuen. & instit. de Attil. tuto. §. sed hoc* quia sic hæc cõstitutio ob minorem ætatem noluisset aliter prouidere, puta de restitutione in integrum, vel aliter, dixisset, non dixit ergo omisit, *l. vnica, C. de cad. toll. circa princ.* & hoc est ex dispositione præsentis constitutionis alias autem præscriptiones consuetudinis, vel statuti non current minoribus, vt in *d. l. fin. C. in quib. cau. in integ. rest. nõ est necess. et Bart. in l. fin. de mi.* alibi dicunt *Doc.* quod præscriptio iuris cõgrui inducta per consuatudinem, vel statutũ currit minoribus, sed datur *restit. in integr. vt in cap. constitutus de test. in integ.* quia dictæ cõsuetudines, vel statuta quoad tempus iuris cõgrui ligant etiam minores secundũ *Bar. in d. l. fin. et Dec. in d. cap. constitutus, et l. siuè hæredè, §. Lucius, ff. de admin. tutor.* facit quod nota *Glos. in clemen. 1. de rest. in integ.* & quod nota in *l. 2. C. si aduer. uend. pign.* Conclude ergo, quod vbi vendicat sibi locum hæc lex procedit opinio *Bald.* vbi vero ius cõgrui seruatur per cõsuetudinem, vel statutũ ciuitatis, prout est in Ciuitate Neap. tunc minor restituitur in integrũ aduersus tẽpus petenti ius congrui per prędicta, quod est menti tenẽdũ.

33 Sed iuxtà istam legem iterùm quæro secũdum *Bald.* quid in captiuis, vel absentibus nõ habẽtibus procuratorẽ in Ciuitate pro quibus nõ est remedium aduersus magistratum, dicit *Bal.* quòd solitum est, quod quando res tales vẽdũtur fiat emissio banni, & quia forte aliquis amicus ad cõsãguineus, vel filius interponet se pro absẽte, vel captiuo ad factũ suũ in talibus oportunum, vt *ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea l. hoc autem, §. 1. et §. penult. et ff. de priuil. creditor. l. pupillus.* Sed quid si hoc facto nullus comparet, & postea captiuus, vel absens causa reipublicę rediens petat reuocari venditionem per ius cõgrui quid dicendum dicit *Bald.* quod ista lex non comprehendit istum casum, & propterea à eis succurritur per beneficium restitutionis in integrum, per *tit. ff. et C. quibus, ex cauſ. maior. et per titulum, ff. de capt.* quia per eos non stetit, eis imputari non debit. Facit quod dicitur, quod non est in mora, qui potest se legitima exceptione tueri, vt *ff. ſi cert. petat. l. quod te alias l. lecta, et ff. de verb obl. l. ſi pupillus.* Item aduerte, quia dicitur hìc in *text.* quod si tutor, vel curator, vel procurator fuit negligens in non petendo ius congrui infrà tẽpus constitutũ, quod si dominus; quia non habuit ius congrui aliquod damnum, vel incommodum passus est, tutor, vel curator, vel procurator tenetur domino constituẽti, vel pupillo, vel adulto ad omne damnũ, & incõmodũ resarciendum, & ad hoc facit, *C. de pericul. tuto. l. ſi res pupilli, et C. arbitr. tute. l. quicquid, & ff. mandat. l. procuratorem. §. dolo, C. de procur. l. procuratorem.*

34 Sed iuxtà hoc quæro; quid si isti tutores, vel procuratores non sunt soluendo. Respõdotur, quod tunc succurritur eis contra ẽptores ad petendum ius congrui lapsu temporis non obstante per viam, restitutionis in integrum, argumento, *ff. de min. l. cum mandato,* & crit isto casu in electione minoris, vel, vel agere cõtra emptorem per uiam restitutionis in integrum, vel agere contra tutorem, ut notat. in *l. etiam C. ſi tutor, vel curator, in fin.* Maior autem debet prius agere contra procuratorem, & si ille est pauper inanis est actio, *l. cum is, ff. de dolo,* sed datur restitutio contra emptorẽ, notat. in *cap. 2. de reſtit. integr.* Sed illa *Glos.* loquitur tantum in dolo, sed in negligentia, secus est; quia imputatur constituenti, quod tali procuratori negligenti commisit negotia sua, vt *ff. de dolo, l. cum mãdato.*

Vndecimo, & vltimo nota ex *text.* ibi, extraneos, quod ius cengrui competit vicino contra emptorem rei, non autem conpetit contra ipsũ venditorem, & debet seruari iu-
25 ris ordo, & sic pater, quod istud ius congrui est in rẽ, & afficit possessorẽ, & ideò contra ẽptores possessores agendum est, & sic ille qui vult agere iure cõgrui debet dare libellũ cõtra possessorem eundemq; emptorem, & hoc probat expresse iste *text.* & firmat etiam doct. *Sebastian. in prima consuetudine, de iure cõgrui ſuper verſ. poſſedit, & ſuper ver. ab emptore.* Et ideò libellus in iure congrui ratione vicinitatis sic debet formari. Coram vobis, &c. agit A. contra D. & contra quãlibet aliam personam pro eo interuenientem, dicens, quòd adhuc non sunt transacti 30. dies, vel non sunt trãsacti quatuor mẽses; vel adhuc nõ est transactus annus, prout datur in Ciuitate Neap. à die scientię ad petendũ ius congrui, quod B. vendidit, & tradidit dicto D. talẽ domũ, vel terram sitam in tali loco, iuxtà rem talem, & talem talem, & talem pro certo pretio, & in prędentariũ dictus, D. emptor tenet, & possidet dictam rem emptam, quę domus spectat iure congrui ad dictum, A. pro eodẽ pretio secundum dispositionem huius legis, Vel si sumus in Ciuitate Neapolis pro eo pretio, quo æstimabunt tabularj Neapolitani, quare petit ipsam domum ab eodem D. cum ipse At si vicinus, & coniũctus dictę domui hoc est quia habet domum vel fundum uicinum dictę domui venditæ, quæ tenetur, & possidetur per dictum D. dicto titulo emptionis, vel alio titulo, in quo habet locum ius congrui virtute constitutionis lancimus, vel statuti Ciuitatis, vel consuetudinis, & ipse

A.

Digitized by Google

A. eſt paratus, & offert in iudicio reſtituere, tradere, & nomerare dicto D. iuſtum pretium ſecundum taxationem, & ad pretium inde finiendũ per tabularios, vel dictum pretium, quo dictus, D. emit pro venditione dicti fundi, & ad prędicta petit se admittit, &c.

36 Sed ſi petitur ius congrui iure ſanguinis poteſt ſic formari libellus, Coram vobis, &c. Agit A. contra. B. quod Titius frater conſobrinus ipſius. A. vendidit, & tradidit ipſi, B. quendam fundum ſuum pro vncis decem poſitum in tali loco iuxta rem talem, & talem, qui fundus ſpectat ad eundem, A. actorem pro pretio antedicto ex Iure Prothomiſeos. Ideò petit ipſum fundum ab eodem, B. ſecundum conſtitutionem Imperialem ſancimus, cum ipſe actor ſit proximior illi, B. tum iure ſanguinis, tum iure vicinitatis in dicto fundo vendito, & paratus ſit, & ſic offert in iudicio reſtituere, tradere, & numeratæ dicto B. dictas vncias decem, pro venditione dicti fundi, & ad prædicta petit ſe admitti, &c.

Et ſi sũt pleres, qui habent ius cõgrui cõcipient libellum in numero plurali, vt in præcedenti congrui, dicere ſi tenet, & poſſidet, & etiam tenetur dicere, quo titulo; id eſt an titulo donatitionis, vel emptionis, quia conuẽtus à principio tenetur reſpondere ad ea, quę ex parte ſui cauſant actionem actor, vt *C. de alien. iudic. l.* 1. & propterea debet reſpondere ſi poſſidet, Regularitèr autem quis titulum non debet dicere, vt in *l. cogit. C. de petit. hæredit.* Sed hoc eſt verum, niſi titulus pateret; vel daret actionem actori. Nàm tunc compellitur ipſum titulum à principio dicere, ut patet in *d. l. cogit. 2. reſpon.* & in magna *Cloſ.* & hoc probatur, nam conuentus petitione hęreditatis compellitur dicere titulum, hoc eſt an pro poſſeſſore, vel pro hærede poſſidet, quia hoc cauſat actionem volenti agere petitione hęreditatis, vt *ff. de petit. hæred. l. regularitèr*, ſed in caſu noſtro duo ſunt, quę ex parte conuenti cauſant actionem actori, ſcilicet, quod conuentus ſit emptor, & poſſeſſor, vt hic, & ita dicit doct. *Sebaſt. in dict. gloſ. in verbo ab emptore.* Sed quid ſi interogatus dixit mendacium, de hoc dicam in *§. niſi*, vbi de fraude dicetur infrà eodem.

37 Sed bonum eſt hoc ſcire, ecce quòd ab emptore euincitur res per ſententiam iudicis, quia compellitur pretio recepto reſtituere vicino rem ipſam iure congrui, an aget emptor cõtra venditorem de euictione, uidetur, quod ſic quia perdit rem emptam, vt *C. de euict. l. non dubitatur*, & *ff. eo. l. ſed ſi exceptio*, & *ff. contrahend. emption. l. in vendendo.* In contrarium tamen eſt veritas, quia emptor ſciebat, vel ſcire debebat, vt *l. quod te, ff. ſi cert. pet.* quod vicinus poterat euincere iure congrui, vndè ſibi imputatur ſicut illi, qui ſcienter emit rem alienam, vel aliteri obligatam non aget de euictione, vt *C. de euit. l. ſi fundum.* Idèm iſtud ius congrui dirigitur contra emptorem ex iuris permiſſione, & ſic ex ſua perſona dirigitur contra eum actio, & non ex perſona venditoris; meritò non agitur contra venditorem de euictione, argumento *l. ſi per imprudentiam*, cum ibi notat, & *l. hoc iure, cum l. ſeq. & l. ſi ſeruum, ff. de euict.* Item iſta euictio cauſatur ex contractu ipſius venditionis poſt ipſum contractum. Sed quãdo poſt contractum cauſatur euictio, & ſic non eſt ex andecedente cauſa non tenetur venditor de euictione, vt in *l. 3. ff. de euict.* & ſic concluditur, quòd venoitor non tenetur de euictiõe, quando iure congrui emptor perdit rem, & per iſta eſt expeditus iſte ſecundus, *§. nunc ſequitur certius, §. qui incipit.* licet enim ſupra diximus.

SVMMARIVM.

1 *Tempus conceſſum vicinis ad petendũ ius congrui refertur.*
2 *Conſuetudo Neapol. diuerſimodè concediit tempus ad petendum ius congrui.*
3 *Tempus ad petendum ius congrui, an vtile, vel continuum ſit.*
4 *Tempus legale eſt continuum.*
5 *Tempus legale currit de momento ad momentum.*
6 *Tempus petendi iús Protomiſeos à quo die currit.*
7 *Scientia ſola petendi ius Protomiſeos, an ſufficiat.*
8 *Tempus iuris, quod nam ſit.*
9 *Tempus datum ſuper excuſatione tutelæ, vel curæ eſt continuum.*
10 *Tempus appellationis eſt continuum.*
11 *Tempus datum ad deliberandum hæredibus eſt continuum.*
12 *Tempus datum ad conficiendum inuentarium eſt trimeſtre.*
13 *Tempus datum ad beneficium vacatum eſt ſemeſtre.*
14 *Tempus datum circa actionem redibitoriã eſt vtile.*
15 *Tempus aſſignandum, ab Ordinario Superiori regulari circa puniendum delinquentem religioſum, quod ſit.*
16 *Tempus apponendum in literis citatoriis, quantum eſſe debet.*
17 *Tempus ad colligendum ſarcinulas exulanti, quod nam ſit.*
18 *Terminus triginta dierũ præfixum à Cõſt. an ſit peremptorius, vel continuus.*
19 *Terminus à lege ſtatutus, an poſſit minui, vel augeri à partibus.*
20 *Purgatio moræ contractę in termino dierum 30. an admittatur.*

Pur-

Digitized by Google

21 *Purgatio moræ vbi dies à lege appoſiti ſunt, an admittatur.*
22 *Nouatio in termino præfixo in puniendo regularem; an admittatur.*
23 *Mora incontinenti, an purgari poſſit.*
24 *Vicinus; an dicatur in mora præcedente interpellatione requiſita per Conſt.*
25 *Dies interpellat pro homine.*
26 *Interpellatio, an requiratur in ſorore petente dotari ob fratris dilationem ad hoc, vt poſſit ſuccedere.*
27 *Dies quando interpellat pro homine.*
28 *Tempus adiectum in venditione coditionali, quando currit.*
29 *Terminus nunquam incipit currere dum non adeſt ſcientia.*
30 *Scientia debet antercedere terminum ad inducendam ſcientiam.*
31 *Mora an noceat moroſo certiorato.*
32 *Deciſ. S. C. refertur.*
33 *Denunciatio quare requiritur per Conſt.*
34 *Sola ſciẽtia, an ſufficiat abſq. denũciatione.*
35 *Qualis ſcientia requiritur, ad conſtituendum in mora vicinum.*
36 *Tempus conſtitutum per Conſt. ac Conſuet. Neapol. an curret, ſi à non Domino res vendatur.*
37 *Tẽpora non currunt niſi ſubſequuta alienatione, & ratificatione, & conſenſu veri Domini.*
38 *Fraus quando verè, dicatur commiſſa:*
39 *Tempus dierum 20. non currit niſi facta prius denũciatione.*
40 *Denunciatio eſt de neceſſitate facienda.*
41 *Dominium in retractu non principaliter, ſed incidẽter exquiritur.*

1 IN §. 2. *ut infra trig. dies.* In hoc §. tractatur de tempore cõceſſo vicinis ad petendum cõgruum, quod ſecundum præſentem extrauagantẽ eſt dierum 30. quibus elapſis præcluditur eis via agendi iure congrui, ſuper re poſſeſſa per emptorem, ta men hoc limitatur in quinque caſibus, vt hic in *text.* noſtro.

2 Ad primum *notab.* & ad id, quod ait *Aſflict.* vi predictum tempus, ſeruatur ſolum in hoc Regno, dum in Ciuitate noſtra vigent Conſuetudines, diuerſimodè diſponẽtes, circa tempus petendi congruum, vt diximus ſupra in §. 1. *in not. quinto*, vbi poſuimus differentias inter præſentem extrauagantem, ac conſuetudines prædictas.

Tempus verò hoc, an utile, uel continuũ ſit dum à *leg. diſponitur*, dicas eſſe cõtinuum,
3 non utile cum à *leg. diſponitur*, *tex. eſt in l. capite quinto, ff. de adult. l. regula, ff. de pœnis, l. fin. §. quoties, ff. de public. & vectigal.* ita *gloſ. ſingul. & vnica in rub. de diuerſ. & temp. præſcriptionibus*, quam ſingular appellat, *Imol. in clement. 1. de in integ. reſt. Angel. in l. 1. §. 1. ff. de cond. inſt. Dec. in l. ſi idem cum eodem, ff. de iuriſd. omnium iud. colum. 2. nu. 5.* cum quibus concordat *Bar. in auth. de appellat. num. 1.* idem concludens, quod tempus le-
17 eligit hic in *vers. sed hoc vltimum*; talem denunciationem, vbiq; fieri posse, nam ad effectum scientiæ inducendæ ordinatur, ac requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio quo tempore fieri debeat, an etiam nocturno tempore, nu.*2.
3 *Festum actendi debet, in loco, vbi denunciatio fieri debet.*
4 *Citatio expedita die Feriato, an eodem die notificari possit.*
5 *Citatio in diebus repentinis feriarum, an fieri possit, & facta teneat.*
6 *Citatio quibus modis circumducitur.*
7 *Citatio facta per edictum quando circumdicitur*
8 *Denunciatio an possit fieri procuratori generali, & an sufficiat nu.* 10.
9 *Scientia procuratoris, an noceat domino.*
11 *Procurator dicitur nuntius.*
12 *Procurator potest facere denunciationem nomine principalis.*
13 *Procurator tenetur ostendere mandatum vicino denunciando.*
14 *Actus denunciationis, an teneat si in eo non est expressum fieri nomine procuratoris.*
15 *Mandatum speciale, an requiratur ad faciendam denunciationem*
16 *Procurator geneneralis, an teneatur dicere talem denunciationem facere nomine domini.*
17 *Procurator, an possit remittere caducitatē nomine domini.*
18 *Denunciatio an semel, vel pluries erit facienda.*
19 *Actus frustatorii sunt euitandi.*
20 *Pluralitas in actibus hominum non danda.*
21 *Denunciatio semel facta sufficit.*
22 *Verba simpliciter prolata simpliciter sunt intelligenda*
23 *Omissum pro omisso habetur.*
14 *Interpetratio stricta fit in constit. hac*
25 *Verba uti sonant interpetrāda sunt, & quando.*
26 *Denunciatio facta elapsa decennia, est nulla.*
27 *Per lapsum decennii præsumitur denunciatio.*
28 *Tempus est, qui inducit presumptionem.*
29 *Effectus, quos parit antiquitas temporis remissiuè.*

1 AD *vers. itē quæro, tract. Afflict.* hic de tēpore, in quo est facienda hæc denunciatio, id est si in die feriata, & concludit, quod in omni tempore potest fieri, ità inquit etiam *Benedell. hic in* §. *in primis*, *nu.*48. *in* 5. *ampliatione*, vbi ait etiam in nocturno tempore posse fieri, vt loco eodem in *secunda*
2 *ampliatione*, in quibus vero casibus potest fieri citatio diebus feriatis, vel non, & de quibus feriatis intelligitur videndus est omninò *Carauita super ritu* 116. *per totum*, item dictum *Reg. Rouit. in rubr. de feriis*, *quæst.* 10. qui *Carau. in fin. d. Ritus.* ait, vt locus, vbi citatio facienda, & exequutioni est demandanda attendendus est, si ibi erit, festū, vel non secus locus iudicij vbi fuit citatio expedita, cui accedit *Illust. Dom. Reg. Tap.*
3 *super rubrica de instrum. liquidatione, in verbo expeditur, in nu.*49. sic etiam *Franc. Anton. à Canario de liquidat. instrum. nu.* 32. *sub.*4. *consideratione*, *Gald. super eod. ritu.* 116. *in lib.*3. *sub tit. de citatio. col.*2. *fol. mihi* 61.

Expedita vero citatione die feriata si possit
4 nè eadem die notificari, videas eundem *Reg. Tapiā eod. loco citato per tex. in l.*1. *& fin. ff. & C. de feriis*, & facta die feriata, si trahitur, ad nō feriatā, & iuridicā *text. in l. dies festos*, vbi *Bald. nu.*2. *& 3. ff. de feriis, & in l.*2. *ff. de in ius voc.* circa vero illos dies, in quibus ob ingressū Principis, vel aliud repentinū; vi-
5 delicet natiuitatē eiusdē, Curia non regitur, si possunt fieri citationes, & si factę teneant, videas eundem *Galder. in* 3. *principali parte, in rubrica personaliter, in Curia, nu.*5. *&* 9. & in quibus modis dicatur circumducta cita-

Digitized by Google

tio, videas eundem *Cauarium*, *vbi. ſupra, conſider. 4. à n. 31. vſq; ad 36. & Illuſtr.*
6 *Dom. March. Regent. Capycium Latrum in dec. 69. num. 15. & 16.* vbi citatio facta per ædictum circumducatur ſpatio ſex menſium,
7 vel non, & ſi citatione facta circa remedium Capitolorum Regni contra intereſſe prætendentes, ſi per mutationem Iudicis, coram quo prius fuit iterum ſit renouanda, videas eundem *D. Capyc. Latrum citata deciſ.* & facta ad cuius inſtantiam cenſetur facta partis nè vnius, vel vtriuſque *Capyc. deciſ.* 19.

Ad id, quod *Afflict.* hic concludit, quod poteſt fieri hæc denunciatio procuratori gene-
8 rali vicini videas *Benedell.* qui hoc idem concludit in §. *in primis n.* 49. *verſ. 6. am-*
9 *plia*, & ſcientia procuratoris, an noceat Domino, videas addẽtes ad *Bartol. in l. ignorantia, ff. de procuratoribus ſuper verſ. Procurator non poteſt facere, Loffred. conſ. 20. nu.* 29. *allat. ab eod. num.* 29. licet *Bald. in l. item veniunt, in §. petitam, n.* 20. *ff. de pet. hæred.* inquit non ſufficere denunciationem talem
10 ſolum procuratori facere, ſed *Bald.* loquitur in caſu diuerſo circa hæreditatis petitionem, vbi de animi vitio agitur, quod inducitur à ſe ipſo, & non per alium, & ſecus, in caſu de quo loquimur, vbi ſufficit, ſi fit procuratori generali, cum ad Domini notitiam præſumitur peruenisſe, & ſi procurator
11 dicatur nuncius, idem *Bal.* inquit, quod non in *l. 1. n. 5. lect. 2. ff. de procurator.*

12 Et an procurator poteſt facere talẽ denũciationem nomine ſui principalis vide *Benedell.* hic in *loco citato ſupra*, *num.* 49. pagina 45. mihi, ibi *oſtenſo procuratorio Rendellam in Gl. nunciatio, nu.* 2. ubi ait procuratorem,
13 teneri ad oſtendendum mandatum, eumquè exibendum, & vicinio, denunciare, ità *Mang. ad Bart. l. non ſolum, §. morte, ff. noui ope. nunc.* & quid ſi in denunciatione, non expreſsit facere hunc actum procuratorio nomine, ſi tenet actum denunciationis,
14 *Bart. in l. 1. §. nunciatio, n.* 13. *ff. noui ope. nunciat. vbi n.* 2. *in eod. §.* & an requiratur ſpeciale mãdatum ad hunc actum pro facienda denunciatione iſta dum vltra poteſtatem ei datam nil operatur tale mandatum, idem
15 in *l. 1. §. promittitur, ff. de lib. agnosc. num. 1. D. de Franch. deciſ.* 60. *num.* 21. Item an ſufficiat eſſe procuratorem generalem, *Iaſon. in d. §. nunciatio, & in l. 1. num.* 3. *& in d. l. de pupillo, §. qui procuratorio, num* 4. *& Bald. in l. cum procurator, n. 1. ff. noui oper. nunciat.* & ſi teneatur dicere talem denunciationem nomine ſui principalis Do-
16 mini facere dicas, quod ſic, vt per *Maſcardum d. prob. concl.* 1238. *lim.* 1. *num.* 11. & an poſſit hic procurator caducitatem re-
17 mittere nomine ſui Domini; vide incidenter, ad hoc, *Afflict. in deciſ.* 129. *num.* 10

18 Hęc denunciatio cum ſit facienda ſi ſemel ſufficit, an pluries erit facienda *Afflict.* hic *ſemel ſufficere*, inquit, cui adde Philoſophum dicentem, *Fruſtra eſſe id, quod per plura fit, dum per pauciora ſufficit fieri*, & habetur etiam apud Inris Conſ. in *l. ampliorem*, C.
19 *de appell.* & etiã apud *Maſcard. in q. 6. n.* 111 *& queſt.* 16. *n.* 112. *et Bald. in l. hoc iure n.* 38 *ff. de iuſt. & iure*, ità *Surd. etiã ait fruſtratoriis; actus ſunt euitandi, in deciſ. 7. n.* 2. & habetur melius in *l. omnino, C. de teſtamentis & in l. fin. C. de reb. cred.* vbi id hominum actibus, non eſt danda pluritas, & hæc denunciatio fit, ab homine, ità *Benedell.*
20 *etiam tenet ſupra loco citato, nu.* 59. & 60. *verſ. 2. limita*; inquit enim *legem habere in infinitum, ſi hoc fieret per tex. in l. vlt. C. de ſacroſanct. Eccleſ. cap. cum in vltimis de reſcriptis, in 6.*

Licet *Fontanella* ſecus tenet in *clauſ.* 3. *gloſ. 1. p. 2. num.* 68. *de pact. nupt.*

21 Et quod talis denunciatio ſemel facta ſufficit, non tantum probatur per ſcribentes hic in *verbo denuncietur*, verum etiam ex eiuſdem noſtræ conſtitutionis verbis, quę ſimpliciter ſunt prolata, & ſic ſimpliciter ſunt intelligenda, ac attendenda, *tex. eſt, in*
22 *l. præcipimus C. de appellat. nam ſemel fit mentio, in conſtit. huius denunciationis*; nequè eius verba interpetrationem recipiunt, *Bald. in l. quidam, n. 2. ff. de hæred. inſtit.* ità etiam *Bart. & DD. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, Caſtrenſ. in l. fin. C. plus valere, quod agitur*, & omiſſum in eis ſemper pro
23 omiſſo habetur; ait noſter etiam *Afflict. in conſtit. hoſtici nu.* 22. cum ſit exorbitans à iure communi, ideoque ſtrictè eſt facienda interpetratio in ea; iuxtà *text. in l. ſi quando, C. de teſtam. cap. cum dilectus, de conſue-*
24 *tud.* cum aliis ſimilibus allatis per *Dec. in conſil.* 222. viſo puncto *Bart. conſil.* 113. *nu.* 4. nec debet recipere interpetrationem ſupplettivam *Bald. in l. quicquid aſtringendæ, de verbor. obligat. num.* 2. & Addentes ad eũ in *l. non poſſunt, ff. de legib.* ſed eius verba uti ſonant ſunt interpetranda, eo magis cũ ſint correctoria iuris communis, ità *Io. Vinc. de Anna allegat.* 7. *nu.* 1. benè igitur inquit *Afflict.* hic ſemel denunciationem, ordinatam per præſentem conſtitutionem ſufficere.

Et Nota, ex *tex. huius Conſtitutionis*, ibi, *Tranſcurſo Decennio, quod ſi non denunciavit nulla de cetero moveatur Controver-*
26 *ſia*, & licet *Afflict.* noſter nil de hac re (vt

vi-

videas) in ſuo commentario; tamen apud *Rendellam*, & *Benedellum* habetur, ſicut etiam per *Iacob. Novellum*, nec dubitatur ſi hic *tex.* hodiè, ſit *auth. Imperatoris Federici*, vel nè & ideò, absque denunciatione, elapſo hoc tempore decennii, tutus redditur emptor à retractu, ità idem *Bened. in d. §. Tranſcurſo*, & ibidem *Rendel. in princ.* vbi refert rationem allatam à *Maranta* & eſt, nam per lapſum longi temporis,
27 ideſt decennii, præſumitur denunciationis ſolemnitatem interveniſſe ad vicinum excludendum, per *Tex.* & *Gloſ. l. ſi filius C. de pet. hæred.*

Cui rationi acquieſcendo, idem *Benedel.* ait certam rationem aſſignari non poſſe in temporibus, præſcriptionum, ſtandum propterea *tex.* determinationi, nt in *nu. 6. ibid.* & licet, vt ſuprà annotavi; Denunciationem eſſe ſubſtantialem tamen tempus eſt, quod inducit præſumptionem denunciationis, ar-
28 gumento, ea quæ per *Bald. in l. 1. q. 7. ver. ex hoc*, infert *Bart. C. qui admitti.*

Verum, ſupradicta ratio non ſatisfacit *Rendellæ* (vt ipſemet in *loco ſupra cit.* ait) in *verſ. ſed iſta ratio*; alitèr *tex. d. §. Tranſcurſo interpetrando. vt in eod tract. de iure prothom. nu. 6. verſ. interpetremur.*

Circa effectus earum, quæ præſumuntur, ex antiquitate temporis, vide *D. Ricc. in col-*
29 *lect. dec. coll.* 383. & 327.

SVMMARIVM.

1 *Forma non ſervata, in actu, in quo ipſa requiritur, redditur nullus.*
2 *Forma ſemper ſervanda erit.*
3 *Ordo dicitur forma actus, quo omiſſo redditur nullus.*
4 *Denunciatio eſt de forma actus, quia omiſſa actus corruit.*
5 *Preſens in actu, & tacens ſibi præiudicat, & quid in iure prothomiſeos ſit, nu. 6.*
7 *Teſtis præſens in teſtamento, ſe illi ſubſcribendo an ſibi præiudicet.*
8 *Tacens licet ſit præſens, an ſibi præiudicet.*
9 *Præſentia ſola, an ſufficiat in Conſtit. Sancimus.*

AD *verſ. ſubſequenter queritur*, *num.* 13. adde *Tiraquell. de retractu municipali, §. 36. gl. 2. nu. 28.* ac *Benedell. loc. ſuprà citato nu. m. 44. pagina mihi 44. à tergo, in §. in primis*, & quod actus, in quo requiritur certa
1 forma, non ſeruata forma in eo, corruit facit *Surd. deciſ. 268. nu. 8. & 9. Cacher. deciſ. ped. 1. 13. num. 8.* & nos diximus ſupra eſſe neceſſariam talem denunciationem quæ non eſt omittenda, ita *Bald. in eod. tract. de iur. congr.* impreſſo poſt *Afflict.* hic *nu. 15. Formæ, namq;* *prætermiſſio actum nullam efficit, etiam ignoranter omiſſa*, ità inquit per eadem verba *D. Molina Hyſpanus in ſuo tractat. de primo-*
2 *genitis Hyſpanorum lib. 1. cap. 9. nu. 17. Tiraq. de retractu conuent. §. 4. Gl. 7. num. 15.* forma enim ſemper ſeruanda, ità *Anch. in conſ. 36. nun. 6. & 171. à Dom. de Annaſeniore allegatus in alleg. 57. n. 27.* vbi enim datur certus ordo, ille ordo dicitur forma, qua omiſſa, actus dicitur nullus, *cap. cum dilecta*, vbi *Felinus, & DD.* extra de reſcript. ipſa namquè forma, dat eſſe rei, omiſſaquè vitiatur, actus,
3 ſicut dicitur etiam per *Marantam* in ſuo aureo, & lucido ſpeculo, *p. 2. num. 25. & 26. Chartarius in dec. Rotæ Genuæ 16. num. 2. 6. & 8.* qui loquitur etiam in terminis ſtatuti *Petra ad Gramat. in dec. 103. nu. 146.* & in terminis per *Grat. in diſcept. forenſ. cap. 742. nu. 1. & ſequentib.* vbi loquendo, de hac denunciatione in materia retractus requiſita, per *Conſtitutionem Summi Pont. Pauli III.* tenet, quod denunciatio ſit de forma, qua
4 omiſſa actus corruit, dum non ſufficit ſolùm prætenſa ſcientia, neque notitia. *Nã generale eſt, vt quando oportet aliquid venire in notitiam alicuius, ad alium finem, quam ſimplicis ſcientiæ, tunc ſolam ſcientiam non ſufficere* (hæc ille), vt in *num. 4.* allegat *Dec. in conſ. 74. col. 2.* qui teſtatur de communi.

Ad id, quod præſens eum quis ſit ad aliquem actum, & tacens, ſibi præiudicet vide *Surd. dec. 302. & Dom. Ricc. in collect. deciſ. 2082. ver. quid in actu poſitivo*, eundem in *dec. 32. nu. 11.* & quando, hæc talis præſentia intelligentiam, vel ſcientiam vicini præſupponat, ipſeque probatæ cenſeantur; vide *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gl. 3. par. 5.*
5 *num. 80.* quidve, quando agitur de præiudicio circa rem, vt in caſu præſentis conſtitutionis, quæ dat ius vicino retrahendi rem, ab alio vicino, vel ab emptore, vide *Maſcard. de probat. in concl. 1224. num. 3.* qui tenet, quod non ſibi præiudicet per talem præſentiam, ac taciturnitatem, cum ſcit ius ſuum ſemper eſſe ſaluum, agenti ſuper dictã rem alienatam, & venditam, vt idem in eodẽ *num. 43.* ubi in *num. 44.* dicit etiam de teſte qui præſens eſt in teſtamento, & ſe ſubſcribit,
7 in eo, vt ſibi non præiudicat per talem ſubſcriptionem vti teſtis, ſicut etiam *Afflict.* hic ait, & quid in præiudicialibus tacens licet ſit præſens, non uidetur conſentiiſſe, præcipuè,
8 quando talis taciturnitas cauſatur ex eo, quia ſcit ſuum ius durare, ità *Surd. conſ. 46. num. 45.* maximè quando actus impediri non poteſt, licèt adſit præſentia, nam nullus conſenſus colligitur *Gl. in l. Caius, ff. de pig. act. Bart. in l. quæ dotis, nu. 22.* & quod in caſu præſentis conſtitutionis, non ſufficiat præſentia ſola,

Digitized by Google

videas *Gra. diſcept. forenſ. vbi ſup. cit. in diſcept. citata 742. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio fieri poteſt domi coram vicinis.*
2 *Vicinus perquiſitus à nuncio, ſi non fuerit inuentus domi, an præſumatur, quod non fuerit inuentus.*
3 *Citatio domi facta nulla facta perquiſitione, an valeat, & quid ſi eſſet facta carcerato, n. 4.*
5 *Citari, an poſſit ille, qui clauſus ſtat in domo, nolens citari.*
6 *Citatus, an haberi poſſit ille cui fuit affixum edictum in domo.*
7 *Citatio an fieri poſſit in porticu, vel apotheca, aut ſtabulo per nuntium, & quando facienda erit in domo.*
8 *Citari poteſt quis habitans in diuerſis domibus, in qualibet ipſarum, & quando.*

1 A D *ver. ſed iterum quæritur*, vbi *Aſſl.* ait, vt hæc denunciatio, poſſit fieri domi coram vicinis, amicis, ac conſanguineis, vide *Menoch. de præſumpt. præſumptio. 26. lib. 2.* & in dubio perquiſitus à nuncio, an præſumatur, quod non fuerit inuentus, dum citatur domi; vide ſcribentes hic *Bald. num.* 11. circa vero formam faciendi relationem à nunciis in citationibus, vide *Pragm. Ferdinandi Primi, de cit. & Aſſl. in Conſtit. citationis litteræ in num. 4. & num. 10. & in conſtit. edictorũ, not. 4. num. 5. & 6.* videas omninò *Muſcatel.* in ſua *prax. ciu. par. 2. Gloſ. intimatio n. 17.* 2 *& 18.* & ſi talis citatio ſupra dicta facta domi abſque primum perquiſitione, ſi eſt in Ciuitate, an valeat, & facta domi, vbi nullus habitat, vide *Foller. in prax. crim. in p. 2. in verbo, vel eos verbaliter citari faciat, num. 29. & 30.* & quid ſi facta carcerato, vide eundem *Foller. num. ſequen.* & quid agendum quando citandus ſtat in domo ſua clauſus, nec patitur ſe videri an citari, poſſit, ait *Maranta, in ſuo ſpeculo aureo, p. 6. num. 86. in 4. caſu*, tunc affigitur edictum citatorium in domo, vel ianua, ipſius, & proindè habetur, ac ſi perſonaliter fuiſſet citatus, ità *Alex. in l. plerique col. 2. ff. de in ius. vocan.* & an poſſit fieri citatio in atrio, vel apotheca, ac ſtabulo per nuncium, & quando eſt facienda, vide eundem *Marantam loco cit. num. 123. & 125.* circa vero citationem factam loco ſolitæ habitationis, videas eundem *Marant. vbi ſupra, & D. de Franch. in dec. 514. num. 1.* & habitans diuerſis domibus in utraque domo poteſt citari, ait *Grat. diſcept. forenſ. cap. 697. num. 26.* imò poteſt in ea, vbi non frequentius habitat, & *Bal. in conſ. 234. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Multa permittuntur ob cauſam neceſſitatis, quæ aliter non permitterentur.*
2 *Iudex Laicus pendente lite matrimonii per appellationem interpoſitam, poteſt cõpellere maritum ad præſtandum alimenta, & quare.*
3 *Rex tempore belli aſtringit feudatarios ad ſoluendum collecta.*
4 *Priuilegia conquaſſantur tempore belli*
5 *Bona Vaſſallorum poſſunt capi, & differri ſolutiones faciendæ per particulares, & uniuerſitates tempore belli.*
6 *Acta facta tempore Tyrannidis, quæ eo tẽpore valeant, an deindè reuocantur.*
7 *Vaſſallus non tenetur ſeruire Regi extrà Regnum quod fallit tempore neceſſitatis, & ità ſeruatum nu. 8.*
9 *Bona vaxallorum alienari poſſunt, etiam litigioſa tempore belli.*
10 *Vaſſallus ob ſuſpitionem, & cauſam vrgentem poteſt extrahi à ſuo domino extra eius diſtrictum.*
11 *Numerus minus teſtium ſufficit in teſtamento tempore peſtis.*
12 *Teſtamentum ſtipulatum tempore peſtis à Notario non matriculato, an valeat, in tẽpore belli.*
13 *Princeps poteſt tempore belli aſtringere perſonas Eccleſiaſticas in eius Regno ad ſolutionem onerum militarium de bello pendentium.*
14 *Cogi poſſunt ciues pecunias mutuo dare Reipublicæ neceſſitate urgente, abſq; ſpe vſurarum.*
15 *Res minoris pretii venditur maiori pretio neceſſitatis tempore, & aliis exemplis corroboratur, n. 16.*
17 *Res ſacræ confringi, & vendi poſſunt fauore pia cauſa, & redemptionis captiuorum.*
18 *Feuda neceſſitatis tempore alienari nequeunt, abſque aſſenſu domini, etiam ſi in dotem pater velit dare.*
19 *Feuda nequeunt alienari ex cauſa dotis.*
20 *Feuda ſunt in patrimonio fiſci, & pertinẽt ad ius Curiæ, nec alienabilia, niſi Principis iuſſu, ac licentia.*
21 *Alienatio omnis eſt prohibita ſecundum ius feudorum, niſi de conſenſu Principis.*
22 *Feuda, in quibus caſibus nequiunt alienari remiſſiuè.*
25 *Furtum ex cauſa neceſſitatis, an permittitur, & an à pœna totaliter excuſetur.*

24 Fe-

Digitized by Google

24 *Famulo, an ſit licitum furari pro eius ſalario, quando dominus nolit ſoluere.*
25 *Creditori an liceat furari rē debitoris prò conſecutione eius crediti, & à pœna ſit liber, & qualiter hoc procedat.*
26 *Creditori, an liceat rem propriam ab alio poſſeſſam ſine autoritate Iudicis capere, & qualiter teneatur in foro poli, & fori.*
27 *Fur an teneatur ad reſtitutionem rei furatæ, & quid ſi ob neceſſitatem.*
28 *Res prohibitæ poſſunt alienari tempore neceſſitatis ut puta, ex cauſa alimentorum pia cauſa, & ſimilium.*
29 *Cauſa neceſſaria alienationis, an includat cauſam illam, quæ ſit à lege.*
30 *Neceſſitas alienandi prohibita, debet eſſe iuſta, non ſpontanea, ac propria cuiſpa.*
31 *Illicita ſunt licita propter neceſſitatem.*
32 *Neceſſitatis cauſa multa permittuntur, quod alias non permitterentur.*
33 *Quandoque, quis cogitur facere non licitè propter neceſſitatem.*
34 *Neceſſitas, quid ſit, & quotuplex remiſſiuè.*
35 *Res Eccleſiæ in Inconſulto S. P. poſſint alienari.*
36 *Terminus datus ad retrahendum, an poſſit abbreuiari à Iudice.*
37 *Dominus rei, an poſt denunciationem factam non dum elapſo, tempore poſſit illam ſtante neceſſitate vendere verum impedit translationem dominii.*
38 *Alienare verbum, quid denotat.*

1 AD *verſ. ſed iuſta hoc quærit, Bald.* ubi inquit *Aſſi.* terminum cõſtitutum per hanc noſtram *Conſtitutionem*, ceſſare propter neceſsitatem, quibus, adde, quod propter neceſsitatem multa permictuntur, quæ non permicterentur; *text. eſt in l. non ſolum, §. fin. ff. de excuſat. tutorum, l. aliquando, cum ſequentib. ff. de offic. proconſul. & in cap. ſicut non alii; extra, de conſacrat. diſtin.* 1. faciat etiam de *Franch. dec.* 526. *num.* 5. *Angel. in l. ſi vacantia, C. de bonis vacantibus lib.* 10. *Iſern. in Gloſ. Conſtit. Regni Sancimus, de matrim. contr. lin.* 44. *fol. mihi* 230. *Fontanell. gloſ.* 12. *claus.* 4. *num.* 29. *de pactis*, & ſatis, vt per nos ſupra adnotata in 1. *notab.* §. 1. quibus adde alios caſus, & primum in Iudice laico, qui poteſt pendẽte cauſa matrimoniali, coram Delegato Apoſtolico per appellationem interpoſitam à
2 ſententia lata in fauorem matrimonii compellere maritum ad alimenta præſtanda eius coniugi, quod ſit neceſsitatis cauſa, ne fame pereat, ut in *tutul. ff. nil nouari appellatione pendente*, quem caſum notat etiam noſter *Aſſi. in eius dec.* 152. eumque ſequitur *Vrſill. ibid. n.* 4. & 5. Item ſecundo Rex, tempore belli, ac eius Regni inuaſionis aſtringit feudatarius ad ſoluendum collectas, ità *Iaſon. in l. ſi ex toto, de legat.* 1. item etiam per *D. de Apont. in tit. de tractis, tom.* 5. *de*
4 *poteſt. Proreg. num.* 34. vbi inquit priuilegia immunitatum conquaſſari, tunc in tempore ex opinione Dyni, & magis communis, ità etiam poſſunt capi bona vaſſallorũ
5 ac differri tempus ſolutionis faciendæ per particulares, vel Vniuerſitates, ſicut noſtris temporibus ſeruatum vidimus, vt per *Pragmaticam editam*, ab Excellentiſſimo Domino Prorege Duce de Medina, & Domino Sybionete, ac Principe Hoſtiliani in anno 1643. vt in *Pragmat. delicta*, ità, & *Gloſ. Iſernienſis ſuper Conſtitut. priuileg. de reuocatione priuilegiorum, lin.* 62. *fol. mihi* 167. dicit valere acta per notarium, ac Iudi-
6 cem tempore tirannidis, vbi refert ſic ſeruatũ tempore Manfredi *facta* enim (inquit) *Tirandorum ſunt reuocanda, non vero ſubditorum, neceſſitatis tempus legem non habere*, idcoq; valere, cui adde *tex. in l. 1. ff. proconſul.* item Vaſſallus Regi ſeruire non tenetur extra Regnum, fallit tamen tempore neceſsitatis, inquit *D. de Franch. in dec.* 526. *nu.* 6. Noſq;
8 in facto vidimus ſeruatum tempore diſceſſus Sereniſſimæ D. Martæ de Auſtria Reginæ Vngariæ, ac Boemiæ, ab hac noſtra Ciuitate Sororis S. M. Regis noſtri Catholici Philippi IV. quæ timore peſtis, cum Illuſtr. Excell. Domino Duca, de *Alba* huius Regni Prorege digniſſimo, in hac Fideliſſima Ciuitate per ſpatium ferè menſium ſex, in Regali Palatio habitauit, à quo contagioſo morbo, ex Deiparæ Virginis Gratia, ac Glorioſiſſimi noſtri Protectoris Ianuarij Santiſſimi interceſsione incolumes, ac liberati ſemper ſumus; dùm à tali contagio tantæ Ciuitates, Regnaquè fuere infecta eodem tunc in tempore, quod fuit de anno 1630. quæ D. Sereniſſima Regina propter matrimonium contractum, inter ipſam, ac Regem Boemię, & Vngariæ, ibat ad partes Imperij, vi cum prędicto Rege ſe in matrimonium coniungeret, cuius cauſa plures vaſſalli, ac pręcipuè huius Regni Barones iuerunt ad ſeruiendum, in itinere, & ſic etiam extra Regnum Neapolitanum, vſq; ad Terres Imperij, maximoquè cum comeatu cunctorum nobilium huius Fideliſſimæ Ciuitatis, vſq; ad certum, locum videlicèt Barreæ, vbi primo pernoctauit, etiãque Comitante Illuſtriſs, ac Excellent. Domino Prorege, tunc in tempore, in hoc Regno Dom. Duce de Alcalà, imò non ſolum
9 tempore neceſsitatis vaſſallus tenetur ſeruire Domino extra Regnum, verùm ſua bona alienare, etiam litigioſa vt ait idem *D. de*

Prã.

Digitized by Google

Franch. vbi ſupra citando, Afflict. noſtrum ſuper *Conſtitut. Regni, eorum fraudibus, col. penult.* idem propter ſuſpictionem, ac cauſam vrgentem neceſſariam, Vaſſallus criminoſus poteſt extrahi à ſuo Domino, ac Barone extrà eius domicilium, vel de vna terra ad aliam, ità apud *Dom. Rovit. in Pragmat. Regn. Commentariis, pragmat. 2. tit. vbi de delictis quis conveniri debet, nu.* 10. qui *Dom. Reg.* allegat *d. deciſ. D. de Franch.* 526, *nu.* 7. Item tempore peſtis, minus numerus teſtium eius, quod requiritur, ſi fuerit adhibitus in teſtamento ſufficit, nam aliter non ſufficeret, nullumve rederetur teſtamentum, quod propter neceſſitatem, ac penuriam hominum permictitur, ità *Ripa in tract. de peſte, in tit. de priuilegis vlt. voluntatem, num.* 11. allatus à *Maſc. in concl.* 1338. *de probationibus* qui concordat contrarias opiniones inter DD. circa hanc rem, vna cū eodem, *Ripa* diſputando præſentem *Art. in n.* 22. & 23. imò plus dicit idem *Maſcard. hac in concluſ. quod tale* 5. *teſtamentū ſtipulatum, in tali tempore à Notario non matriculato valere*, quam concluſionem rogo, vt videas, nam in ea reperiuntur alii caſus, in quibus aliquid permictitur, & ſunt permiſſi, propter neceſſitatem, quod ſecus nō permitterentur abſque ea, ità *Roland. in conſ.* 81. item tempore belli propter pecuniam, quæ eſt nervus ipſius Belli poteſt Princeps ſecularis aſtringere, & compellere perſonas Eccleſiaſticas in eius Regno, ac terris reſidentes ad ſolutionem onerum militarium à bello dependentium. De quo ſic ſervatum, ſicque deciſum refert *D. Cacher. in ſua dec.* 68. belli tempore inter Illuſtriſſimum Ducem Sabaudiæ, cum Chriſtianiſſimo *Rege* initi, & tali caſu, dum imminet neceſſitas, quando periculum eſt in mora, & ſecularium, facultates minimè ſuppetunt, vt non ſit conſulendum *Romano* Pōtifici, *Cacher.* vt inquit *numer.* 21. *citat. deciſione Dom. Epiſcop. Ricc. in collect.* 305. *lim.* 2. imò tempore neceſſitatis tenentes pecunias, cogi poſſunt ad eas mutuandas, Reipublicæ nulla vſurarum data ſpe, cum tali in tempore ſunt remittendæ propter neceſſitatem, idem *Ozxaſc. Catuer. in alia dec.* 95. *num.* 31. Item nec conſideratur eſtimatio, vel pretium rerum commiſtibilium, tempore neceſſitatis, nam res longè minoris prētii, venduntur ſatis maioris, ità *Fontan. clauſ.* 4. *gl.* 12. *num.* 28. qui alios caſus refert, quod non ſunt in conſideratione in tempore neceſſitatis, nec ad eos habetur circumſpictio, vt apud DD. & iura citata per dictum de *Anna ſeniorem in ſua ampliſſima, ac ſolemni repetitione feudali, n.* 17. & *in alleg.* 132. *nu.* 11. 12. & 13. alios caſus enumerat *Diu. Ambr. in lib. officiorum, lib.* 1. *c.* 41. vbi etiam vera Eccleſiaſtica licet vendere, etiamque initiata confrigere conſtare, & vendere, ità & favore piæ cauſæ Eccleſia poteſt cogi ad vendendum pro redemptione captivorum Chriſtianorum, ab infidelibus, Eminent. Cardin. *Tuſch. in concluſ.* 64. *verbo captivos, tom.* 1. *Illuſtr. Epiſcop. Ricc. ad Tiraquell. priu. piarum cauſarum, in priu.* 29. nam valet argum. à pia cauſa ad libertatem probat *Barboſ. vol.* 2. *tract. variarum reſolution. loco communi, loc.* 63. ità etiam res ſacræ, pro redimentis captiuis poſſunt vendi, *tex. in l. ſancimus, C. de ſacroſanct. Eccl. cap. ſicut* 12. *quæſt.* 2. *cap. aurum, Aloyſius Auilez in ſpeculo, Summ. Pontif. in titul. de Regibus, Principibus, in verſ. item, pro redemptione captiuorum*, ſic ſervatum refert *Dominus Reg. Saſſelicius*, Iudex olim Delegatus in cauſis rèdemptionis Captivorum in Additione ipſiuſmet ad ſuas deciſiones, ſi aliud, vndè eis caret, non habetur, & ſic in caſu neceſſario, ità concludunt omnes feudiſtæ contra *Ardizz.* & *Andream*, vt refert *D. de Ponte in eius tract. de proregia poteſtate, in tit* 6. *de aſſenſu Regio, in princ. fol. mihi* 161. *in nova impreſſione*, & *Dom. de Toro in noviſſima additione* ad eundem, vbi quærit de inſolutum datione, an requiratur in ea aſſenſus, imò etiam ex cauſa dotis feuda alienari non poſſunt, quæ dicitur neceſſaria argum. *authent. resque, C. de fideicommiſſ.* vt habetur in *§. donare*, & *in d. §. neceſſitate, titulo eodem*, & apud *Soccin. conſ.* 19. *n.* 13. & 14. per *Cravett. conſ.* 24. *nu.* 11. *Dec. conſ.* 445. *nu.* 34. aliosque, vt apud *Cacher. dec. ped.* 617. *nu.* 21. ſunt enim hæc feuda in patrimonio fiſci, & pertinent ad ius Curiæ, nec ſunt alienabilia ſine Principis iuſſu, ac licentia, argum. *l. apud Iulianū, §. ſed propterea, ff. de legat.* 1. & per *Iſern. in Conſtitution. Regni probationum, tit. qualitèr Iudex, in cauſa homagii lib.* 3. *col.* 1. *fol.* 182. licet enim ſecundum iura feudorum, ōnis alienatio eſt prohibita, quod ſecus olim, vt dicto *§. neceſſitate*, intuitur per illud, *olim* quæ dictio denotat tempus præteritum, ſecundum *Bart. in l.* 1. *§. hoc autem, ff. non operis nunc, nu.* 1. & per nos ſupra, hodiè autem ſecundum ius huius Regni Conſtitutionis, incipientis, *Conſtitutionem divæ memoriæ, tit. de revocatione feudorum*, non ità eſt prohibita alienatio, accedente Principis beneplacito, & aſſenſu, qui requiſitus, an tenetur aſſentire, vel nè, vide *Andream Iſer. ſuper Conſtitut. ſi quis poſt litem*, & *Maricondam in commentariis eiusdem conſtitut. Conſtitutionem, lin.* 53. *verſ. fuit dubitatum* dum ſemper ex gratia dictus aſſenſus conceditur.

Et

Digitized by Google

Et in qubus casibus non possunt alienari feuda, ac prohibentur eorum venditiones, videas *Glos. super constit. constitutionem, fol.* 22 202 *in.* 38. quidue faciendum domino renuente assentire, facta iam dicta alienatione, videas *Afflict. in decis.* 335. *num.* 31. videas etiam *Capyc. in decis.* 100. *num.* 3. vbi casus ponit, in quibus alienatio, etiam sine assensu valet, ità *Dom. de Franch. in dec.* 48. *num.* 3. *Afflictus* etiam noster in alia *decisione* 232. & vide omninò *Iacobum Masullum ad Capyc. in supra citata decis.* 100. *num.* 8. qui alios citat.

Circà illud, quod per *Afl.* hìc dicitur scilicet, *esse permittendum furtum, ex causa* 23 *necessitatis*. Adde, quod hoc confirmatur etiam per *Rendellam in eius tract. in §. in primis, in Glos. vocentur, nu.* 12. *in fine*, & per *Cornelium Benint. in tract. de paupertate, quest.* 7. *spec.* 9. *num.* 20. & 25. quem citat idem *Rendella, vbi supra dicens, quod necessitas, vbi non est gravis, & urgens, fur non excusatur totaliter à pena*, sic etiam famulo permittitur tantum domino suo furari, 24 quantum sibi de suo salario, quod Dominus ei non vult solvere, satisfaciat, sic ait *Grammat. in cons. crim.* 50. *num.* 4. & 5. & *Capoll. etiam in crim. cons.* 26. quid verò in creditore, qui ius suum minimè consequi 25 potest, an possit furari suo debitori, imò nec tenetur ad restitutionem, neque ad revelationem, in casu publicationis monitorii, sub pœna excommunicationis, dicit *Pasc. in suo tract. de viribus patrię potest. in cap.* 6. *par.* 4. *nu.* 39. per DD. ab eo citatos, sed 25 utrum peccet, quis furando eius creditori, vel rem propriam ab aliena manu possessam auctoritate propria (omissa iudiciaria potestate) & si furtum dicatur, videas omninò *Angelicum Doctorem Aquinatem in* 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 3. & 5. *ad* 3. & *Archidiac.* 14. *q.* 5. *in cap. non sanè*, necessitas, in quam, ab omni pœna excusat *Bald. in l. si locus*, vbi *Add. num.* 1. *ff. quemadmodum serv. amittatur*, ità etiam alicui permittitur capere illam rem, vel aliam similem, vel tantundem, quod ab alio consequi non potest, neque recuperare, ab eo verum, absque scandalo, & ad restitutionem illius minimè tenetur in foro poli, vt habetur per Afflictum nostrum in *commentariis rubr. de cultu pacis, n.* 28. *versic.* 11. ex auctoritate *Innoc. in cap. olim, de restitut. spoliatorum, il primo*, & per *Abbat. in rubrica, de furtis, de numer.* 1. verum debet agere pœnitentiam iste talis, circa modum non debitæ recuperationis, ità per *Archidiacon. cita.* 16. *quæst.* 5. *cap. non sanè*; necessitas enim omnia communia, facit secundum *Panorm. in cap. si quis, num.* 1. & 2. *de furtis, Bartol. in l.* 1. *§. cum in eodem, ff. ad l. R. de lactu num.* 4. habetur etiam *in cap. discipulos, de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris, distin.* 5. & fur quando habet modum restituendi furatum, vel facultatem tantun- 27 dem restituendi quantum fuit furtum, antenecatur ad illud furatum in specie, omninò vide eundem *Abb. in supra cit. loc. num.* 5. ità etiam, & mulier ex necessitate famis, ac nuditatis impunæ poterit furari bona hęredis, vt in *cap. si quis propter necessitatem de furtis, eamque deprædari*, vt in *capitul.* 1. *in fine, tit. de milite vasallo, qui contr. testam.* necessitas enim mulierem eximit à pœna, *l.* 1. *ff. de consulibus*, vbi *Glos.*

Et ad id, quod res prohibitæ possunt alienari necessitatis tempore, vide *Bald. in l.* 1. *num.* 1. *C. de prædiis decurionum, lib.* 10. vbi tempus necessitatis, est exemptum à prohibitione alienationis, *Bart. in l. quemadmodum, C. de agricolis*, & *censitis, lib.* 11. *Diuus Ambrosius in cap. non debet, de cõsanguinitate*, & *affinitate*, & habetur per *tex. in cap.* 1. *de rebus Eccl. alien. vel non*, ità semper res prohibita alienari in casu necessitatis cessat prohibitio, per *tex. in l. alienationes, ff. familiæ erciscundæ*, videas *D. Riccium in addit. ad Tiraquellum de privileg. piarum causarum, in noua impressione, in addit. ad privileg.* 102. vbi rationem assignat dicentem, *non contrauenire, qui necessitatis causa alienat*, quamuis alia non adsint bona, nisi subiacentia prohibitioni, ità de de *Bottis ex additione ad Bartol. in l. peto*, *§. prædium, ff. de legatis secundo, vers. necessitatis*; maximè, causa alimentorum, ac cibariorum, ut inquit *Bartol. in tractat. suo solemni. de alimentis num.* 44. *Surd. in eod. tract. priuileg.* 37. *num.* 4. causa alimentorũ præcipua est, & pia, ait *Fontanell. clausul.* 4. *Glos.* 18. *num.* 48. & *per l. mela, ff. de alimentis*, & *ciba. legat. Surd. in eodem tract. priuilegiorum, titul.* 8. ità etiam pro pia causa benè possunt alienari, ac permittuntur etiam prohibita, ità *Tiraquell. in præcitato priuileg.* 101. & nouissimè addentes, *ibidem Surd. dicto consil.* 369. *Præsidens de Franch. decis.* 237. & omninò apud *Gratian. discept. forens.* 108. ità etiam propter necessitatem famis, Pater potest vendere filium, vt abundè habetur, apud *Philippum. Pascal. de Petr. potest. part. prima, capit.* 1. *nu.* 6. & habetur etiam per *Afflictum in Constitut. Regn. si quando titul. de animal. in Pascu. affidandis, num.* 1. an vero talis causa necessaria alienationis includat, apud se illam necessariam, quæ fit à lege, ut puta, confiscatio, secundum *Aretin.* sequutum à *Bartol. in leg. si quis, in tanta, Cod. vnde vi*, vt ait etiam *Surdus in decision.* 254. *num.* 6. casus verò in quibus est permissa alienatio

pro-

Digitized by Google

propter neceſſitatem, rerum prohibitarum alienari, vide apud *Fontanell.de pactis, Gloſ. 9.par.5. clauſul.4. à num.* 164. vſque ad 168. & neceſſitas hęc, an propria alienantis debeat eſſe, *Deciſio Rotæ Romenæ* 177.dñi-
30 modò talis neceſſitas non ex ſpontanea, ac propria culpa ſua veniat, ſcilicet propter eius obſcena vitia, ità *Surd.dcc.59.num.*11. Cæterique citati per meritiſſimum ludicem M. C. Vicariæ del Ratta, olim tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, in volumine conſiliorum deciſiuorum, in *conſ.* 1. *num.*79.

31 Item illicita dicuntur licita propter hanc neceſſitatem, vt in regula, quod non eſt licitum, *de reg.iur.in 6.cum legi.non ſubiacet, cap. exiit, de verborum ſignificatione in 6.Dom.Epiſcop.Riccius in loco ſupra cit. Mangrella ad Bartol.in l.*1. *Cod.de operibus libertorum, in verſ. neceſſitatis cauſa, in princip.Cacher.deciſ.ped.* 68. *ſupra citata, num.*26. *cum ſequentibus*, multa propter
32 eam permittuntur, quæ aliter denegarentur, ait *Afflict. ſuper conſtitut.citata, ſi quando num.* 1. quandoque enim quis co-
33 gitur ad faciendum non licitum, & tamen licitum dicitur ſi propter cauſam neceſſitatis fecit *Afflict, in Conſtitutio.Regni aſcriptitios, titul.de Vaſſallis non ordinandis, nu.* 5.& propter hanc neceſſitatem multa permittuntur, vt apud *Pennenſem in l. Curiales l.2.Cod.de decurionibus, lib.*10.*& in l.*1. *Cod.de comeatu, lib.*12. & apud *Caravitam ſuper rit.* 179.*num.*6.*& ibid.per Conſtantinum Papam*, qui ponit de fini.huius neceſſitatis, & quotuplex ſit neceſſitas, videas *Boer.deciſ.*44.*num.*27. vbi ait triplicem eſſe, fatalem, naturalem, & data opera, ità etiam ſecundum *Fontanell.diſtinguitur, loco cit.clauſ.*4. *Gl.*9.*p.*5.

35 Poſtremum ad id, quod res Eccleſiæ, etiam propter hanc neceſſitatem in conſulto Summo Pontifice alienantur, vide *Cach. deciſione citata* 68. *num.*28. *Iacob. Maſſull. ad deciſion.Capyc.*105. *Præſ.de Franch.dec.* 35.*Minad.conſ.*14.*Gram.conſ.*28.*nu.*6.*&* 9. *Guidon. Papa in quæſt.*156.*&* 544. *citatos ab eodem*, & *Dominum de Toro in ſuis privilegiis piarum cauſarum, in privileg.*265. vbi plenè circà alienationem rerum Eccleſiaſticarum non aliendarum, absque requiſitis ſolemnitatibus.

36 Tempus diſpoſitum in hac extravaganti triginta dierum, vicino datum ad retrahendum, quod currit poſt factam denunciationem, ſi poteſt abbreviari à Iudice, vel nè, vide *Rendellam hìc in Gloſ.vocentur, num.* 8. *Præſid.de Franch. in ſua ſolemni deciſo.* 588.*num.*6. & ſi proter iſtam talem neceſſitatem, quam habet Dominus rei alienandi rem, denunciaverit, & non lapſus eſt ſupra dictus terminus triginta dierum, an excuſetur ab alienatione iam facta, *Benedellus deciſivè reſpondit*, quod ſic, hoc in *eodem tractatu, in §.in primis, num.*56. *limit.prima*, & eundem *Rendell.hìc in loco ſupra citato, num.*11. vbi concludit, quod excuſabitur vicinus volens vendere neceſſitate vrgente, ab expectatione dicti termini, & quod absque tali denunciatione, poſſit dominus alienare, vt colligitur ex eodem *tex.* noſtro, ibi, *Soluendo iuſtum pretium, quod uerus emptor*, non ergò prohibetur; ergo poteſt, data neceſſitate, alienare rem extraneo, ac vero emptori, ſine dolo, verum tantum impeditur dominii translatio, attamen denunciare poteſt vicino pretium, quod verus emptor dedit, ità vt ipſe vicinus, ſi vult eam accipiat, vt ex *Rendell.& per intellectum Caputi, ac Afflicti noſtri in Gloſ. non aliter, niſi numer.*2.*in fine, uerſ. quod autem poſt*, per verbum illud hìc poſitum.*alienare*, quod importat dominii trãslationem, iuxtà *tex. in l. alienationis verbum, ff.de verb.ſignificatione, & l.*1.*C. de fund.dotali, & in* l.1. *Cod. de iure emphyt.* terminus iſte, an currat durante diſcuſſione alicuius emergentis *D. Ricc. collect.*959. Sed quid ſi pendente termino ſupradicto emptor recepit partem prætii, & eodem termino lapſo offerat reliquam partem pretii, ſit ne reſtituendus ad retractum, vel admittendus; Dic eum admitti, nec opus eſſe reſtitutione, vt affirmat *Imola conſ.*36. caſu præmiſſo, licet *Cagniolus contra in l.* 2.C.*de pact.inter empto.& vendito.quæſt.*43. *nu.*163.*Lupus in d.l.*2.*§.*3.*nu.*93.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtum pretium, quodnam dicatur, & quõmodò differt, à vero*
Ad Iudicem ſpectat, examinare, quod dicatur iuſtum pretium.
3 *Iuſtum pretium, in dubio, quod præſumitur.*

1 *AD ſecundum not.* vbi agitur de iuſto pretio, adde *Bald.in l.*2. *nu.*27. C.*de reſcind.vend.Marantam diſput.*8.*nu.*30.vbi iuſtum pretium, quando agitur iure congrui dicit eſſe illud, quod ab extraneo reperitur, ſic etiam tenet *Petrus de Gregoriis in ſyntag.iuris lib.*26.*cap.*22.*par.*3. vbi ait, *Quod, ſit illud, quod extraneus, vel remotior dare videbitur, l.ad officium, ff.communi diuidundo*, & iuſtum pretium dicitur, quantum res valet conſideratis conſiderandis, & alibi in *l.ſi ſuper rebus, num.* 12 .C. *de contrah.empt.& vendit.* & in quibus diſfert à vero, vide *Rendellam in verſ. Iuſtum*

præ-

Digitized by Google

pretium, in §. in primis, num. 19. dicitur
2 etiam, quid substantiale, ad Iudicemque spectare examinare; quid sit iustum pretium *Bart. in repet. l. creditores nu.* 1. *C. de pignor. Mascar. de probat. concl.* 651. *num.* 14. vbi, quid in dubio, si iu-
3 stum, vel condignum præsumitur, *Mascard. in alia concluſ.* 963. *num.* 3. & quomodo declaretur, idem in alia 1408. *n.* 4. & æstimatio quando facit emptionem, vide *Surd. in dec.* 257. *num.* 1. & *dec.* 35. *num.* 11. *Thesaur. filium in quæst. forens* 21. *num.* 1. *lib.* 3. & quomodò erit faciendа æstimatio, quando Ecclesia est lesa D. *Ricc. in coll.* 2071.

SVMMARIVM.

1 *Tabularii residem, in S.C. in certo loco segregato, à iuris petitis, & sunt, nunc 40. & unus, eligitur post mortem alterius.*
2 *Primarius Tabulariorum est patritius de sedili, ad quem habetur recursus in casu grauaminis.*
3 *Tabularius nomen, vndè sumptus.*
4 *Æstimatores nunc vocantur Tabularii in Ciuitate nostra.*
5 *Et an retineant dignitatem, & honorem.*
6 *Tabularii dicuntur etiam, qui ad Fiscalem pecuniam exigendam destinantur.*
7 *Tabellarii, qui vere dicuntur.*
8 *Iustum pretium, an probetur per subhastationem.*
9 *Iustum pretium, qualiter probetur.*
10 *Et valor rei, an per locationem probetur.*
11 *Æstimatio qualiter fit, stante pacto de retrouendendo.*
12 *Modus æstimationis faciendæ traditur, & si tenet, dùm fit per timorem.*
13 *Vicini, an præsumatur scire æstimationem rei.*

1 Caleca æstimatores, qui per *Aff.* hic nominantur Tabularii, nota, quod isti Tabularii residen in S.C. in certo loco segregato à Iurisperitis, sedentes in eo sicut D.D. & sunt; in certo numero determinato, & nisi vnus ex eis moritur alius eligi non potest, & vltra eos adest Primarius, qui est vir patritius, de Sedi-
2 li huius Ciuitatis, & grauaminibus illorum appellatur, & habetur recursus ad eum, de quibus videas *De Franch. decis.* 54. qui de eis loquitur, & eliguntur à Sedilium Nobilibus eiusdem Ciuitatis nostræ.
3 Et hoc nomen Tabularius vndè sumptus est, dic, quod fuit sumptus ex praxi quem posuit, *Bart. in l.* 2. *C. de resc. vend. & Affl. in Constit. Regni violentias, n.* 27. & quomodò nũcupentur in Alma Vrbe
4 isti æstimatores, & an tenentur iurare in referendo eorum Iudicio, videas *Bart. in eod. tract. de iure prothomis. in §. final. in fin. in* 4. *quæst. fol. mihi* 124. & an, & quando cofrigere possunt circa relationes, videas in *quæst. sequen.* vbi distinguit.
5 Si verò retinet isti aliquam dignitatẽ & honorem, videas *Napodan. in Consuetud. Neapol. instrumenta, in glos. Tabularii, num.* 47. *de instrumentis confectis, per Curiales Neapol.* vbi diuersarum speciarum Tabulariorum meminit, & etiam loquitur de tabellionibus, idest Notariis.
6 Dicuntur, etiam Tabularii, qui ad fiscalem pecuniam exigendam destinantur, vt habetur in *l.* 1. C. *de iure Fisci, lib.* 10. & apud *Reg. Rouitum in suis doctissimis commentariis, super Pragm.*
7 3. *de militibus, n.* 23. Alii autem dicuntur Tabellarii, de quibus habentur in *Pragm.* 3. *de offic. mag. pastarum*; & hi sunt, qui aliquando seruiunt Regio Fisco, absque mercede, tàm in M.C.V. quàm in aliis Regiis Tribunalibus Regiarum Audientiarum.
8 Ad iustum pretium de quo supra; per subhastationem probetur, dicit *Afflict.* hic, quod sic, cui adde *Præsid. de Franch. dec.* 54. *n.* 12. qui locus tenet, cũ sationem
1 inquit, *Nam plerumq; in tali modo fraus committeretur* sic etiam tenet *Fontanella de pactis, clauſ.* 4. *Gl.* 9. *par.* 2. *num.* 69. *inquit enim ipse*) *non per subhastationem, sed per æstimatores rei æstimationem probari; Animosæ enim sunt licitationes, & affectuosæ.*
9 Ergò quomodo probatur iustum pretium? & allegans, hoc esse iustum pretium, an teneatur, ad illud probandum, *Mascard. de probat. in conclus.* 1231. *num.* 6. & 609. *num.* 12. & quod ex subhastatione arguatur iustum pretium falsem præsumptiuè, vide *Grat. discept. for. cap.* 545. *num.* 29. & 30. & si per locationem pro-
10 betur; iuxtus valor rei adde *Ioann. Petrum Fontanell. decis. sup. cit.* 68. 69. *p.* 1. & si adsit pactum de recuendo, ac re-
11 trouendendo an sit æstimandum, & quantum idem *Fontan. dec.* 83. & 84.
12 Circa modum æstimationis faciendæ, videas *Bart. in l. hac edictali, C. de secundis nupt. num.* 1. *§. si his illud*, & si fit æstimore, vel per timorem si teneat, vel non, eundem *l. si alegnier, §. si quâ lex,*

Digitized by Google

43 *num. 4. ff. de cond. indebiti*, & an vicini scire præsumantur talem æstimationem, huius rei contrahendæ, iam factam, vide *Masc. in concl. 657. n. 52.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus est in consideratione habendum in æstimatione rei retrahendæ.*
2 *Tempus contractus, an debeat attendi circa rei æstimationem.*
3 *Tempus quodnam attenditur in retractu iuris congrui per Consuetudinem Neapolitanam, & an tempus petitionis.*

1 CIrca tempus, quod est considerandum in extimatione rei retrahendæ per vicinum, ex dispositionem Consuetudinis nostræ, vide eundē *Reg. Rovitum in sua solenni quæst. ultim. impressa post doctissimas eius commentaria*, *Pragm. huius Regni*, & *decis. Sanselic. 102. A. B. & Cacher in dec. 42. n. 5.* & attemlatur tempus contractus circa talem rei æstimationem, nulla habita consideratione temporis præteriti, *Surd. cons. 151. num. 71. Grat. discept. forens. c. 415.*
2 *nu. 8. Sanch. in c. ad aures, de rebus Eccles. non alienan.* idem in *cap. 846. num. 69.*
3

SVMMARIVM.

1 *Æstimatio qualiter sit faciendum in prædio dato in emphyteusi per Ecclesiam.*
2 *Reditus, an sint inspiciendi, vel non in æstimatione rei venditæ.*
3 *Æstimatio communis, an attendatur, vel res quantum vendi potest.*

1 ADdit, quod ait in *vers. sed hoc*, in *terris circa fines Ecclesiæ datis in emphyteusim certum prædium*, quomodo sit facienda æstimatio illius prædii, videns *Rebuff. ad literam in Consuetud. 1. tit. eod. nu. 46. in Glos. fuerit*, & si in æstimatione alicuius rei faciēdæ sint inspiciendi reditus ipsius, vel no, videas *Alb. in tract. de statutis. lib. 2. quæst. 112.* & *Barbos. 84. n. 116.* & an attendenda sit communis æstimatio, vel quantum res vendi potest *iuxta l. pretia, ff. ad l. falc. Grat. discept. forens. cap. 471. num. 14.* & *Cam. Novar. in summa Bullarum, in tit. de quindenniorum æstimatione solutione, origine, & causa.*
2
3 Ad *vers. sed iuxtà prædicta quæro*, adde *Bald. in l. testator, §. qui diuisa, ff. de leg. 2. Tiraquell. de retractu lignag. §. 1. Glos. 7. nu. 109. cum sequentib. & Napod. in Consuetud. 1. de iure congrui, nu. 45. & 46.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus facti appretii attenditur circa æstimationem rei retrahendæ tempore excussationis sententiæ lata non autem petitionis, & sic decisum.*
2 *Constitutio Regni Sancimus per totum Regnum procedit aliter per Consuetudinem Neapolitanam.*

1 ADvers. *hic nunc quæro*, de *pulchra quæstione*, adde circa eam, *D. Reg. Rovit. in citata quæstione; post doctissima eius commentaria impressa*, vbi tractat, etiam de hac quæstione in specie, qui etiam refert, quod S. R. C. pro ea decidenda in Aula se totum congregauit, fecitque decretum generale, quod appellatur *dalle quattro Rote*, in quo statuit esse attendendum pro iusto pretio tempus facti appretii, circa æstimationem, ac liquidationem rei retrahendæ, tempore exequutionis sententiæ latæ, ad beneficium vicini retrahendis, contra emptorem, vel possessorem condendatti ad relaxandum, dictam rem ex causa congrui; non autem tempus petitionis, ac contestationis litis, in hoc iudicio factæ, quod fuit fundatum, in opinione illius doctissimi viri *Vincentii de Franch. Præsid. S. C. in dec. 390. in fin.* & *Iacobi Ancelli de Bottis in Apostillo*, incipiente *super venditione.* post *Gl. Napod. in verbo fuerit*, qui appellatur, *doctus, & conscientiatus*, per *Annam in alleg. 5. in fin.*

Tamē, hoc intelligitur procedere de iure nostro consuetudinario, tantùm Neapolitano, eiusq; in districtu, vide *decis.* eiusdem *Dom. Rouiti* 108.

2 Secundum verò præsentem constitutionem, quæ totum Regnum amplectitur, aliter res se habet nam secus in ea disponitur, quod in consuetudine, vt etiam supra in hoc *§. diximus*, videas *Rendellam in §. in primis in ver. iustum pretium, n.* 12. ac *Benedel. ibid. n. 62.* qui etiam consi-
3 derat *Affl.* distinctionem hic positam, & quod tempus attenditur in tertio possessore volenti offerre æstimationem creditori rei possessæ per eum, si fecit in ea meliorationes, die quod tempus presens attēditur, ità *Neguf. de pignor. 4. membr. 5. par. num. 21.* sequutus à *Couar. in lib. 1. cap. 8. nu. 3. variarum resolutionum*, & iustum pretium, quod dicitur, eiusque excessus, an

in-

Digitized by Google

4 inducit peccatum, & quando obligat ad reſtitutionem *D. Ricc. in collectan. deciſionum, collect.* 1473. & ſi in contractu deficit iuſtum pretium, cum pacto redimendi, an ſit illicitus, idem *in collect.* 4108. & 4222. *in par.* 9 *poſthuma*, & *in* 3. *par. collect.* 622. & quomodo probetur valor rei idem *in collect.* 4063. *par.* 9. & *in alia* 919.

SVMMARIVM.

1 *An licentia conceſſa, demiſſa dicenda in oratorio priuato domus pro ſe, & familia, qui veniant appellatione familię.*
2 *Ius retractus, an tranſeat rd hæredes,*
3 *Ius retractus, an contra hæredes, emptoris concedatur.*
4 *Ius retractus, an competit contra ſingularem ſucceſſorem diſtinguitur, nu.* 5.
6 *Ius retractus eſt actio competens Defuncto, & ſucceſſiuè eius heredibus.*
7 *Pactum, vt preferatur, vicinus, ſeù coniunctus, an tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem.*
8 *Pactum de retrouendendo, an poſſit experiri contra ſingularem tertium poſſeſſorem.*

AD 3. *notab. ſuna adnotata ſupra, in ſu. in notab. vltim.* cui adde inſuper, *Cen. Nouar. in ſumma Bullarum in titul. de oratorijs priuatis, numer.* 2. vbi quæſit, qui veniunt appellatione familiæ, in licentia conceſſa pro celebratione miſſæ in Oratorio priuatæ domus.

2 Ad in vero, *ſi ius hoc tranſeat ad heredes*, videas *Rędell. in §. in priuis, in verſ. dederit, n.* 3. vbi quod ſic: *ſtabmque hoc per Canoniſtas affirmari*, (inquit) & ità etiam tenet in §. *traſcurſo autem, in verſ. ex donatione, n.* 3. imò etiã contra emptoris hæredem dari, cum pro emptore habetur, dato, quod ſit poſſeſſor rei, cum hæc actio datur contra ſucceſſorem vniuerſalem poſſidentem rem, cum ſit actio in rem ſcriptam, ità *Napod. in Gloſ. vniuerſali ſucceſſore, nu.* 51. *conſuetud. 1. cod. tit. de iure congrui*, & in *Gloſ. poſſidet, num.* 41. *De Franch. in deciſ.* 389. *nu.* 3. *par.* 2. ſed an contra ſingularem ſucceſſorem rem etiam poſſidentem, videas eſidem *Napod. in loco ſupra citato*, & in eadem *Gloſ. poſſidet*, & *in verſ. ſi verò, in ead. Gl. vniuerſali ſucceſſori*, & *d. Rob. Marantam, in ſuo aureo ſpeculo, in diſputatione* 9. *num.* 29. & 30. vbi aliud de iure conſuetudinario, & aliud; de iure conſtitutionis procedere inquit; diſtinguendo articulum, & *Marin. Frecciam in Apoſtilla* ad eandem *Gloſ. Napod. ſingulari ſucceſſori*, & in *Gloſ. vniuerſali, in verſ. an detur*, vbi etiam hęredi vniuerſali, vicini eſſe dandũ
6 concludit, hoc ius retractus ſic etiam hic *Afflict.* concludit, cum hęc ſit actio competens defuncto, ideòq; eius hęredi ipſius perſonam repreſentanti, vulgata *l. hæredes, ff. de Iudiciis*, erit danda, *l.* 1. *C. vt actio, ab hæredibus, contra*, & *in l. ea lege, C. de cond. ob cauſam Angel. in l.* 2. *C. ſi aduerſus cred. Napod. in conſuetud. ſi ex vno, in Gloſ. niſi*, allato, à *P. de Franch. in* præcitata *deciſ.* 380. *num.* 6. *Fõtanella de pactis nupt. clauſ.* 6. *gl.* 5. *par.* 1. *num.* 17. *Petrus de Crego. ſyntag. iur. par.* 3. *lib.* 26. *cap.* 15. vbi diſtinguendo refert ſuam opinionem, ad hũc articulũ pactum, vt præferatur vicinus, an tranſeat ad ſingularẽ ſucceſſorem extraneum, vide *deciſionem Regent. Sanfel.* 172. Pactum de retrouendendo, an poſſit experiri contra tertium poſſeſſorem, idem *Fontanell. in dec.* 69. & 81. *Anton. Faber. in definitione* 8. *numer.* 1. *Cod. de pactis inter emptorem, & vendit.*

SVMMARIVM.

1 *Vicinus elapſis triginta diebus, poſt factam denunciationem non admittitur tranſigere.*
2 *Terminus denunciationis, eſt, peremptorius, & currit de momento ad momentum.*
3 *Terminus denunciationis ſtatutus, à conſtitutione quarẽ eſt peremptorius declaratur.*

1 AD 4. *not.* adde ea, quæ adnotauimus ſupra *in fin.* §. 1. quæ etiam adaptari poſſunt, hic, vbi etiam diximus, quod elapſis 30. diebus datis vicino poſt factam ei denunciationem alienationis rei faciendæ, amplius ad retractum non admittitur, qui terminus ſecundum *Marãtam in tract. de multipl. alienatione, num.* 136. *eſt dierum* 40. tamẽ praxis eſt dierũ 30. de qua teſtatur *Benedell. in §. verum ſi in princ. num.* 1. *fol. mihi* 52. *tract. in eod.* qui terminus eſt
2 peremptorius, & currit de momento ad momentum, *tex. eſt in l.* 1. *C. de dilation. Gomez. in legib. tauri* 70. *num.* 25. & currit etiam lite pendente, ità *Boer. dec.* 140. & *in tit. de retractu, in verſ. ſed quid poſt venditionem*, & conſequenter nemo aduerſus eũ reſtituitur, niſi perſonæ exceptuatę in *text. vt in §. niſi forſan quiſque*: tempus enim hoc ideò fuit peremptorum ſtatutum,
3 vt ex eodem *tex. noſtro* ibi, *Verum ſi infra ſtatutum terminum*, &c. vt imponatur perpetuum ſilentium propter lapſum ipſius, nam renunciatum videtur dicto iuri, *cap.* 1.

Digitized by Google

§. si Titius, si de feudo defuncti fuerit controuers. per lapsum ipsius.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus potest per procuratorem comparere petendo ius prothomiseos.*
2 *Carceratio, an sit iusta causa excusationis de non comparendo.*

1 AD 5. *not.* videas *Anto. de Caput. de Melfitto in sua Glos.* incipiente, *item verbum hoc*, etiam confirmando, quod per *Afflict.* dicitur hìc, de carcerato existente in carceribus alicuius potestatis, causa alicuius criminis condendato, vt possit per procuratorem comparere, si non potest per se; existente in captiuitate, & tali beneficio non priuati, scilicet petendi congruum, hoc idem fatetur *Rendella in vers. in captiuitate, in §. in primis, Benedell. in §. verum si infrà, in tex. captiuitatem*, & si citatus in carceribus teneatur, per procuratorem comparere, vel per alium se excusare, videas *Carauitam in Commēt. Rituum*
2 *M.C. in ritu* 183. & per nos supra in adnotatis; Carceratio, an sit iustissima causa excusationis de non comparendo, videas apud *Follerium in sua praxi criminal. dialogica* concludentem affirmatiuè, *in verb. audiantur excusatores, numer.* 57. vbi allegat *Afflict. in dec.* 289; *in Constit. Regni additorum, nu.* 13. *q.* 5.

SVMARRIVM.

1 *Preescriptio non currit aduersus impeditum.*
2 *Pœna non debetur, vbi non est negligentia, vel culpa.*
3 *Tempora ordinata per statutum, non currunt aduersus eum, qui ius suum non potest in iudicio deducere.*
4 *Restitutio, an currat aduersus cursum temporis impeditis agere.*
5 *Capto, ab hostibus, non currit tempus retractus pendente captiuitate*
6 *Impedimentum qualiter probetur, & quomodo remittitur.*
7 *Impedimentum non tantum probari debet, sed etiam; quod si non fuisset impeditus actum impleuisset.*
8 *Præscriptio, an curat aduersus pauperes, & inopes.*
9 *Pauper, quis dicitur.*
10 *Pactum de remēdo in contractu emptiōis, & venditionis, an præscribatur.*
11 *In dubio, de qua præscriptione erit intelligendum.*
12 *Deportare, quid sit, & relegare, Banniti, e Foriudicati, an retineant ius retractus & si illud petere possunt.*
13 *Bannitus agere non potest, & petens congruum, denegatur audientia.*
14 *Condemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem appellatione pendente, an possit retrahere.*
15 *Impeditus, an possit petere hæreditatem, elapso tempore 30. annorum*

1 AD 6. *not.* adde omnes Scribentes, hanc super constitutione, sic etiam concludentes, verum quod præscriptio non currit aduersus impeditum *tex. est in l.* 1. *& in l. vlt. C. in quib. causis in integ. rest. non est, nec. l.* 1. *in fin. C. de bonis maternis, Bald. in tract. eod. de præscript. in* 1. *par. sextæ partis principalis. in principio, nu.* 15. *& seq.* dicens *esse regulam naturalem, quod vbi non est negligentia, ac culpa, ibi pœna non debet esse*
2 *Surd. in decis.* 51. *num.* 4. dicit, *dictam regulam procedere, etiam in statutis, non excludentibus eum, qui iuris dispositione nequit agere, ex doctrina Bald. in authent. nisi tricennale, C. de bonis maternis*, qui etiam, ait *tempora statuta ac præordinata per statutum*
3 *non currere aduersus eum, qui ius suum non possit in iudicio deducere*, de quibus omnibus, videas apud *Tiraquel.* cum vlante omnes *tit. de retractu consanguinitatis. in §.* 1. *Glos.* 6. *numer.* 46. *& sequentib.* vide etiam (silibet) *D. Iudicem meritissimum Camillum, de Laratha in suo cons. dec.* 24. *Mangrellam, ad Bart. in l. vt perfectissimi, in princip. C. de annali, except.* & quid de impedito impedimento iuris, *Cacher. in dec. ped.* 186. *n.* 2. *Boer. dec.* 26. *n.* 16. *Affl. in dec.* 50. *n.* 4. *Ascan. determin.* 179. *Decis. Sac. Cons. conscientiæ, Regni Siciliæ*, apud. *Giurbam dec.* 75. quos citat *Epis. Ricc. in collect.* 2300 *p.* 6. Et an
4 detur restitutio aduersus cursum temporis his personis scilicèt impeditis, ac ignorantibus; vide *Affl. in alia eius decis.* 37. & addentes, in alia eiusdem 329. & in *Conflit. Regni quadrigenalem* circa *finem, Tesau in decis. pedem.* 135. allatum à *Fontanella, de pactis, in Gl.* 12. *nu.* 39. *claus.* 4. *Gomez variar. sesolut. cap.* 2. *tom.* 2. *tit. de empt. & vendit. vers. quæro tamen, num.* 27. ità etiam ca-
5 pto ab hostibus adversus eum non currit durante tempore captivitatis; *text. est in l. post liminium, C. de captiuis, & post lim. l. ab hostibus, l. fin. C. quibus non obiicitur longi temporis præscript. Boer. dec.* 39. *num.* 1. quod etiam procedit in impedito impedimento facti, ità ait *Fontanell. loco superius citato num.* 64. *&* 55. *Pinell. in iuribus citatis*, vide *Marantam in suo aureo speculo, p.* 5. *num.* 40. *fol.* 257. qualiter autem probetur impedimentum, vide *Serafin. de priuilegiis iuris, priuileg.* 34. & quæ debet-

pro-

Digitized by Google

probare hic impeditus; *Capyc.* videas in *deciſ.* 123. *Miſinger.* omninò videndus in *centur.* 4. *obſer.* 58. & quid in probando iuſtum impedimentum, *Hartaman. Piſt. tom.* 13. *de dilat. obſeruat.* 4. *nu.* 25. & cum dicto *Miſinger. obſeru.* 57. *centur. ead. & cent.* 3.
7 *obſeruat.* 92. *Carauit. vitæ* 268. vbi ait impeditus, non tãtum impedimentum probare debet, verum etiam, quod ſi non eſſet impeditus actum expleuiſſet, & ſi paupertas excuſet, ab appellando, & à proteſtatione & ſi in tali caſu proteſtatio requiratur, vel nè, videas *Grat. dec. March.* 34. & an impeditus, poſſit dilationem impetrare videas eundem *ſupra citatum Hartaman. Piſt. tit. de appellat. obſer.* 11. *num.* 6. An autem talis præ-
8 ſcriptio, vt ſupra currit aduerſus pauperes, & inopes, vide eundem *Boer. in dec.* 39. *ſup. cit. num.* 1. *Mangrell. ad Bart. in add. C. de longi temporis præſcriptione, & in addit. auth. quas actiones. C. de Sacroſanct. Eccl.* & quis nam dicatur pauper, & inops; explicat, plenè *Menoch. de arb. Iud. lib.* 2. *caſ.* 65. *per totum*, & onus paupertatem probandi, cui incũbat, optimè declarat *Couarru. lib.* 2. *var. reſolut. per tot. cap.* 6. & tempus, vt ſupra an currat, impedito *Cap. dec.* 209. ſi præſcribatur pactum, de reemendo, tàm in
10 *contract. empt. & vendit. quàm in cenſib. & cenſualib.* plures *deciſ.* videas apud *Fontanellam* 75. 78. 81. & quanta ſit eius æſtimatio, idem in *deciſ.* 82. & *dec.* 81.

11 Quid verò in dubio, de qua præſcriptione intelligitur, videas omninò *Napod. in gl. longiſſimi, in tit. de aperturis non faciendis, n.* 35. & 36. & dum agitur hìc deportare eſt,
12 perpetuo in exilio damnare, ſecus relegare, quod eſt ad tempus, *tex. eſt in l. relegatorum, ff. de interdictis, & releg. Gl. inſt. quibus mod. pat. pot. ſoluitur, §. relegat.* vide *Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad trebell. col.* 1. & *Rendellam in verſ. in exilium miſſum, loco ſupra citat. Benedell. in §. verum ſi infra, numer.* 38. & 39.

Et quid in Bannitis, & Foriudicatis ſi hoc ius retineant, & congruum petere poſſunt
13 vide eundem *Benedell. in §. verum ſi num.* 42. & *Rendellam, vbi ſupra*, quibus adde *Bald. in l. fin. neceſſitatem, col.* 1. *verſ. quæro per ordinem, C. de bonisque, lib.* & *add. ad ſpecul. de actore, verſ. ſicut contumaci, & verſ. Bannitus, & in auth. habita, 3. col. verſ. 3. nota hìc ſuper verb. C. ne filius pro patre, Cyn. in lib.* 1. *C. de naturalib. liberis, Bartol. per tex. in l. ſi prætorem, §. ait prætor, in fine, ff. quibus cauſis maiores, Alex. in l. tutelas, §.* 1. *de capitis diminatione*; vbi in omnibus benè probatur, quod bannitus non poteſt
15 agere, ſed ei audientia denegatur; igitur congruum petens, etiam denegatur ei.

15 Quid autem in condemnatis ad mortem naturalem, vel ciuilem appellatione pendente ſi habent ius congrui, vel ne? videas *Rendell. in d. §. & licet in animadverſionib. num.* 10.

16 Impeditus ſi poteſt, vel nè hereditatem petere, quamvis tempus præfixum à iure ſit lapſum videlicet 30. annorum, dic quod poſſit petere infrà annum utile, vel dies centum, & hoc prætorio iure *Bartol. in rub. C. qui admitti*, 6. *quæſt. Alexand. & Moderni, in l.* 2. *Cod. Caſtr. & DD. in l. fin. C. vnde cognat.*

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio, an currat abſenti ex cauſa Reipublicæ, aut alia ad petendum ius retractus, quidve involente mittere procuratorem, & malitioſæ mittere renuit*
2 *Abſentare quando quis dicatur malitioſè remiſſivè.*
3 *Reſtitui hìc an debet abſens malitioſè;*
4 *Abſentia ſi iuſta, vel iniuſta fuerit, an erit probanda.*
5 *Abſentia niſi probetur, nunquam præſumitur*
6 *Abſens ex cauſa Reipublicæ, an ſit reſtituendus, & quid ſi ex cauſa voluntaria, abſentio, ibidem, vbi Deciſio Sac. Conſil. noniſſima.*
7 *Abſens minori æquiparatur, & ſæpe per præſens dicitur.*
8 *Abſentia iuſta, vel iniuſta præſumi an debeat.*
9 *Abſentia quotuplex, ſit remiſſiuè*
10 *Abſentia doloſa, vel ſine dolo, & ſibiude an præſumatur.*

1 AD 7. *not.* vt abſenti ex cauſa Reipublicę, vel quauis alia neceſſaria cauſa, præſcriptio, non currat aduerſus, eum, circa tempus datum ad petendum hoc ius, vide *Bart. in l. prima, C. de temp. reſt. minorum*, quod ſecus in volente mittere procuratorem, & non miſit, malitioſè permittens deſluere tempus, *Bart. in l. idem Papinianus, n.* 1. *ff. de minorib. Afflict. in dec.* 189. *numer* 13. 14. 15. & 16. *Maſull. ad Capyc. in add. in*
2 *dec.* 123. *num.* 1. & quando quis dicatur ſe malitioſè abſentare, vide *Maſcard. de probat.*
3 *concluſ.* 6. *nu.* 13. vbi huic, non eſſe reſtituendum (inquit) abſentia enim hæc, nemini debet prodeſſe de iure, vt *in fine* eiuſdem, adde *dec. in regula abſentia, num* 1. *ff. de regulis iuris*, vbi nec aduerſus Fiſcum, vt idem ait in *loco citato ſupra, & Gizzarell. in deciſ.* 9. *numer.* 29. *Maſcar. in concl.* 11. *num.* 2. *Bo-*
er. quæſt. 17. *nu.* 7. & an ſit probanda hæc abſentia, ſi iuſta, vel iniuſta fuerit *Maſcard. in*
4 *con-*

Digitized by Google

concl.295.num.12. vbi, *facti eſſe, inquit,* 5 *abſentiam*, & facta, niſi probentur nunquam præſumuntur, vt idem ait in *concluſ.5. num.* 1. & circa modum in ea probanda, videas eundem in *concluſ.8. nu.7. Gloſ. ſuper Conſt. Regni editorum, de literis citatoriis*, in verbo *allegata probari.*

6 Quod autem huic abſenti, ex cauſa Reipublicæ fiat reſtitutio, *text.eſt in l.fin. C.de reſtit.militum,et in l.*1.& *l. Reipublica,C. quib. ex cauſis maiores, ſcrip.ſuper Conſtitut.Regni, Hoſtici linea 76.fol. mihi* 158. ait abſentem, ex cauſa Reipu-
7 blicæ, æquiparari minori, *Ozzaſchus in dec. pedem.*158. *num.*8. ſemperque dicendus præſens, idem in alia *dec.*92.*num.*10. quibus modis quis dicitur, abſens, *tex. in §. multis modis, auth.de fide inſtrumentorum. Maſc.in præcitata concl.*8. *Teſaur. filius in quæſt.ſorenſ.*82.*num.*6. *Iſern. in præcitata Conſt.editorum,lin.*76.& *Dom. Conſ.D.Ferdinandus Arias var.reſol.lib.*3. *cap.*44.*num.*2. vbi ſi competat Maiori, ex cauſa voluntaria eb initio, ſuperueniente, deindè neceſſaria, idem *num.*24. vbi *Deciſ. Sac.Conſilii*, affert, & quid in dubio an iuſta, vel iniuſta ſit præſumenda abſentia,
8 vide *Maſcard.in concluſ.*7. *num.*11. ex cauſa enim inuoluntaria, abſentia erit dicenda iuſta, *Gloſ.ſuper conſtit.Regni, ſi quem noſtrum, de in ius vocando,linea* 37. *Afflict.in dec.*289.*num.*37. & an detur reſtitutio aduerſus talem præſcriptionem, vide *Fontanellam ſuper citata Gloſ.*8. *n.* 58.*clauſ.*4. & 5.*citatam in* 6.*notabili ſupra, & eundem Conſ. Arias loco ſup. cit. num.*17.

9 Abſentia verò quotuplex ſit, præter ea, quæ apud *Afflictum*, habentur, vide quæ per *Napod.in Gloſ. differentibus ſin verſ. eas autem, num.* 47. & *Afflict. in apoſtilla ibid.poſtpoſita*, incip. *abſentia, lit. E.F.*

10 Et circa, id, quando abſentia doloſa, vel ſine dolo, & fraude, ac machinatione præſumatur, vide *Maſcard. in concluſ. in verbo abſens, lit. A.* ſnàm plures colligit concluſiones, & in ſpecie celeberrimum, ac magnum, *Menoch. in eius ſolemni tractatu de præſumpt.De Franch. dec.*327. & an currat præſcriptio immemorabilis aduerſus agere non volentem, vide *Peregr. de iure fiſci, lib.*6.*tomo* 8.*n.*1.

SVMMARIVM.

1 *Dolus ſemper excipitur, in quolibet actu.*
2 *Dolus, & fraus nemini patrocinari debet*
3 *Abſens, vel impeditus proteſtari debet.*

1 AD 8. *not.* vide *De Franch.in dec.*589 *par.*4. & quod in quolibet actu ſèper eſt excipiendus dolus, *text.eſt in l.creditor, §. Lucius, ff.mandati*, dolus enim, &
2 fraus nemini patrocinari debent, *l.in fundo, ff.de rei vendicatione*; abſens enim, vel impeditus, ſemper de impedimento ſunt
3 proteſtandi, aliter non excuſantur de actu non facto infra ſtatutum terminum, *Angel.in conſ.* 140. quidam *Mattheus, & Imol.conſ.*144.*vol.*2. & conſequenter ſemper dolus ex ſui parte præſumitur, imò nunquam reſtitueretur, niſi talem proteſtationem faceret.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio, an detur minori aduerſus præſcriptionem iuris congrui, lapſo tempore.*
2 *Reſtitutio aduerſus tempus præfixum in conſtitutione ſancimus, an detur poſt maiorem ætatem.*
3 *Reſtitutio aduerſus tempus præfixum in conſtitutione ſancimus, an detur poſt maiorem ætatem.*
3 *Reſtitutio, an competat habenti tutorem, vel curatorem non opponentes, vel petentes ius congrui.*
4 *Reſtitutio, an detur aduerſus tempus decurſum pacti de retronendendo, & quid aduerſus centenariam minoribus, & ſimilibus.*
5 *Tempus petendi ius congrui, à quo die incipiat currere.*

1 AD 9. *not.* an detur reſtitutio minori aduerſus præſcriptionem iuris congrui, elapſo tempore requiſito per hanc extrauagantem, & per conſuetudinem, & dic, quod ſic, *text.in l.fin.ff. de quibus cauſis in integrum reſt.non eſt neceſſ.* vbi aduerſus minores temporales præſcriptiones minimè currunt, *Boer.in deciſ.*11. *Guid. Papa dec.*257. & in ſpecie *D.de Franch.in deciſ.*17.& 18. vide *Tiraq. de retractu lignag.§.*36.*Gloſ.*2.*nu.*1.*cum ſequentib. Co-*
2 *uarr.pract.quæſt. cap.*126. imò etiam poſt maiorem ætatem aduerſus tempus decurſum competit hæc reſtitutio, ſecundum *Afflictum in commentariis Conſtitut. Regni minorum iura, not.*1. vide etiam *Napod.in Gloſ.petiti*, qui hanc *quæſt.tangit, in conſuet.*1.*num.*50.*tit.eodem, & Fontan. de pactis, clauſ.*7.*Gloſ.*3.*p.*2. *Gomez.variarum reſolut.cap.*14.*de reſtit.minorum, nu.* 3. quem allegat idem *Fontanella, qui ſup.* & in ſpecie *Ozzaſchus, Cocheron.d.deciſ.* 158. *num.* 7. vbi in ſpecie ſi reſtituendus eſt, quis aduerſus lapſum temporis, &

quid

Digitized by Google

quid in hebente tutore, vel curatore non
3 opponentibus, ſeù petentibus ius congrui ſi noceat dicto minori, vel nè, *Afflict. in commentariis Conſtit. Regni, in pecuniariis, num.41. titul. in quibus cauſis, &c.* de
4 quo adnotabimus in ſequenti notabili, & ſi ſit reſtituendus aduerſus elapſum tempus, pacti reuendendi, vide *Vrſillum ad Afflict. in dec.210. num.4.* infrà, & aduerſus centenariam præſcriptionem, minores, Eccleſia, aliæuè perſonæ priuilegiatæ ſint reſtituendæ, vel ne, vide *Teſau. in quæſtionib. forenſib. quæſt.49. per totam*, & poſtremum, adde *Illuſt. Reg. Marchion. Capyc. Latro in deciſ. nouiter impreſſ. deciſ. 57. num.29. & 41.* & à quo die incipit
5 currere tempus hoc aduerſus minores, eũdem in eadem *deciſione 57.*

SVMMARIVM.

1 *Minores, & Abſentes, vltra ſtatutum tempus dierum 30. à Conſtitutione, ad petendum ius congrui habent alios; quatuor menſes, & pro eis tutores procuratores, & defenſores poſſunt illud petere, quibus elapſis non reſtituuntur.*

2 *Reſtitutio, an detur minoribus, aduerſus negligentiam tutorum.*

3 *Reſtitutio, an competat ignorantibus, ut non currat tempus datum pro retractu.*

4 *Minor, an reſtituatur aduerſus tempus decem dierum conceſſum, ad appellandum.*

5 *Procurator mitti, an debeat in cauſis, & negotiis arduis.*

6 *Procurator, quando poteſt conſtitui, & in quibus caſibus.*

7 *Banniti, an mittere teneantur procuratorem.*

8 *Abſentes an teneantur mittere procuratorem, & n.10.*

9 *Procuratorem, an mittere teneatur, qui cito, eſt reuerſus.*

1 AD *notab.* 10. vbi dantur 4. menſes minoribus, & abſentibus vltrà ſtatutum tempus dierum 30. ad petendum congruum, & pro eis eorum defenſoribus, ac tutoribus, ſiuè procuratoribus ad exercendum ius retractus, & hæ perſonæ tenentur, à die ſcientiæ mittere eorum procuratores, ac defenſores, aliter currit tẽpus prædictum quatuor menſium, circa quam ſcientiam plura ſupra adnotauimus, & in caſu, quod ſtaret per dictos eorum defenſores; tutores, ac procuratores non petendi hoc ius congrui reſeruabitur actio dictis minoribus, ac abſentibus aduerſus eoſdem eorum tutores, ac procuratores, & curatores, *Teſaur. deciſ. Pedemont. 99.* propter eòrum negligentiam; debent niſi ſicut in ſua propria re, verſari, in pupillorum, ac eorum principalium negotiis agendis, *text. eſt in l. tutoribus, & curatoribus, ff. de adminiſtrat. tutor.* & ſi detur reſtitutio minori aduerſus dictam ne-
2 gligentiam iſtorum, idem *Teſaur. d. dec. 99.* quomodò autem probetur talis negligentia, videndus eſt, *Maſcard.* qui citat omnes. ad rem facientes in *concluſ. 193. Rendella in verſ. quidquid incomodi, §. in primis, num. 1. de Bottis ad Conſuetud. Neapol. primam, de iure congrui*, quæ incipit, *in venditione*, poſt *Napod. Gl. nu. 5.* verum aduerſus ignorantes; hoc tempus non currit, & eis datur etiam reſtitutio aduerſus lapſum ipſius, *vt ſupra dictum*
3 *eſt in §.1.* rationem huius reſtitutionis faciendæ talibus perſonis aſſignauit *Benedell. in §. licet, in verſ. procuratores, num.5.* circa finem; quod intelligitur eſſe concedendam talem reſtitutionem, dummodò, non elapſo decennio; nàm hoc tempore elapſo ampliùs non reſtituuntur, & per conſtitutionem imponitur perpetum ſilentium, ſecus per negligentiam turorum, vel procuratorum, nàm ea derecta ſemper eſt ſubueniendum minoribus aliiſuè, ut ſupra numeratis perſonis priuilegiatis,
4 vt per *text. in l. quod ſi minor, ff. de minoribus, §. non ſemper*, & quid de tempore dierum 10. conceſſo ad appellandum ſi fuerit elapſum, an reſtituuntur minores, vide *dec. D. Fontanell. 190. & Sfortiam Oddum in tract. de reſtit. in integrum, q.69 art.2.*

5 Ad *verſ. ſi quis poteſt mittere procuratorem in cauſis, ac negotiis arduis*, vide *Afflictum in deciſ.50. num.3. in medio, & in commentariis Conſtit. Regni proſequentes, num.19. in tit. de pugnis ſublatis*, & quando procuratur poteſt conſtitui, & in
6 quibus caſibus, *Guid. Papa in deciſ.338.* & ſi exititii, vel Banniti procuratorem
7 mittere tenentur, vide *Bart. & Alexand. in l. creditor, ff. de ſolutionibus, Butric. in cap. cum dilecti extra de dolo, & contumacia*, & hi, qui ſe abſentant, an teneãtur mittere procuratorem, vide *Specul. tit. de citation. §.4. verſ. hoc ordine, Alex. in l.2. ff. de diuerſis, & temporalibus præſcript. Bald. in l. ab eo, C. quomodo, & quando Iudex, cum l. pæn. C. eod. tit. Gloſ. & Bart. in l. vlt. ff. de reſtit. in integrum*,
9 & ille, qui citò eſt reuerſurus, non tenetur mittere procuratorem *Angel. in l. cum antiquitas ff. de teſtamentis, Ioa. de Imola in l. quæſitum, ff. eodem*, & ſi Procuratorẽ
10 mittere tenentur abſentes abſq; eorum cul-

Digitized by Google

culpa. *vide Innocent. in cap. 2. de noui operis nunciatione, Bart. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure Gloſ. in cap. quanto 68. diſt. Abb. in cap. cum inter vniuerſas poſt medium, col. 2. de electio.*

SVMMARIVM.

1 *Perſona quæ poſſunt, ſe interponere ad petendum ius congrui, enunciatur.*
2 *Denunciari poteſt marito pro vxore.*
3 *Actio iniuriarum datur Patri pro Filia, & marito pro vxore, Magiſtro pro diſcipulo ſocio pro ſocio Eccleſiæ pro Clerico, & ſimilibus.*
4 *Filius retrabit rem alienatam per patrē, ratione affectionis; & quare.*
5 *Agnatus proximior vocatus, ex propria perſona poteſt reuocare feudum aliena abſque conſenſu, quod ſecus in feudo hæreditario nouiter quæſito n. 6.*
7 *Jus retractus filio, & agnato, proximiori ſucceſſuro, an detur remiſſiuè, & refertur, vbi num. 8. Dec. S. C.*
9 *Filius, an poſſit rem ſuam, à patre alienatam in qua pater habebat uſumfructum poſt eius mortem vendicare, & paternum contractum annullare.*

1 IN *verſ. ſed iuxta iſtam legem num. 33.* vbi
2 loquitur *Afflict. de perſonis*, quæ poſſunt ſe interponere ad petendum ius retractus pro alijs perſonis, abſq; eorum ſpeciali mandato, ſcilicet de amico pro alio amico, de conſanguineo pro conſanguineo, vel de filio pro patre ſi fuerint iſtæ perſonæ abſentes, quibus adde *text. in l. patri, in principio, ff. de minorib. Bart. in l. 1. C. etiam per Procuratorem, & in l. maritus C. de procura.* vbi etiam ſufficit denunciari marito pro vxore, *Clo. in d. l. maritus*,
3 ſic etiam datur actio iniuriarum patri pro filio, & è contra marito pro vxore Magiſtro pro diſcipulo; ſocio, pro ſocio, Eccleſię pro Clerico; coniūcto, pro coniūcto, conſorti pro conſorte Abbati, vel Monaſterio pro Monaco, Ciuitati pro ciue, vniuerſitati, vel collegio pro his, qui de uniuerſitatibus ſūt, vel collegio, reſpectiuè, & ſic de aljs allatis per *Azzo. & Hoſt. in ſūma C. de iniurijs, ac per Io: Petrum Fontanell. de pact. nupt. in vol. 2. clauſ. 4. Gloſ. 15. nu. 16. & per Philippum Paſc. in ſuo tract. de viril. patr. poteſt. cap. 10. per totū partē ſecundā*; ſi etiam ratione ſanguinis filius retrahit
4 rem alienatam per patrem ratione affectionis, quam habet ad rem maiorum ſuorum, ac intereſſe, ne bona ipſa antiqua quæ fuere ſuorum maiorum, in quibus parentes eius defecerunt; vel; ipſemet filius creuit, vel imagines eorundem parentū adſunt ad exteras manus tranſeat, vt ex eiſdem ſatis pulcherimis verbis Iuris Conſulti in *l. lex*
5 *quæ tutores, C. de adminiſtr. tutor.* de quo etiam habetur, apud *D. Benedell. in §. item de ipſa prothomiſim, nu. 16. verſ. ſed vbi*, ſic etiam concludentem, imò non tam filius, verum quilibet agnatus proximior vocatus, ex perſona propria poteſt reuocare feudum ex pacto & prouidentia, alienatum abſquè eorum conſenſu, de quo habetur, apud *Iſern. in c. 1. §. præterea col. 1. verſ. (ſed ſecundum.) tit. de cap. Corrad. & in cap. ſi Vaſſall. feudo, tit. ſi de feudo fuerit controu. & in cap. 1. §. & ſi libellum, tit. de paterni feudi alienat. in verſ. ſi vero ex pacto num. 7. col. 1.* quæ etiam habentur, apud. *Io: Vincent. de Anna in ſua allegat. 67. num. 39. 40.* vide etiam, apud *Dec. in conſ. 662.* (vbi expreſſè inquit) patrem tali in caſu filijs prejudicare non poſſe in preiudicium ipſorum, diſponendo, quod *Caſſan. confirmando in ſuo conſ. 6.* ſequitur eundem *Dec. in alio 662.* incipit in caſu, *et in alio 389.*
6 *viſa longa*, vbi in tali feudo ſic concludit, at ſecus in hęreditario, nouiter per patrem quæſito, vt inquit *Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 112. et 248. in fi.* & per alia coaceruata apud *Tiraquell.* omninò videndum in *tit. de retractu c. 21. Gloſ. 5. fol. 162. nu. 25. cum ſeqq.* pro huius veritate, vide omninò D. *R. Scip. Rouit. in ſuis vtiliſſimis comment. pragm. regni in rubr. de feudis, vt in nu. 19. et 23. cum ſeqq. verſ. his quem breuius, et in num 42. verſ. ſtat igitur veritas*, vbi hanc preſentem queſt. ſatis pulcherrimè pluribus cum diſtinctionibus diſputat concluſioneſq; eliciendo eam iuribus, rationibus, auctoritalibuſque, DD. exornat, ro-
7 borat, & confirmat, adde etiam *D. Illuſtriſ. Reg. Capyc. Lat. in conſult. 27. & 28. to. 1. & in conſult. 96. to. 2. vbi latiſſimè, ac doctiſſimè, et Do. Ioa. Franciſcum Sanſelicium Bonæ Memoriæ in dec. 101.* apud quos habes ad ſaturitatem citatos per nos etiam ſupra *in princ. huius extrau. num. 7. in §. 1. verſic. item quæro*, vbi etiam ad-
8 notauimus, illam deciſionem S. R. inter Annam Mariam Carafam, & D. Alonſum Sanchez de Luna, vtilem Dominum Caſalis Santi Arpini ſeu Elpidij, in qua dictus conuentus per dictam Annam Mariam moleſtabatur ad relaxandum dictam terram ad beneficium dictę ipſius actricis oblato ei pretio ſicut emerat, venditam ad iſtantiam Creditorum ſubhaſta pro debito paterno, & ſic exercere volebat retractum ſeu prælationem, & viſis videndis per eundem S. R. C. ad relationem tunc Regij Conſil. Felicis de Ianuario Machionis Sancti Ma-

xi-

Digitized by Google

ximi cauſę Commiſſarij fuit prolata diffinitiua ſententia abſoluendo dictum Conuentum, & hoc iunctis Dominis Conſiliarijs duarum Aularum patrocinante pro eodem Conuento I. V. D. Partenio Petagna, olim Aduocato celeberrimo primario, deindè Fiſci patrono, & Præſidente R. C. S. Actuarius fuit Decius Romanus, anno 1628.

9 Filius an & quando poteſt rem ſuã à patre alienatam, in qua ipſe pater habebat vſumfructum, poſt eius mortem vendicare, ac paternum contractum annullare dum lex prohibet patri alienare abſq; iuſtiſſima, ac legitima cauſa cognita *iuxta text. in l.* 1. C. *de bonis maternis*, ſicut etiam habentur, apud D. *Paſcalem in d. præcitato tract. de virib. patr. poteſt. capit.* 2. *lib.* 1. *à num.* 43. *cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Tutores, & ſimiles non petentes ius Retractus an teneantur de dolo, & lata culpa.*

2 *Tutores an poſſint in præiudicium eorum pupillorum, & principalium abſentium renunciare beneficio iuris congrui, & ad intereſſe teneri.*

LAD *verſ. ſed iuxta hoc quæro, nu.* 34. adde in primis *Tiraq. de retract. conuent. Gloſ.* 2. §. 1. *num.* 55. *Ant. Caput. ad Rendell. in tract. eod. in Gloſ. et ſi neglexerint num.* 3. & ſi iſti teneantur nè de dolo lataq; culpa, *Benedell. tenet ſic in* §. *licet num.* 1. *et Caput.* vbi ſupra *num.* 2. & ſi tutores in præiudicium abſentium, ac pupillorum
2 eorum principalium poſſunt renunciare huius iuri congrui, dicas quod abſq; cauſa hoc facere minimè poſſunt, de quo videas *Aug. in l.* 1. C. *de apochis publicis, & priuat. lib.* 10. immò ad intereſſe condamnarentur ità D. *de Boctis in apoſtilla in venditione ad conſuetud. Neap.* 1. *lit.* C.

SVMMARIVM.

3 *Ius congrui datur contra poſſeſſorem non contra vẽditorem, quo circa ius in re appellatur, & tranſit in quemlibet poſſeſſorem rei.*

3 AD *vlt. notab.* vbi hoc ius congrui cõcluditur per *Afflict.* dari contra poſſeſſorem, non contra venditorem, ideo ius in re appellatur, & tranſit in quemlibet poſſeſſorem reiq; detentorem diximus ſupra pluribus in locis tamen videas *D. de Franch. in dec.* 389. *n.* 5. & *Caſſan. in conſuet. Burgun. tit. de retract.* §. 7. *primo not. Robert. Marant. in diſputat.* 9. *in ſuo ſpeculo aureo num.* 3. *verſ. ſecundo adducitur. & num.* 29. *verſ. non obſtat, ſecundem argumentum D. Illuſtr. Marchionem, ac Regentem Capyc. Latr. in deciſ.* 46. S. *R. C. num.* 1. 2.

SVMMARIVM.

1 *Venditor an teneantur emptori de euictione, ſi res ab eo retrahatur ratione congrui pretio accepto.*

2 *Natura venditionis eſt, vt in ea euictio debeatur.*

3 *Vẽditor ad quid teneatur ob euictionem ſecutam de iure.*

4 *Emptor an teneatur promittere perſonis ac vicinis retrahentibus de euictione, & ſe obligare ab habentibus ſeipſo tantum & ab habentibus cauſam ab eo.*

5 *Emptor tenetur ad relaxandum rem, & ex neceſſitate cadit à ſua poſſeſſione non in culpa ei imputandum.*

6 *Deciſiones S. R. C. enunciantur quod vẽditor non tenetur de euictione in caſu venditionis iure congrui, ſed promittere de euictione, ab habentibus cauſam à ſeipſo tantum.*

7 *Deciſiones S. C. faciunt ius in Regno.*

8 *Euictio ſi non fuerit promiſſa in contractu, neque expreſſa, an ueniat.*

9 *Emptor an poſſit agere de euictione ſi non fuerit facta denunciatio litis modæ uenditori ſuper re uendita laudando eum in auctorem, & defenſorem, ut ueniat ad ſciptendum iudicium limitatur nu.* 10.

11 *Faciendum non eſt quod factum non relenat.*

12 *Iuramentum in contractu appoſitum, eſt ſtimulum, & uim habet denunciationis.*

13 *Deciſio S. C. refertur, quod non obſtante denunciſiatione litis facta uenditori non poteſt de facto moleſtari emptor rei uenditæ.*

14 *Dilatio ad denunciandum Auctori an erit danda*

1 AD *uerſ. ſed bonum eſt hoc ſciré*; quæritur in hoc *uerſ.* an venditor tenatur ẽptori de euictione, ſi res ab eo retrahatur ratione congrui pretio accepto, & concluditur negatiuè per *Afflict.* pro qua cõcluſione confirmanda, vide D. *de Franch. in deciſ.* 112. *Tiraq. in gloſ.* 9. §. 1. *num.* 34. *tit. de retract. D. de Anna in alleg.* 48. *num.* 31. *allatum à D. Rendella in eod. tract. de iure protomiſ. in gloſ. dederit nu.* 4. *verſ. ac proprius*, & licet natura venditionis ſit vt in ea debeatur euictio, *l. libera, C. de ſent.*
2 *& interlocut. omnium iudicium l. non dubitatur, C. de euict. l.* 1. *ff. eod. l. emptor fundi, C. eod. tit. cap. vlt. de empt. & vend.* tamen ſecus eſt hìc, cum res non euincitur, nec ratione dominij, neq; hypothecæ, ſed ſtante lege, ac diſpoſitione ipſius, quæ vici

T nis

Digitized by Google

nis, vel conſanguineis dat facultatem, ac priuilegium retrahendi, quibus emptor eã per ſententiam recepto integro pretio, quod ſoluerat, rem relaxare tenetur, iuxta dictam diſpoſitionem huius conſtitutionis, ac conſuetudinis, ideoque ad nihilum tenetur
3 venditor, aliter teneretur; non tantum ad pretii reſtitutionem, verum ad omne damnum, ac intereſſe paſſum ex priuatione rei æctiuæ, ſicut ex *tex. in l. venditor hominis ff. de euictionib.* & ad alia, quæ per *l. ſi ſeruus, ff. eod. tit.* & per *D. de Frãch. in dec. 145. in princ.* cui extrauaganti, ac conſuetudini, nec emptor ipſemet, nec venditor penitus poſſunt reſiſtere, eo magis, conſideratis, quæ per *Affl.* hic in fine habentur. ſ. quod euictio euenit, poſt contractum, & conſequenter, ad hoc venditor non tenetur; cui addo etiam *Gomez.* hoc idem dicentem in *cap. 2. variar. reſolut. nu. 40. tom. 2. tit. de empt. & venditione.*

4 Quid autem iuris in emptore, ſi tenetur promittere perſonis, ac vicinis retrahentibus rem, talem euictionem, an autem, ab habentibus cauſam ab ipſo tantum, die ab habentibus cauſam ab ipſo tantum, ita concludendum tenet *Copyc. ad conſuetud. primam, Napod. eod. in tit. lit. F.* in apoſtilla, quæ incipit *Nota per tex. in l. qui*
5 *hæres, ff. fam. erciſc.* ex neceſſitate enim imò inuito, & contra diſpoſitionem, *l. dudum*, adſtringitur ad relaxandum rem, ideoque ſi a poſſeſſione cadit non ex culpa ſua cadit, ideoq; in culpa ei non erit imputandum, *argum. tex. in l. ſi non iniuria, C. de euictio. l. ſi per imprudentiam, & l. ſi ideò, ff. eod.* vide *Ferron. in conſuet. Burdegal. tit. de retract. §. 3. vers. quid ſi res, Tiraq. tit. de retractu conſanguinit. in fine.*

6 Nota tamen pro veritate huius quæſtionis (& no loomittere) id quod in facti contingentia euenit, ac fuit deciſum per S.R. C. in anno 1599. in cauſa Nicolai Iacobi de Roſa, cum Troiano Atrichelli de Caſali Arzani huius Ciuitatis, qui ſupra dictus Nicolaus Iacobus petierat in M. C. V. condendari dictum Troianum ad relaxandum quodam pretium terræ modiorum viginti emptum per dictum Troianum ab hæredibus qu. Franciſci Bauæ ſitum in eodem Caſili, pro petito congruo, oblato eidem Troiano pretio quo emerat, eodemq; depoſitato penès publicum Bancum cum conditionibus inter cæteras, ut dicta pecunia minimè ab eodem Banco ammoueretur, niſi prius præſtita cautione per dictum Troianum, defenſionis, euictionis, & omnibus hominibus, & perſonis, & alia, &c. Cui replicabatur per dictum Troianum ad hoc non teneri, nam ipſe non erat obligatus, promittere euictionem, niſi ab habentibus cauſam ab ipſo tantum, & fundabat, hoc, ex iuribus ſupra citatis, quibus diffuſis pleniſque partibus auditis, in iure, & in facto per M. C. V. ad relationem tunc Iudicis Io: Hyeronimi Trombatoris fuit diffinitiue decretum, ſub die 24. Aprelis d. anni 1599. ut licuit dicto Troiano accipere dictam pecuniam, non obſtantibus conditionibus in dicto depoſito contentis, ſed promittere euictionem, ab habentibus cauſam ab ipſo tantum, & conſignari poſſeſſionẽ dictæ terræ dicto Nicolao Iacobo de Roſa, hos ſuum, &c. A quo decreto lato per M. C. pro parte dicti Nicolai Iacobi de Roſa, qui fecit depoſitum cum talibus conditionibus, fuit appellatum, ad S. R. C. & obtenta Regia decretatione M. C. V. verbũ faciat in S. C. facto deindè verbo in S. C. fuit per eundem S. C. ſequutum decretũ M. C. V. vt dictum depoſitum minimè liberetur niſi præſtita cautione de reſtituẽdo cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem M. C. ac Dominio cauſæ Commiſſarii, & hoc ſub die 6. Maii eiuſdem anni, a quo decreto lato per S. C. ad relationem M. C. V. dum ſe grauatum ſentiebat dictus Troianus reclamauit, & obtinuit Regiam decretationem iterum, vt M. C. verbum faciat, & facto verbo in S. C. per M. C. ad relationem Iudicis Io: Aloſii Mormilis viri patritii qui poſtea fuit Præſidens R. C. S. per eundem S. C. auditis partibus fuit remiſſa cauſa eidem M. C. ut ſuum primum exequeretur decretum latum ſub die 24. Aprelis non obſtante decreto eiuſdem S. C. a quo declaratum fuit benè fuiſſe reclamatum pro parte ſupradicti Troiani, vt legitur fol. 111. in proceſſu eodem, ut ſupra, & poſtea per eandem M. C. V. fuit decretum ſtare in deciſis, imponendo perpetuum ſilentium, & proindè experiri mandatum, Banco fol. 114. & ſic dictus Troianus obtinuit, tam in M. C. V. quam in S. C. vbi ultimo loco fuit dictum primum decretum M. C. confirmatum per S. C. ac cipiendo pecuniam abſque illius conditionibus, eiſque reiectis uti non a iure admiſſis, non enim erat conueniens, ut dictus Troianus promitteret de euictione, ab omnibus, & perſonis, & de reſtituendo cui, quibus, & quod in caſu euictionis dum non ſua voluntate, imò iure municipali cogente tenebatur relaxare rem, quam de facto, iam relaxauit, licet contractus venditionis appellatur in quo de eius natura venit, euictio, ut in iuribus ſupra citatis, ſed illa euictio tantum, ab habentibus cauſam ab eo, ſicut, *Copyc.* ſupra cõſuluit per *tex. in d. l. qui erat*

Fuit Actuarius huius cauſæ de Buccciis,

Digitized by Google

riis, deindè Io: Andreas Canalis, & ad præsens de Gagliardis, Scriba tunc fuit Antonius Lucina, qui deinde fuit Magister Actorum M. C. V. in capite equidem circa suum officium nemini secundus processibus intitulatur inter sororum Susannam Astorgum monialem cum troiano supradicto.

Sic etiam iterum fuit seruatum, atque decisum per S. R. C. de anno 1596. ad relationem, tunc Regii Consiliarii Vincentii Mastrilli causæ Commissarii coram illo integerrimo, ac doctissimo viro Antonio Orisicio sub die 22. Septembris in casa vertente inter Io: Camillum Galluccium, cum V. I. D. Andrea Barrilio, & Io: Aloisio Sixto, ac Victoria Montanaria, vbi decreuit S. C. quod depositum ducatorum 590. factum per I. V. D. Andream Barillum cessionarium dicti Io: Camilli liberetur dictæ Montanariæ, ac legitimis filiis, & hæredibus, quondam Io: Baptistæ Sixto factis debitis cautelis de recepto, ac promissionis euictionis ab habentibus causam ab eis, ac seipsis tantum hæredibus, non aliter Actuarius fuit Amatruda nunc.

Firma ergo remanet supradicta opinio disputantium hunc articulum in eorum tractatibus de iure congrui, auctoritate
7 harum rerum Iudicatarum nostrorum Tribunalium, quorum decisiones ius faciunt in Regno, ad *text. in l. fin. C. de legib. Affl. in decis.* 190. pulchrum dubium in fine, & dicit *Præs. de Franch. in sua dec.* 81. & dum concluditur non teneri de euictione venditor in hoc casu iuris retractus, dicendum erit, hoc etiam teneri ad denunciandum, seù laudandum eum in auctorem, propter litem motam à retrahere volente, ita quod *glos. pulcherrimam, in pragm. dubitationem in titul. de termino citandi Actorem in lin. 70. inter constitut. Regni volumen, impressam.*

8. Sed si de euictione in aliquo contractu minimè fuisset promissum, an venit de eius natura præter ea quæ dicta sunt adde, & dic, quod sic; *text. est in l. emptorem, §. si quis, ff. de act. empti, ac venditi, tex. in l. non dubitatur, vbi Bal. C. de euictionib. l. pacta conuenta, ff. contrahenda empt. & vendit. Tiraq. de retract. consanguinit. §. 29. glos. vlt. n. 4.* aliqs ut apud *Surd. in decis.* 208. *num.* 11. *& D. Franch. in decis.* 239. *num.* 2. *Gomez. vbi supra cit. in eod. cap. tit. de empt. & vendit.*

Sed quæro incidenter hic, si nõ facta fuit denunciatio litis motæ venditori super rem
9 venditam, laudando eum in auctorem, & principalem defensorem, vt veniat ad suscipiendum onus iudicii, (ut solet) an emptor possit agere de euictione, *text. est clarus in l. emptor. C. de euictionib. l. auctore, C. eod. tit.* vbi habetur, quod non sed limitatur quoties certum apparuerit, & clarè
10 de notoria; & iniusta causa venditoris, nam etiam si litem plenè defendisset nihilominus succubuisset in causa, tunc inquit *Bald. in hac eod. l. emptor. num.* 2. venditorem teneri, nam liquit emptori malam causam defendere, agnoscendo bonam fidem, *Anton. Faber in C. Fabrian. tit. eod. de euict. in diffinit.* 25. *vbi quid enim* (inquit) *potest interesse venditoris, quod nunquam facta sit denunciatio, quæ vnquã nullo tempore profuisset* nam vnquam faciendum est id, quod factum non releua-
11 ret, *l. qui potest, ff. de regu. iuris, l. si quis ità, ff. de hæred. instit. Affict. decis.* 115. *glos. in l. si Ideo, ff. de evict. Capyc. decis.* S. C. 106. vbi inter cętera inquit, *num.* 3. iuramentum in contractu appositum esse
12 stimulum, & vim habere denunciationis, ex doctrina *Bald. in cap. fin. de empt. & vend.* vbi refert. S. C. votasse pro emptore scilicet Diomede de Matinis licet non denunciaverat, *Franch. Morello*, qui euictionem promiserat, *Surd. dec.* 22. *num.* 8.

Et mihi accidit in facto, in causa, vertente, in eod. S. R. C. inter me, & creditores Ianuarij, & Aloisii Pennini, qui Creditores instabant aduersum me vti hæredem quondam Iulii Rummi mei carissimi Genitoris, ad restitutionem certæ quantitatis pæcuniæ libertate dicto Iulio, vti Creditori quondam Pauli de Martino Creditoris dictorum de Pennino, & inter alia, quæ pro eis allegabuntur, quod dictus Iulius non denunciauerat, litem, eius principali, à quo causam habebat, quæ lis fuerat, ei mota per Isabellam Puglianam, quæ mediante sententia M. C. V. obtinuerat assistentiam, super quandam Domum possessã per eum pro credito eius dotium, & antifati, à quo auocauerat possessionem; qui Iulius deinde docuit, de satisfactione crediti dictæ Isabellæ, & amissam possessionem recuperauit; verum dixit M. C. soluta certa quantitate pecuniarum dictæ Isabellæ, pro restanti eius crediti eius credito, factoque per dictum Iulium depositum instetit, deinde sibimet liberari, & alij ex causis, ut in actis, quod iam fuit ei liberatum, ac cuius restitutionem, me vti hæredem, vt supra, dicti Creditores teneri, dicebant, allegando, quod dictus Iulius non denunciauerat litem prædictam motam, laudando in Auctore eius principalem, à quo causam habebat, & sic agendi via erat, ei præcluſa circa promotam euictionem.

13 Quis respondebatur, quod licet de-

Digitized by Google

nunciationem feciſſet, nihil profuiſſet eius principali, ideoq; S. C. motum, ex his aliſquè in facto contigentibus ad relationem tunc Regii Conſiliarii Didaci Varelę, cauſæ Commiſſarii, ac Decani S. R. C. & deindè officium pro præſidendia eiuſdem, ob mortem ſecutam ſpectabilis Præſidentis Andreę Mancheſi meritiſſimi, qui ex hoc ſeculo, in anno 1644. tranſiuit, dedit terminum in cauſa pro cuius termini compilatione, pars amplius non inſtetit, nec me moleſtauit, vt ex proceſſu quondam Iſabellæ Pugliæ cum illis de Pennino, penès Sollatium Actuarium reperies, nunc de Clauellis.

Quid ſi non facta proteſtatione, quæ ſi facta fuiſſet nihil profuiſſet; vide *Ioa. Petrum Fontanell. in deciſ. 107. num. 7. 8. Theſaur. dec. 10. num. 11.*

Et an ſit danda dilatio; ad denunciandum auctori; hanc *quæſt.* ponit *glos. ſupra cit. in d. pragm. dubitationem in tit. de termino citandi Actorem* diſtinguendo inter diſpoſitionem iuris Regni, & iuris communis. *glo. ſ. in l. 1. C. vbi in rem actio*, finis die 10. Iulii 1632. in hoc §.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui vicino, vel conſanguineo non competit in ſex caſibus.*
2 *Donatio propter atrocem iniuriam perditur.*
3 *Ius congrui ex omni verberatione facta per vicinum venditori perditur*
4 *Ingnorantia affinitatis in percuſſione vere excuſet ab amiſſione iuris congrui*
5 *Familiæ appellatione qui veniunt.*
Iniuria in foro pœnitentiali remiſſa an poſſit trahi in foro iudiciali.
9 *Iniuria nunquid tranſmittatur ad hæredes iniuriati vt poſſit filius agere in iure congrui de patris iniuria.*
Heredes iniuriantis vtrum poſſint excludi à iure congrui ex delicto defuncti.
7 *Ius congrui locum nõ habet in alienatione rei per contractum dotalem, aut donationis propter nuptias*
Et quid de donatione inter viuos.
8 *Item de donatione cauſa mortis* 9.
9 *Emphyteu. nunquid poſſit donare ſine conſenſu Domini.*
10 *Teſtator nunquid poteſt prohibere ius congrui?*
Teſtamẽti appellatione venit codicillus.
11 *Contractus permutationis præcludit viam iuri congrui*
12 *Permutati venit appellatione alienationis, & venditionis.*
Mulier permutans in melius alienare non dicitur.
13 *Venditio non continetur permutationis nomine nec contra.*
14 *Permutatio cum refuſione pecuniæ nunquid impediat ius congrui.*
15 *Potentoria in dubio attendenda.*
16 *Ius cõgrui an habeat locum in alienatione neceſſaria pro datione inſolutum.*
17 *Ius congrui nunquid habeat locum interim donec pretio non ſoluto dominium emptorem non tranſeat.*
18 *Contrahentes nunquid poſſunt immutare ſtipulationem, vt non ſit vera ſtipulatio.*
19 *Venditionis natura qualis.*
20 *Dictio quandocunque, non excludit præſcriptionem 30. annorum.*
21 *Ius congrui peti, an poſſit non obſtante pacto de retrouendendo.*
22 *Contractus non cenſetur pignoratitius ex pacto de retrouendendo.*
23 *Creditor poteſt à debitore emere non adepto dominio*
24 *Pretium vbi non eſt ſpecificatum quis contractus ſit*
Et an ibi habeat locum ius Protomiſeos.
Tranſactio ſub nomine venditionis non comprehenditur.
25 *Prothomiſeos ius locum nunquid habeat in diuiſione*
26 *Ius congrui non habet locum in alienatione per laudum.*
27 *Mixta quando comprehendantur ſub ſimplicibus.*

§. TERTIVS.

Licet enim ſupradiximus.

PRimo continuat ſeipſum quod non omnibus prædictis competit ius congrui vel
1 prothomiſeos. Sed ſunt ſex caſus in quibus vicino, vel conſanguineo non competit ius congrui. Primus casus eſt, ſi ille vicinus, vel conſanguineus, cui competebat ius congrui atroces iniurias, vel manus impias ex propoſito ſibi venditori, vel eius familiæ intulerit; nam tunc tali vicino vel conſanguineo non competit ius congrui contra emptorem niſi ante venditionem talis iniuria per ipſum venditorem fuit remiſſa, vel niſi emptor ipſe cotentatur, quod talis vicinus vel conſanguineus admittatur ad ius prothomiſeos. Secundus caſus eſt, vbi non habet locum ius congrui, ſi alienatur, ex cauſa dotis res, vel donationis propter nuptias. Tertius caſus eſt, ſi res alienatur ex cauſa dationis inter viuos vel cauſa mortis. Quartus caſus eſt ſi res alienatur ex teſtamento, puta per inſtitutionem hæredis,

vel

Digitized by Google

vel legatum. Quintus casus est, quod non habet locum ius congrui si res alienatur per contractū permutationis. Sextus casus est vbi non habet locum ius congrui si res alienatur ex causa transactionis aliquo dato vel retento, hoc dicit vsq; ad §. *nisi quis*.

2 Primo nota ex textu, quòd propter iniuriam atrocem factam per vicinum venditori perditur donatio propter atrocem iniuriam factam donatori per dispositionem *l. fin. C. de reuoc. donat.* quæ autem dicatur atrox iniuria, habes *instit. de iniu. §. atrox.* Quid autem si uicinus dederit venditori grauem iacturam patrimonij sui, dic idem prout *not. in d. l. fin. C. de reuoc. donat.* & quæ dicatur grauis iactura, vide *in c. 1. de restit. spol. lib. 6. & in cap. apostolicę, in uers. hoc semper, de donat. sed Io: Andr. in cap. fin. de donat.* dicit, quod hoc est arbitrarium. Quid si intentavit inferre gravem jacturam, sed non habuit effectū, vide in *auct. hoc quoque, C. de revocat. donat.* & quod habetur *l. si quis*, non dicam rapere, *C. de Episcop. & Cler.* Sed quid si dat pecuniarum damnum, puta si incisit vites, vel posuit ignem in domo an propterea perdet jus congrui; Respōdetur quòd sic, quia iste *text.* expressè vult, quod dans pecuniarum damnum perdat ius congrui, ergò quis à malo vicino debet caueri, quia qui habet malū vicinum, habet malum matutinum, ut dicitur in prouerbiis Salomonis 27. cap. & ibi dicitur, *quod melior est vicinus iustus, quam frater procul*, & ad hoc possunt adiungi omnes illæ causæ, propter quas perditur feudum, & notat in *cap. 1. per tot. quæ sit prima causa benefic. amit. & in d. l. fin. C. de revocat. donat.*

3 Secundo nota ex *text. ibi*, impias manus, quod ex omni verberatione injuriosè facta per vicinum venditori perditur ius congrui, & de isto verbo impias manus facit mentionem *text. 17. q. 4. cap. si quis suadente*. Sed quid si vicinus se defendendo percutit venditorem an perdat ius congrui. Certè non, quia defensio fit iure licito, & non iniuriosè, vt *l. 1. C. vnde vi, & l. vt vim, cum concor. ff de instit. & iure*, ut hoc tenet *Io: Andr. in donatorio in d. cap. fin. de donat. facit cap. ad aures, & cap. quibusdam*, extrà de pœnis. Sed quid si irascitur an se defendendo, vel offendendo percusit, dic quod quando vnus actus potest se habere ad permissum, & prohibitum, præsumitur potiùs fieri eo modo quo est licitum, *l. merito, ff. pro socio*, facit quod *not. Bart. in l. qui rei postulati, §. 1. in fin. de bonis eorum, qui sibi mor. consci.* & idem *Bart. nota in l. fi. in fin. C. de pet. hæred. & quod not. glos. in cap. constitutus, de relig. domi.* Nam in his quæ sunt de genere permissorum non præsumitur dolus, ut in *l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* Item quæritur quid si ipse non percussit, sed ab alio percuti fecerit, respondetur porro idem dici per regulam qui per alium facit per seipsum facere vti detur, in regula *qui per alium in vi. cum concor. ibi allegatis.* Sed quid si non percussit cum manu, sed forte cum pede, vel alio modo præter manum, an ammittat ius congrui, hic textus requirit quod cum manu percutiat, quia dicit manus violentas. Sed *DD. in d. cap. fin. de donat.* dicunt idem

4 esse ut excludatur per *dict. cap. quis suadente*. Sed an si ignorabat esse coniunctum, & illum percussit, an ignorantia excusat ab amissione iuris congrui. Certè non excusat ista ignorantia, *arg. ff. loca. l. si ignorans, & extra de sent. excommu. c. si iudex, eod. tit. lib. 6.* & hoc verum puto si ignorantia erat crassa, & supina *arg. in cap. apostolicæ, & quod ibi not. de cler. excom.* Sed si ignorantia erat cum causa; tunc quantumcumque dabat operam rei illicitæ, tamen quia non habeat animum offendendi eum tanquam uicinum, & *tex.* iste requirit animum iniuriandi ex proposito illatum illi uicino, omeritò nō ponitur in vicinitate, ut perdat ius congrui, sed bene punitur pœna iniuriarum de iure communi. Sed quid si vicinus offendit uenditorem incidendo sibi pannos an perdat ius congrui, dicit *Bart.* quod quando scinduntur uestimenta non dicitur iniuria fieri in corpus, ita dicit ipse in *l. sed est quæstionis, ff. de iniur. & in l. hoc autem, ff de oper. no. nunt. & ibi etiam Ludou. & in l. licitatio, §. quod illicite, ff. de public.* merito non perditur ius congrui, quia iste *text.* requirit fieri iniuriam in corpus.

Tertio nota ex *text. ibi*, uel ius familiæ, quod nedum uicinus perdit ius congrui faciendo iniuriam uenditori, sed etiam idem

5 **est dicendum si aliquem ex eius familia percusserit. Qui autem veniunt appellatione familiæ, vide quod legitur, & not. in l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verb. sign. & in l. testator, §. familię, eod. tit.** Breuiter continentur omnes qui sunt in seruitio, etiam si sunt liberi omnes, ut *ff. de edil. edict. l. ediles in princ. & ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. familiæ, & ff. de verb. signif. l. fin. cum simil.*

Quarto nota, quod si remissa est iniuria, silicet, aut tacitè, vel expressè per ipsum uenditorē uicino, subaudi ante venditionē nō potest obiici vicino petēti jus cōgrui, quod facit iniuriā uēditori, quia illa iuiuria

semel

Digitized by Google

ſemel fuit remiſſa, meritò non poteſt de ea iterum conqueri, vt in *cap. de his, extra de accuſ. & not. Bart. in l. ſenatus, ff. eod. tit.* Sed quid ſi iniuria fuit remiſſa in foro pœnitentiali, puta coram patre pœnitentiæ, an poſtea poſſit inquietari, iniurians de dicta iniuria in foro iudiciali, vide *Bart. in l. non ſolum, §. iniuriarum, ff. de iniur. & per Bald. in cap. 1. §. iniuria, de pace iuramen. firman. & in l. ſi tibi, ff. de pac. Io: And. in addit. Spec. in tit. de inſtr. edi. in addit.* quæ incipit hoc videtur ſolum, & *Bald. in l. 1. C. de comm. deleg. & Ludou. in l. excuſant ur, §. diuus, ff. ad Syllania.* Sed quæro quid ſi venditor non fuit conqueſtus in vita ſua de iniuria facta per vicinum, deinde filius iniuriati vendit rem, vicinus, qui patrem iniuriaverat agit iure congrui contra emptorem, & emptor excipit de iniuria commiſſa patri iſtius venditoris, ille excipit quod illa iniuria fuit remiſſa, ex quo defunctus non fuit conqueſtus in vita, & conſequenter tacitè videtur remiſſa iniuria, ut *not. in d. l. fin. C. de revoc. donat.* an poſſit agere iure congrui, certè ſic, quia de iniuria non fuit inquietatus tempore vitæ iniuriati, filius iniuriati non poterit agere de illa iniuria, de quo plenè *not. in c. 1. §. porrò, quæ ſit pri. cauſ. benef. amit.* & pro hoc faciunt multa iura, quæ ad hoc accumulauit pro, & contra, *Iac. de Ardi. in ſum. quib. mod. feud. amit. §. conſueuit quæri ſi vaſſallus committat culpam, &c.* Et hoc verum ſi ille paſſus iniuriam habuit commoditatem conquerendi, alioquin poteſt vicinus inquietari de ipſa iniuria, vt dicit *Iac.* prædictus in loco præallegato, & *Bald. in cap. 1. §. inſuper de prohib. feud. alien. per Fride. & gloſ. in l. omnimodo, C. de inoffic. teſtam. & Spec. in tit. de feud. §. nunc dicamus, & Iac. de Bell. in cap. 1. in princ quib. mod. feud. amit.* Sed quid ſi moritur iniurians an hæredes eius poſſunt excludi a iure congrui ex delicto defuncti. Certè ſic, *arg. l. 1. C. ne ex delict. defun.* & hoc verum puto ſi eſt hæres, tunc non nocet, puta ſi domus erat materna, facit *l. ſi arrogator, ff. de adopt.* & quod notat *Bart. in l. 1. ff. de interd. & releg.* & quæ ſcribuntur per *Andr. in cap 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feud.*

7 Quinto nota ex *text. ibi*, cauſa verò dotis, quod quando alienatur res per contractum dotalem, vel donationis propter nuptias, vicinus non poteſt agere iure congrui contra poſſeſſorem. Sed quæro an in donatione propter nuptias requiratur traditio dicit *gloſ. & Bald. in l. fin. §. fin. C. de donat. ante nupt.* quod non ſufficit ſimplex confeſſio, vel promiſſio animo donandi, & dicit *Bal. in l. ſi coſtante, eod. tit.* quod iſta donatio propter nuptias fit reſpectu dotis, & ad dotis ſecuritatem, quia plus eſt habere dominium rei ſic donatæ, quàm ſimplicē hypothecam ſecundum eum ibi.

Item quæro, quid ſi datur fundus in dotem ea æſtimatione, quæ facit emptionem, vel ſimiliter detur æſtimatus, an habeat locum ius congrui, reſpondeo quod ſic, quia tunc dicitur contractus venditionis quaſi quod ſit res vendita, & pretium datum uxori, & poſtea illud pretium fuit datum in dotem marito, *arg. l. ſingularia, ff. ſi cert. petat.* & tunc res data in dotem dicta æſtimatione non eſt dotalis, & poteſt alienari, vt dicit *Bald. in l. in rebus, C. de iure dot.* quia nomine pretii intelligitur de venditione, ut eſt *gloſ.* quę ſolet allegari pro ſingulari, in *l. fin. C. de præd. cur. lib. 10.* Sed dominus meus D. Iaco. Caraffa, dabat ſociam in *l. 1. ff. de ſuperfi.* quando legit legem ex conuentione, *C. de pact.* Et de iſta materia quando datur fundus ea æſtimatione, quæ facit emptionem, & quãdo, ut ſciatur valor, & quando ſimpliciter, & vide in *l. æſtimatis, ff. ſolut. matrim. & Bald. in l. 1. C. de iur. dot. & in d. l. ex conuentione*, facit ad predicta, quod dicit *Bal. in l. qui ſe patris, C. vnde lib.* quod ſi Princeps concedat aliquod caſtrum alicui, etiam ſi loquatur per verbum indulgemus, &c. tamen ſi ibi eſt facta mentio, pretii potius dicitur contractus venditionis quam gratiæ, allegat legem fundi, & *l. fund. C. de princ. agen. in re lib. 11.* vide ibi per eum.

Sexto nota ex *tex. ibi*, & ſimplicis dona- 8
tionis, quod quando alienatur res per contractum donationis inter viuos, vicinus non poteſt petere ius congrui, & hoc iure utimur. Sed ponamus quòd hodie ego emo domum, & tradita eſt mihi cras, ego poſteà dono alicui per contractum donationis, an vicinus poſſit agere ius congrui contra poſſeſſorem, videtur quod ſic, quia ſemel quæſitum fuit ius vicino cõtra emptorem, ergo ſine eius facto ab eo euelli non potuit, ut in regula iuris *id quod noſtrum.* Item certi ſunt modi quibus tollitur, ut obligatio, ut in *tot. tit. inſtit. quib. mod. tolli. obligat.* ſed emptor eſt obligatus vicino in hoc iure cõgrui, ergo ſine illis modis non potuit liberari, Sed contrarium determinat *d. Sebaſt. in tit. de iure congrui*, in verbo, *poſſidet*, ſcilicet quod omninò iſto caſu ceſſat ius congrui, tam contra emptorem, pro eo quia non poſſidet, quia iſtud ius congrui dirigitur contra *poſſeſſ. vt dixi in fi. præcedentis*, §. quam contra donatarium pro eo, quia non poſſidet *tit. emptionis, ſed tit. donationis*, vbi non habet locum ius congrui. Nec obſtat quòd ſemel fuit quæſitum ius contra

em-

Digitized by Google

emptorem, quia illa acquisitio durauit quãtum durauit eius possessio, & ista conclusio est vera, si antequam res sit effecta litigiosa pro iure congrui fuiset facta donatio, secus si res postquam fit effecta litigiosa donauit, puta post litem cõtestatam, vt *l. 3. & in auct. ibi posita, C. de litig.* & est vnum capitulum regni, incipiens *conuentus*, & sic nota, hunc modum excludenti vicinum à iure congrui. Sed si probatur quod hoc fuisset factum in fraudem, tunc haberet locum *tit. quæ in frau. cred.* & præsumeretur tunc facta donatio in fraudem si præuentus à vicino postea donauit, vt *ff. de iud. l. si quis postea*, vel si fiat clam, vt *C. de rescind. vend. l. bi. qui* Item si post donationem alienator reperiatur possidere, vt *ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. l. sicut, §. superuacuum*, de quo per *Bart. in l. post contractum, ff. de dan.* vel aliter constaret de fraude, vt dicetur infra, in *§. sequen.*

9 Septimo nota ex eodem *text.* quod si donatur res per contractum donationis causa mortis vicinus non habet ius congrui aduersus illam rem, & idem dicendum est in legato, & differentias inter legatum, & donationem causa mortis vide in *§. 1. inst. de donat. per Cyn. & Bald. in l. fi. C. de donat. cau. mor.* & per scribentes in *l. sciendum, de leg.* Vbi etiam ponitur in quibus donat. caus. mortis æquiparetur cõtractui, in quibus æquiparatur ultimæ voluntati, ut ibi per eos, & pro decisione ista, quod in donatione non habet locum ius congrui adducitur *text. in l. 1. C. de fund. patrim. lib. 11.* quẽ textum allegat ibi *Bal.* Sed tu adde *tex. in l. fin. C. de præd. cur. lib. 10.* Et quod dicitur quod emphyteuta priuati non potest vendere sine consensu Domini, sed donare sic, ut *not. in l. fin. C. de iure emphyt.* de quo per *Jo. And. in c. 1. §. donare qualiter olim feud. alien. pot.* & per scribentes in *l. si Dominus, §. si fundus, leg. 1.* & per *Doct. in cap. potuit, extra de locat.* & in istis locis, vide alias remissiones: Sic enim dicimus, quod prohibita vẽditione non est prohibita donatio, ut in dicta *l. fi. C. de prædi. curi. & no. Cyn. & Bald. in l. voluntas, C. de fidei commiss. & Bald. eleganter in l. 2. C. de usucap. pro empto.*

Octauo nota ex *tex. ibi*, ex testamento,
10 quòd si alicui est relicta aliqua res in testamẽto hoc est per viam institutionis, vel substitutionis, vel fidei commissi, vel legati, quod vicinus non habet ius congrui per istum *text.* qui indefinitè loquitur, & sic indefinitè debet intelligi, ut *not. in l. sed, & si quis, §. quæsitum, ff. si quis cau. & ff. de acquir. hered. l. si quis mihi bona, §. iustum, facit cap. ut circa, de el. 6. lib. 6.* & quod procedit etiam si res legata non est in testamento, sed in codicillis. Nàm appellatione testamenti venit etiam codicillus, vt *not. glos. inst. de codicill. in princ.* Sed aduerte, quia testator tacitè, vel expressè non potest prohibere ius congrui, quia testator non potest facere, quod leges non habeant locum in suo testamento, *l. nemo potest, de leg. 1.* Sic etiam consuetudine, quæ pro lege seruatur, ut in *l. de quibus, de legibus.* Nàm beneficium concessum à consuetudine auferri non potest à priuatis, ut in *auct. de nupt. §. si vero, secundum Bald. hic*, sed an testamentum, & codicillus veniant appellatione instrumentorum. Certè sic, ut *not. glos. in l. si idem. C. de codicill. in prima glos.* Sed an testamentum, & codicillus veniant appellatione contractus, vide *glos. not. in cap. cum à nobis extra de testib. & glos. in constitutione Regni instrumentorum robur*, & tangit etiam *Luc. de Penn. in l. mediterraneæ, C. de an. & tribu. lib. 10.*

11 Nono nota ex *text. ibi*, permutatione, quòd quando permutationis res transfertur in alium, vicinus non potest petere ius congrui, per istum *text.* expressum, alias si non esset *text.* esset dubium. An res prohibita alienari possit permutari, & primò arguitur, quod sicut habet locum ius congrui in venditione, ita habere debet in permutatione nã ædilitiũ edictũ dicit emptorem accipere demus cum qui pretio emit, ut *ff. de ædil. edict. l. sciendum, § deindè*, & tamen habet locum in permutatione, ut in *d. l. sciendum, §. si quis permutauerit*, & ratio videtur, quia in permutatione habetur uterque loco, & venditores; ut ibi dicitur, ergò, &c. Secundo, quia appellationis venditionis, & alienationis etiam permutatio continetur, ut *l. statu liberis, §. quintus, ff. de statu. lib. & ff. ad leg. Fla. de plag. lege Flavia, & ff. de lib. caus. l. rectissimè, & l. in tantum, & l. vel permutavit, ff. quan. act. de pec. est anna. l. 1. in auct. de non alien. §. nos igitur, & §. alienationis, C. de rer. permu. l. 1. & l. permutationem, ff. de do. except. l. apud, §. si quis autem, & in §. idem tractat, & ff. quib. ex caus. in pos. ea. l. vlt. in prin. & C. de præd. minor. l. non solum, & ff. de iur. dot. l. Titia cum esset, in princ. & ista iura alleg.* ad hoc propositum *D. Iac. de Ardi. in summ. quib. mod. feud. amit. in §. item prohibetur permutare*, de quo non fecit mentionem *D. Sebast. in consuet. de iure*
12 *congrui, in vers. emit.* Tertiò pro hoc facit, Nam licet permutatio non sit emptio, vel venditio, *l. naturalis, §. 1. de præscr. verb.* tamen ad exemplum actionis

ex

Digitized by Google

ex empto, qui permutat 'evictare agit ad intereſſe, vel præſcriptis verbis, vt C. *de rer. permut. l.* 1. Quarto facit, quia originarii ruſtici, & cenſiti abſque terra vēdi non poſſunt, vt C. *de agr. & cenſib. l. quemadmodum, lib.* 10. Quærit *gloſ. ibi*, quid in permutatione, vel in emphyteuſim datione, & poſt multa tenet, quod illud idem quod ſtatuitur in venditione, idem dicendum eſt in permutatione. Sed in contrarium facit, *l.* 3. C. *de præd. curr. lib.* 10. ubi decuriones prohibentur, vendere res immobiles eorum, ſed permutare, & donare poſſunt, & eadem ratione dicimus *argum. d. l.* quòd licet regulariter ſit prohibita alienatio fundi dotalis, ut in *l.* 1. C. *de fund. dot.* tamen mulier poterit fundū dotale permutare. Item poteſt res dotalis in pecunia commutari, & pecunia in res ſi hoc ſit utile mulieri, *ff. de iur. dot. l. ita conſtante, cum l. ſeq.* ad quod extra *de his quæ fiu. à prælat. capit. cum apoſtolica* & de his quæ *fiu. à maio, par. cap. c. ex parte*, vbi dicitur vt meliora proſpiciat, nec videtur alienare mulier quando permutat in melius, ad hoc facit, de *leg.* 2. *l. in pares, §. fin. l. ſeq. ff. de adim. leg.* ℔ pater, & quod *not. in auct. ſed & permutare*, C. *de ſacroſanct. Eccleſ.* ergo aliud eſt permutare, aliud eſt vendere dixit *tex. in l.* 1. *ff. de rer. permu.* vbi colligitur differentia inter contractum emptionis, & permutationis, & ſic videtur quod non habet locum ius congrui in contractu permutationis. Secundo pro hoc facit, quod dicit *Bal. in l.* 1. C. *de rer. permut.* vbi dicit ſcias quod
13 nomine permutationis non continetur venditio, nec è contra, vt in *l.* 1. *ff. de contrab. empt. & in d. l.* 1. *de rer. permut.* & ita etiam per alia verba concludit *D. Sebaſt. in d. gloſ. in verb. emit.* Tertio facit, quia Eccleſiæ poſſunt inter ſe permutari, ſed non vendi, vt in *cap. ad quæſtiones, de rer. permut. &* 15. *qu. vlt. c. meminit* 1. *q.* 1. *c. qui ſtudet*, & ſic ſimiliter dicendum eſt ſi in venditione habet locum ius congrui, in permutatione non. Quarto facit quod refert *Io: Andr. in addit. Specul. in titul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum*, in additione quæ incipit eſt medium, referendo *Guid. Suza.* quod ſtatutum de ſoluendo ſolitum pro illa libra rerum venditarum, non habet locum in permutatione, *arg. l. nec quaſi, ff. de rei vend.* cum ſim. allega. per *Io: Andr. ibi*, & hoc verū niſi permutatio eſſet facta in fraudem iuris congrui, & aliquo modo conſtaret de fraude, ſecundum eum ibi, idem tenet *Bald. in d. l.* 2. C. *de rer. permu.* Vndè concludo, quod ſtatutum, vel conſuetudo loquens de emptione, & venditione contra regulas iuris communis non comprehendit permutationem, & ſic fraude ceſſante non habet locum ius congrui ſi alienatur res per contractum permutationis, vel per contractum innominatum. Dicitur autem permutatio vnius rei pro alia præſtatio ſecundum *Az. in ſumm. C. de rer. permu. in princ.* & dicitur fieri, vt certa ſpecies detur pro alia certa puta domus pro terra, & ſic de ſimilibus, *C. de rer. permu. l. quoniam aſſeris*, ſed ſi certa pro incerta, vel è converſo erit alius contractus innominatus, vt dicit *Azor. in loco præallegato.*

14 Sed iuxta hoc quæro, Quidam permutavit fundum cum quadam alia re, & convenit inter eos, vt vnus alteri reſunderet vltra ipſam rem vnciam vnam, demum comparet vicinus, & dicit quod ratione prædicti prætii refuſi iſte contractus venditionis, & non permutationis, quia ex re, & pretio emptio, & venditio contrahitur, & ſic petit rem permutatam iure Prothomiſeos, quæritur quid iuris. Reſpondet *Bald.* hic dicens, clarum eſt talem rem permutatam cum dicto refuſo eſſe permutationem in totum, allegat quod *not. Gloſ. in l. dedit. ff. de condit. ob cauſ.* & propterea non habebit locum iuris congrui ſed *Bart. in l. Ariſto. ff. de donat.* dicit videlicet quod ſi principaliter emitur res; licet aliqua ſpecies detur totum erit emptio, *vt l. tenetur, §.* 2. *ff. de actio. empti.* hinc eſt, quod dicit *Bald. in d. l.* 2. quod ſi non habeo pecuniam pro re emenda, & do tibi fundum qui valet centum, hic eſt, medius contractus inter emptorē, & permutationem, & habet locum actio ex empto allegat *Iac. Butr. ibi*, ſi ergo res detur æſtimata ſignum eſt venditionis, ſecundum *Bald. ibi.* Subdit *Bart. in d. l. Ariſto.* quod ſi principaliter permutatur, licet interueniat refuſio pretij in totum erit permutatio, allegat bonum *tex. in d. cap. ad queſtiones, de rer. permut.* & ibi *Io: Andr.* In dubio autem ſi non poteſt ſciri qui[illegible]ncipaliter agitur, ſuſpicitur plus ſit pretium refuſum quam res permutata, quia ſi pretium eſt, plus erit emptio, ſi pretium eſt minus erit permutatio, ſecundum *Bart.* ibi & hoc etiam tenet *Bald.* in loco extraneo, videlicet in præludiis feudalibus in ſecunda chat. & allegat, *ff. de contrab. empt. l. fundi partem, & de act. emp. l. ſi ſterilis,*
15 *§. ſi tibi*, & pro hoc fecit quia in dubio debemus attendere id, quod magis eſt, & potentius, vt *l. quæritur, ff. de ſtat. l. hom.* Sed ſi res eſt valoris pro medietate, & pretium refuſum pro alia medietate, tunc erit

con-

Digitized by Google

contractus venditionis, quia in obſcuris debemus accipere benigniorem patrem, vt in regula, in obſcuris de regul iuribus, & hoc etiam tenuit *Bald.* in loco prælegato. Sed *Lud. in d. l. Ariſto.* dicit hoc vltimum eſſe falſum, quia in dubio debemus dicere ipſum eſſe contractũ permutationis per *l.* 1. *ff. de exerc.* Sed in quantum *Lud.* dicit quod ſi quidem partes verbo permutationis vtuntur, erit permutatio. Si autem verbo emptionis etit emptio, in iudicando contractum inſpicimus principaliter verba contrahentium, *l. qui falſum, ff. de dona. & in d. l.* tenet ità, adde quòd contrarium tenuit *Bald. in d. l.* 2. *C. de rer. permut.* vbi dicit quod ſi Notararius permutationem vocauit venditionem, vel è contra, dicit ipſe quod ſtatur naturę rei, ſeù actus, & non verbis Notarii, quia non attenditur nomen contractus, ſed ſubſtantia, & ſecundum id iudicatur, vt *ff. de preſcript. verb. l. inſulam*, cum ſi facit, quod dicit *Bald in conſ.* 32. *incip.* Domina Ioanna, Piſana civis, vbi dicit quod non debemus reſpicere corticem verborum ſed medullam, *alleg.* 1. *quæſt.* 1. *Marchion.* vbi dicit nec putemus in verbis ſcripturarum eſſe euãgelium ſed in ſenſu.

16 Sed iuxta prædicta quæro, Pone quòd aliquis recepit mutuum bona fide, & obligavit omnia bona ſua, deindè non ſoluit in tempore conuenitur debitor hypothecaria ſuper quadam domo ipſius, & tandem domus illa datur inſolutum & pro ſoluto, pro illo debito authoritate iudiciaria, prout notat in *l.* 1. *C. de iure domi. impe.* an in iſta alienatione neceſſaria pro datione inſolutum habeat locum ius congrui, videtur quod ſic; quia ille creditor videtur quodammodo rem emere, vt *C. de euict. l. ſi. prędium*, ſicut qui recipit litis æſtimationem videtur vendere, *ff. de vſuc. pro empt. l. litis, & ff. quibus ex cauſ. in poſ. ead. l. fin.* In contrarium facit quia prohibitus alienare poteſt dare inſolutum creditori, vt dicebat *D. And. Barba. in rubr. de reb. Eccleſ. non alien.* in ſecunda limitatione, allegat ad hoc *alienationis, ff. famil. erciſc.* & quod ibi notat D. *Flor.* de Sancto Petro, & allegat etiam *Alber. de Roſa. in ſecunda parte ſtatutorum, in ſecunda queſt.* Sed vltra eum adde pro hoc fac re, quia licet regulariter aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſſit, vt habetur in *l.* 2. *ff. ſi cert. pet.* tamen per Iudicem poteſt dari inſolutum res pro re. Ita tenet *Bald. in d. l.* 1. *C. de rerum permut. verſic.* ſed nunquid per Iudicem. Item neceſſitate ductus videtur inſolutum dediſſe, *ff. de adimen. lega l. rem legatam.* Item quia titulus pro ſoluto eſt prorſus diuerſus, & alius quam ſit ius vel titulus pro emptore, vt *ff. pro ſolut. l.* 1. *& ff. pro emptore l.* 2. Vnde cõclude auctoritate Domini *Sebaſt. in loco prælleg. & Specul. propriè in queſt. noſtra, in tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum, verſ. ſed pone ſtatutum eſt*, quod propter vocabulorum diuerſitatem ſtatutarum, loquens de emptione non comprehendit in dationem inſolutum, *argum. l. ſi idem, C. de cudi. & extra de deci. cap. ad audiendum*, & ſic patet quod in datione inſolutum non habet locum ius congrui, & ità practicatur, niſi probaretur quod datio in ſolutum fuiſſet facta in fraudem, Nam fraus ſemper intelligitur excepta, vt in *cap.* 1, *in princip.* qualiter olim *feu. alien. pot.* Et de iſta fraude dicetur in *§. ſequen.* Et idem dicendum eſt, quod non habeat locum ius congrui ſi aliquis moratur in poſſeſſione, primo, vel ex ſecundo decreto, vel ex cauſa legati, vel ex alia cauſa, quia requiritur uerus titulus, ut habeat locum ius congrui, ſecundum D. *Sebaſt. in allegato loco.*

17 Sed quæro de quadam utili quæſtione, Quidam vendidit Domum cum pacto, vt non tranſeat Dominum in emptorem, niſi quouſque ſit ſolutum pretium, an interim vicinus poſſit domum petere iure congrui, videtur quòd ſic, quia licet *text. in l. cum manuſata. §. uemo, ff. de contr. empt.* dicat, quod per dictum pactum deſinit eſſe venditio, & tranſit in alium contractum, ſcilicet pignoratitiũ, vel commodatum, &c. ut dicit *Gloſ.* tamen hoc verum intellige quando iſtud ultimum pactum poteſt transfundere præcedentem contractum validum. Sed quando per hoc pactum annullatur primus contractus, nec fit transfuſio in alium, tunc annullatur pactum, & remanet primus contractus, & ità concludit *Paul. de Caſt. in conſil.* ſuis in conſilio quod non vidi, ſed audiui à Magnifico, & Clariſſimo Docto. D. Io: Bapt. de Bentiuogliis digniſſimo in præſentiarum Regnis Conſiliario, qui hanc cauſam habuit de facto, vbi dixit Paulum ibi dixiſſe, quod ſi fiat donatio cauſa mortis uxori bonorum præſentium, & futurorum cum iuramento, & pacto, quod non poſſit reuocari donatio, quod illud pactum facit illam donationem cauſa mortis conuerti in donationem inter vivos, & tamen in hoc caſu ſi hoc fieret, donatio remaneret nulla, quia tolleret liberam teſtamenti factionem, & ſic pactum eſt nullum, & remanet donatio cauſa mortis. Sic in caſu iſto, de quo quæritur non poteſt reſultare aliquis contractus validus rema-

Digitized by Google

nente dicto pacto, merito contractus erit perfectus, ut vicinus poſſit petere ius con-
18 grui. Facit ad hoc quod voluit *Ang. in quodam ſuo conſ.* 2. ad illud propoſitum de venditione facta pacto appoſito quod non tranſeat dominium, & quod notat idē *Ang. in l. iuriſgentium, §. ſed cum nuda, ff. de pact.* Vbi dicit, quod contrahentes non poſſunt facere quod vera ſtipulatio non ſit ſtipulatio, licet poſſint facere, quod habeat effectum nudi pacti, & ſic non poſſunt facere quod vera emptio non ſit emptio, licet poſſint aliquid diminuere de eius effectu, & ſic patet, quod iſto caſu habebit locum ius congrui. Sed contra prædicta facit dictum *Bald. in rubr. C. de contrah. empt.* vbi dicit expreſſè, quod ualet iſtud pactum quod dominium transferatur, quouſq; pretium non ſoluatur, imò plus ſecundum *Bald. ibi*, quòd etiam ſi ex venditione tranſlatum eſſet dominium poteſt vēditor ſibi præſeruare manus iniectionem ſi pretium non ſoluatur, vel pacta non ſeruentur, ut *ff. de ſeru. expor. l. Titius*, Sed aduerte, quia idem Regius Conſiliarius ſubtiliter reſpondebat, quod iſtud dictum *Bald.* non habet locum quando vendita eſſet res, & de pretio eſſet habita fides, & poſtea eſſet appoſitum pactum, quod dominium non tranſiret, niſi pretio ſoluto, & quod hoc ſit verum dicebat ipſe. Nam *Bald. in d. rubr.* arguit primo, quod tale pactum non valet, quia iſta traditio non habet intellectum quem ſapit iſte contractus, ut in *d. l. cum manuſata*, & poſtea concludit contrarium; dicēdo quod iſtud pactum eſt naturale, ut *inſt. de rer. diui. §. venditæ*, quia eſt de natura venditionis, ut non transfera-
19 tur dominium niſi pretio ſoluto, ergò valet, Si ergò dictum pactum non eſſet naturale, ſed contra naturā *Bald.* non diceret illud valere, ſed diceret non valere, undè, quando habita eſt fides de pretio tranſit dominium, ut in *d. §. venditæ*, merito iſtud pactum, quòd non tranſeat dominium, vbi habita eſt fides de pretio non eſt naturale, ſed cōtra naturam, & ſic potius illud dictū *Bal.* reuoluto mantello, facit pro, & contra.

Prætereà dicebat idem Conſiliarius, etiā ſi dominium non eſſet tranſlatum venditio, etiam remaneret perfecta, quod ad alios effectus, videlicet quo ad ius congrui, quod competit vicino, hoc apparet per dictum *Bald. in d. rubr. C. de contrah. empt.* vbi dicit pone, quod facta eſt venditio uni ſine ſolutione pretii, & ſine fide habita de pretio, & cum conſtitutione præcarii, quod caſu, non eſt dubium quòd dominium non eſt tranſlatum, poſtea fit venditio alteri cum vera, & naturali poſſeſſione quis erit potior dicit *Bald.* quod reſpectu rei venditæ erit potior ſecundus in agendo rei venditione, reſpectu publicianæ erit potior primus, ut *l. de pretio, ff. de public.* Ecce ergo, quod dominium non erat tranſlatum, & tamen venditio conſideratur reſpectu aliorum effectum, & ſic videtur tenet idem Docto. quòd vēdita domo, licet non ſit translatū dominium, dum tamen poſſideat emptor, vicinus habet ius cōgrui, alias eſſet aperta via fraudibus. Nam qui uellet fraudare vicinum iure congrui emeret cum dicto pacto, & ſecreto, poſtea ſolueret pretium, & ſic nunquā vicinus haberet ius congrui, quod non eſt confitendum, cum ſemper fraudibus ſit reſiſtendum, ne aliquibus fraudes proſint, ut *C. qui mil. nō poſ. l.* 2. & fraudes damnum alteri afferant, ut *ff. ad Trebell. l. Senatus*, cum multum fraudes conditori legum diſpliceant, ut *C. de republ. l. tertia.* Item quæro de alia quæſtione. Pone, quòd
20 aliquis emit domum cum pacto de retrouendendo intra certum tempus, vel quandocumque, quod intelligitur uſque ad 30. ann. ut conſuluit *Angel. in conſil.* 55. *incip.* Gulielmus, & Franciſcus, quia dictio quandocumque non excludit præſcriptionem, 30. anno. ut dicit *gl. in cap. primo, de feud. da. in vi. legis commiſ.* notat *Bald. in l. quod ſi nolit. §. ſi quis ita, ff. de ædil. edit. Bald. in auct. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & notat *Ludou. in l.* 1. *ff. de vſucap. & Bal. in cap. primo, §. fin. de capi. corra. & Moder. in l. nemo poteſt, de leg.* 1. An donec non uenerit tempus reuendendi poſſit vicinus petere ius congrui, & habere illam commoditatem, quam habet ille emptor, videtur quod non quia tempus quo cedit inſpicitur, ut in *l. non itelligitur, §. quando autem. ff. de iure Fiſci, & hanc l. ad præſentem propoſitum* allegat *Bart. in conſil. ſuo* 28. *incip.* Cæchus de Spoleto habens unum filium ſpurium, *in fin.* Item quia diſpoſitio teſtamenti non dicitur fieri in vita, ſed poſt mortem, ut notat *in l.* 1. *cum Gloſ. ſua, C. de teſtam. tutel.* Item, quia omnis diſpoſitio iudicatur ſecundum tempus in quo iudicatur effectus, ut *C. de donat. ante nupt. l.* quod ſponſæ, & in *l. in fuga, ff. ad leg. Flauī. de plagi*, & hæc iura allegat *Bart.* ad hoc propoſitum in *conſ.* 99. *incip.* Pater filio ſuo emancipato, circa medium, & ſic talis venditio iudicari debet ſecundum tempus in quo perficitur, & conſequenter donec non ſit tranſactum tempus, non habet locum ius congrui. In contrarium tamen determinatur quod aut iſte contractus eſt factus in fraudem uſurarum, & ſic erat ſimulatus, & de ſimulatione conſtat, & tunc

non

21 non habet locum ius congrui, quia contractus est pignoratitius, vt *l. emptione, C. plus val. quod agitur*, & facit *l. 2. ff. pro empt.* Aut de simulatione nihil constat, & tunc habet locum ius congrui in venditione facta cum pacto de retrouendendo, quia venditio pura est, licet sub cõditione quadã possit resolui, sicut in pacto adiectionis in diem, ut *ff. de indie. adiect. l.* 2, & in pacto legis commissoriæ, ut *ff. de leg. commisso. l.* 1. Item istud pactum non potuit præiudicare vicino, quia res inter alios acta &c. Item quia si venditor postea rem emerit ab illo emptore virtute pacti, tenebitur vicino iure congrui, licet prima venditio resoluatur per secundam, cum certum est primam fuisse perfectam, & propterea vicino competijsset ius congrui, quod non potuit sibi auferri expresse contrahendo: nam quis non posset emere sub pacto, quod vicinus non habeat ius congrui, multo, fortius non potest tacitè vicinum excludere, *argument. l. cum quid, ff. si certum petat.* Nam pactum de reuendendo non facit suspendere effectum contractus emptionis, & venditionis, nec facit contractum immò de se licitum est, vt *l. 2. C. de pact. int. vendit.* & ibi hoc *not. Doct. & notat Angel. in l. ad officium, in fine C. commun. diui. & Doct in cap. illo vos de pignor. & in capit. ad nostram, de emption. & vendit.* & ità reperio concludere in effectu *Dominum Sebast. in d. glo. in verbo, emit.* Facit quod notat *Bald. in cap. 1. in princ. de feud. dato in vicem l. commissor.*

22 vbi dicit quod, ex pacto de re vendendo non censetur contractus feneratitius, quia lex vel decretum hoc dicit, immo est pars pretij, quia minus valet res cum isto pacto, quam sine, vt dicit *Domin. Abb. in capitum in aliquibus, de elect. & Barb. in dict. capi. ad nostram.* Sed an si sit vendita sub conditione causali habet locum ius congrui, dicitur quod non, quia non transfertur Dominium, secundum *Bartol. in l. si is qui pro emptore 4. quæst principali, ff. de vsucop. facit l. cedere diem, ff. de verbor. significatio.* Item quia res non censetur alienata tempore celebrati contractus, sed tempore quo contractus sumit vires *argument. ff. de leg. 3 l. pater filium, §. fundum, ff. de seruit. rusticor. præd. l. fundum*, & ità etiam tenet *Domin. Sebastian. in dicta glos. in verbo, emit.* Idem si fiat sub modo, vt notat in *l. eas, ff. de conditione & demonstratio.* Quia parificantur modus & conditio, vt dicit *Glos. in rubr. C. de his quæ sub modo, & ff locat. l. insula, §. si.* quæ iure allegat *Andr. quæ sit prima causa benefic. amit. & in cap. 1. in §. item qui. de non iure colum. 5.*

23 Sed quæro, creditor habet domum debitoris obligatam pro debito. Iste debitor emit domum hanc à creditore qui nondũ habuit dominium, an habeat locum ius congrui, videtur quòd sic, quia debitor potest emere à creditore non adempto domino, vt dicit *Cyn. in l. prima, Cod. si seruus ex te.* Sed hoc non est verũ, quia potius est liberatio pignoris quàm emptio, vt dicit, & notat *Bald. ibi*, & consequenter non habet locum ius congrui, etiam si instrumentum dicat quod venditit, quia vbi opus est facto verba non sufficiunt, vt dicit *Bald. in prælud. feu.* Item quia considerare debemus effectum, & non verba, vt dixi supra *9. notab. in quæst. de refuso num. 14.* Sed iterum quæritur, pone quòd quidam vendidit domum iusto pretio, prout declarabit *Titius iuxta l. fin. C. de cõtrahend. emption*, & antequam declaret Titius est mortuus, quod sic, quia valet venditio pro decem & quanti plus valet, vt in *l. hæc venditio. §. fin. ff. de contrahen. emptio.* Sed ista lex parum facit, quia pretium erat certum ibi, ideò determinatur contrarium, scilicet quod iste contractus emptionis, sed est innominatus, ex quo oritur actio præscriptis verbis, & consequenter non habet locum ius congrui pro hoc allego *Bald. in l. contractus, C. de ad. instru.* vbi dicit quod ità dicit *Azo fons legum, & vas electionis in summa iusti. loca.* & alibi hoc dictum nõ reperitus secundum eum, quia pretium non est specificè declaratum ergò non est venditio, vt in *§. pretium infiit. de emptio. & vendit. & l. fin. C. de conter. emptio.* & resoluitur in contractum innominatum hoc modo, do tibi rem hanc, vt pretium eius iustum mihi des, & sic contra eum, cui res data est agitur ad illud actione præscriptis verbis; vt dicunt *Azo. & Bald.* & ita etiam repetio tenere *Ludou. in l. sciendum, in 3. charta, de verb. oblig.* Sed ipse multum miratur de *Bald.* cum non allegauit ad præsens propositum *Glos. singularem in l. si vt certo, §. nunc videndum, in ver. locato, ff. commoda, text. not. iu l. si tibi pollienda ff. de præscript. verb. & instit loca. §.* & quæ supra diximus, *versic.* qua de causa, vbi

24 decidetur quod si res sit locata ea mercede, quæ postmodum inter contrahentes iuxta fuerit declarata, iste contractus non erit locatio, sed erit contractus innominatus facio vt des, & ideò ad pretiũ declarandum agetur præscriptis verbis, & consequenter non habebit locum ius congrui. Sed quid si testator damnauit heredem vendere iusto pretio, & emptor obtulit iustum pretium, & hæres noluit recipere an sit perfecta venditio, & an si sit trãslatũ do-

Digitized by Google

dominium, vide per *Cyn. in l.1. C. de leg. in 8.quæſt. & Bart. in l. vxori, in §.agri, ff.de legat.3.& de legat.1.l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe.*

Decimo nota ex *text.ibi*, ex tranſactione, quod ſi litigantes de re ſtabili tranſigunt inter ſe,& per tranſactionem vni ex litigantibus res ipſa venit,vicinus non habet ius congrui,ex quo infertur,quod ſub nomine venditionis non comprehenditur tranſactio . Sicut in ſimili dicimus quod licet feudum non poſſit alienari ſine conſenſu Domini tamen de eo poteſt fieri tranſactio , vt in *cap. ſi vaſſallus de ſuo feud.* ¶ *ſi de feud.fue. controu. & in c. 1. de controuer.inter vaſſallum,& alium de beneficio,*& in *Spec. in titul.de arbi.§.teſtat. verſ. ſed nunquid vaſſallus.* Fallit in iſto regno per conſtitutionem Diuæ memoriæ. Sed an in compenſatione locum habeat ius congrui, dic quod aut præcedit aliquis contractus in quo habuit locum ius congrui,& in partem pretii vult debitum compenſare,& tunc habet locum ius congrui, vt in *l.intantum,ff.de liber. cauſ.*Aut nullus contractus præceſſit , tunc non habet ius congrui , quia compenſare eſt donare, vt in *l.Iulianus,ff.de condit.& demõſtr.& not.Doct.in l.ſi fundum,§.Titio fundum de leg.1.facit l. dediſſe, ff.de verb. ſignif.* Sed dubitatur quid in diuiſione,ſi per diuiſio-
25 nem vni venit in partem vna domus an habeat locum ius congrui , videtur quod ſic,quia diuiſio vicem emptionis continet, vt *C.comm.vtriuſq. iud. in l. diuiſionem, & ff.commu.diud.l.7.§.1.*Nam & qui prohibetur alienare prohibetur , etiam communi diuidendo agere,ut *ff. caſtr.pec.l.ex caſtrenſ.* Dicunt aliqui, quod eo prouocãte eſt alienatio , ſecus ſi ſocius prouocat , *arg.C.de fundo l.2.& ff.de iur.dot.l.cum in fundo , §. ſi fundus , C. de præd.mi.l.inter omnes.*Iſtuc non eſt uerum,quia regulariter nemo cogitur ſtare in communione , *l.fin.in fin.C.de litig.& ff.de cond.indeb.l. ſi non ſortem , §.ſi certum , & C.de Sacr. Sanct.Eccleſ.l. iubemus nulli, 1. reſponſ.* Item quando per diuiſionem aliquid obuenit alicui dicitur habere partem ſuam quam primo in communi poſſidebat,iuxta *not.in l.2.ff.comm.præd.* & ſic diuiſio non eſt alienatio , quod patet quia feuda non poſſũt alienari,ſed diuidi ſic.niſi ſit feudũ Marchiæ,vel Ducatus,ut in *l.Imperialem §. preterea Ducatus,de probis.feud.alien. per Fride.facit l.1. §. 1. ff.de reb. eorum, & ff.de patit.hered.l.ſed & ſi leg.§.penult.*

26 Sed rurſus quæro, Quid ſi alienaretur res aligui per laudum dicit: quod talis compellatur ad uendendum tali,an uicinus poſſit petere ius congrui, ſi uenditur per laudum,de iſta materia *Lud. conſuluit in conſil.ſuo* 400.*incip.*circa id quod quæritur,& concludit,quod non habet locum congrui, quia iſta lex intelligitur de alienatione uoluntaria non neceſſaria ut *not. in l. ſi pater, de legat. 3.& in l.peto,§.prædium , de legat. ſecundo, & in leg. filius, quidam,§.diui,de leg.1.& ff.de adminiſtr. tutel. l.quidam,§.vſq;¶l.alienatione,ff.fam. erciſc. l.diuus,ff. de pet. her.& not.Andr. in cap. ſi vaſſallus , de feu. fue. contr. & Ludou.* allegat rationes in dicto ſuo conſilio, ut ibi per eum: undecimo, & ultimo *not. ex text.ibi*, & parentes, quod non ſolum uicinus excluſus eſt à iure congrui in caſibus prædictis,ſed etiam omnes parentes, & conſanguinei,unde etiam ſtatutum excludens,uicinos à iure congrui, intelligitur etiam excludere parenres, quia ubi eſt eadem ratio idem ius ſtatui debet,*l. illud. cum concor. ff. ad leg. Aquil.* Sed an etiam intelligitur excluſus ille,qui eſt uicinus,& conſanguineus,uidetur quod non quia habet iura duplicata, & ſtatutum loquens de ſimplici non comprehendit mixtum, ut *l. vim paßam. §. preſcriptionem, iuxta l.mariti,§. hoc quinquennium, ff.de adult.* Sed hoc procedit in odioſis , Sed in
27 materia fauorabili , ſub ſimplicibus continentur , mixta *l.2.in princ. ff. de verb. oblig.* & ſic ſtatutum prohibens uicinos , uel conſanguineos,in certis caſibus a iure congrui eſt fauorabile, quia reducitur ad diſpoſitionem , *l. dudum , C. de contrab. emptio.* & conſequenter comprehendit uicinum conſanguineum ; Et de iſta materia an ſub ſimplicibus contineantur mixta plenè per ſcribentes in *d.l.2. & in l. ſi itâ ſcriptum.ff. de lib.& poſth. & in l. ſeruis vrbanis , in fin. ff. de legat. 3.* & pro iſta deciſione adduco quia quando actus conſiſtit ex duabus cauſis ſimul iunctis a poſtremo actu , in quo eſt perfectio formæ , ſumit exordium,ut *ff.qui pot.in pign.hab. l. qui potior. ff.ad¶Trebell.l. ſi quis priorẽ,* uerba ſunt *Bald.in l.ſi quia mulier, in fin. C.ad Vellei.* Sed certum eſt , quod conſanguineus ſecundum iſtam legem non habet ius congrui , niſi ſit coniunctus , ut dicit iſte *text.in §. 1. ibi.*parentes qui ſunt cõiuncti,ut patet etiam in *§. pen.* & ſic à uicinitate ſumit exordium ius congrui , & conſequenter excluditur iſto caſu uicinus non conſanguineus , & hic attentis iſte *§. habuit debitum ſuum.*

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Feudum amittitur ob iniuriam factam à Vasallo Domino.*
3 *Relictum intelligitur reuocatum per iniuriam factam testatori.*
4 *Donatio ex causa iniuriarum donatori factarum reuocatur quod limitatur in donatione facta propter benemerita, n. 4. & sic decisum.*
5 *Filia peccans in corpus priuatur dote, & legitima ob iniuriam fact am patri, & sic decisum.*
6 *Hæreditas aufertur hæredi indigno ex causa iniuriarum illatarum defuncto.*
7 *Causa an amittatur propter iniurias probatas in iudicio pro defensione iuris sui.*
8 *Iniuria quibus modis consideretur.*

AD primum Notab. ubi propter atrocem iniuriam factam venditori ius congrui amittitur, sic etiam per iniuriam factam Domino à Vassallo amittitur feudum, ut 1 §. 1. *tit. quibus modis feudum amittatur in vers. si Dominum assalierit Vrsillus ad Afflict. nostrum in decis. 370. in fin.* sic etiam relictum factum à testatore per iniuriam 2 testatori illatam intelligitur reuocatum *text. est in l. 3. §. fin ff. de adimendis legatis, Io: Dilectus in tract. de testam. in cautela 5.* qui etiam dat remedium legatario, vel fideicommissario ne delegato intelligatur priuatus per iniuriam testatori illatam, sic, & 3 donatio ex causa iniuriarum donatori factarum, ut ait hic *Afflict.* & confirmatur per *Fontanell. de pactis nupt. in glos. 28. claus. 4. num. 5.* vbi *num. sequenti*, hoc limitat non procedere in donatione facta ob 4 causam propter benemerita, & refert sic fuisse pluries decisum per *Senatum Cathaloniæ, Peregrin. de iure Fisci in lib. 5. tit. 8. n. 6.* si etiam filia peccando in corpus fuit 5 priuatur dote, ac legitima, propter iniuriam, quæ afficitur Patri, ac consanguineis ex causa stupri commissi, vel similis turpitudinis commissæ in domo Patris sui, ita *Tessau. filius in quæst. forens. 60. lib. 1.* vbi citat plures DD. sic *Salyc. in Rubr. C. ad l. Iuliam de adulteriis*, idem *Fontanell.* refert fuisse decisum in *Senatu Cataloniæ loco supera cit. à num. 23. cum seqq.* sic aufertur hæreditas hæredi indigno ex causa iniuriarum illatarum defuncto testatori in eius vita, secundum allata per *Peregr. in tit. de ingratis versus defunctos, ex uno in ordinem. 9. 10. cum sequentib.* 7 Sed an amittatur causa propter iniurias prolatas in iudicio pro defensione iuris sui, videas *Crat. disceptat. forens. cap. 81. n. 8.*

8 Quibus verò modis consideretur iniuria, uideas *Tessau. in dec. 229. n. 1.* & quæ sit enormis iniuria, quæ enormissima, & quæ atrox, atque atrocissima, videas *Afflictum in constitut. Regni prius quam in Rub. de transactione nu. 45. diuum Antonium* in sua copiosa, ac pulcherrima *Summa in tit. de sententia excommunication. in titul. de percutientib. clericum cap. 2. in §. 3. not. 5. vers. de enormi iniuria*, ubi iniuria multipliciter consideratur, & *Dominum Regentem Rouitum in pragm. 11. de abolitionib.*

Id verò, quod per *Afflict.* hic dicitur, inquit etiã *Benedellus in eod. tract. in §. et licet, fol. 64. at num. 17.*

SVMMARIVM

1 *Iniuria realis verbalis, & mista quando dicatur.*
2 *Conuicium illatum à consanguineo, alteri cõsanguineo, non præsumitur animo iniuriandi.*
3 *Offensa leuis, an sufficiat ad repellendum vicinum à iure congrui.*
4 *Iniuriæ ad inuicem compensatione tolluntur.*
5 *Iniuria à contumelia in quo differt.*
6 *Iniuriãs aliquem proditorem patriæ indè restitutum à principe, an teneatur de iniuria.*
7 *Iniuria, an dicatur dicendo tu es cecus.*
8 *Quæ sunt consideranda circa inditia iniuriam, vt puniri debeant iniuriantes.*

1 NOta differentias inter iniurias merè reales, verbales, & mistas, nam mistæ sunt quando cum facto iniurioso fuerit commistum quodam conuicium verborũ, iuxta *text. in l. 2. & l. 2. & l. mihi, ff. eodem*, ità inquit *Muscatell. de delictis in genere tit. de iniuriis, & famosis libellis num. 1. & 6.* sed si conuicium fuerit per consan- 2 guineum illatum alteri consanguineo, tunc ratione consanguinitatis non præsumitur animo iniuriandi factum, ideoque cum eo mitiùs agendum erit, ait *Iulius Clarus in q. 60. vers. fin.* uide *Menochio de arbitrariis Iud. in casu 263.* si verò leuis offensa sufficiat ad repellendum uicinum ab hoc iure 3 congrui, uide *Rendell. in hoc §. licet in vers. iniurias n. 3.* ubi inquit, quod non. 4 Et quid de iniuriantibus ad inuicem, si cõpensatione tollantur iniuriæ, & an pulsatio sit atrox iniuria, uide *Boe. decis. 168. num. 10.* & in quo differat iniuria à contumelia, 5 uideas *Afflictum* nostrum in *decis. 307. num. 7.* quid si iniuriando quis aliquem, eum uocauit proditorem patriæ, qui fuit 6 restitutus à Principe, si teneatur de iniuria

Digitized by Google

uide *Masullum ad Capyc. in decis.* 58. vbi refert, hoc accidisse in personam cuiusdam nobilis viri, qui licet fuerit proditor patriæ, tamen fuerit restitutus a Principe, & si dicere, sis cæcus an sit atrox iniuria; uideas *Grammat. in decis.* 14. *nu.* 10. quæ uerò sunt considerandæ circa indicia iuriarū, 8 & de pœnis in eis infligendis, & quid de iniuriantibus officialibus Regiis, uideas omninò *Foller. in sua praxi criminali in fragmentis tit. de iniuriis num.* 136. necesse est enim eos, ab omni iniuria defendere, ait *Imp. Iulianus in l. ius Senatorum, C. de dignitatibus lib.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Verbum impius quid denotet.*
2 *Expilans barbam non manibus, sed alio instrumento in personam vicini causa iniuriandi, an proculdubio agere non possunt.*

1 AD secundum Notab. ibi, Impias Manus, adde, quod hoc verbum *Impius*, declaratur per *Rendellum in tract. de iure prothomis. in glos. manus impias num.* 1. *vers. manus. & in l. fin. C. de reuocandis donation. & in cap. fin. extra de donat.* sed si 2 expilauit barbam, non manibus, sed alio, cum instrumento, intulerit in personam uicini causa iniuriandi eum, uideas *Gram. in decis.* 18. *num.* 1. *& Tessau. decis. Pedem.* 224. & nouissimos Campanos in *cap. regni in verbo iniurias, & Afflictum in constitut. regni si quis aliquem.*

SVMMARIVM.

1 *Vicinus si defendens percussit, an puniatur.*

1 AD *vers. sed quid si vicinus se defendendo percussit*, adde *Masc. in concl.* 1133. vbi ait, offensionem ob defensam factā, non præsumi animo offendendi *fuisse factum, ut num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Percussio cum pede, vel alio an offendat, & quid cum baculo, & si in loco periculoso.*
2 *Percutiens baculo punitur pœna exilii.*
3 *Percutiens clericum punitur pœna triremium.*

AD *vers. Sed quid si percussit*, cum pede, uel alio modo, uideas eundem *Afflict. in commentariis constitut. Regni termin. vitæ num.* 21. *de homicidiis*, quid uerò si cum baculo percussit, uide eundem *Masc. in concl.* 92. & punitur pœna exilii per triennium, ut patet apud *Grammat.* 2 *decis.* 27. & percutiens in loco periculoso uideas *Masch. in conclus.* 394. ad hoc adde *Viu. decis.* 11. *Carau. super ritib. M.C.V. rit.* 68. *& Tessau. in decis.* 224. ubi percutiens personam Ecclesiasticam punitur pœna 3 triremium per quinquennium, & baculum verberans non animo occidēdi, si verberatus decesserit, non punitur pœna ordinaria, ut patet apud *Episcop. Ricc. in collect.* 4117. *par.* 9. ubi allegationes *Bilottæ* reportat.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria illata à coniuncto grauior est quā illata ab extraneo.*
2 *Iniuria facta vni consorti, intelligitur facta alteri.*

1 AD *vers. si ignorabat esse coniunctum*, adde quod iniuria illata à coniuncto est grauior, quàm ab extraneo, vt ait *Iacobut. de Franch. in prælud. feu. quib. mod. feud. cap. quia supradictum, §. vassallus, nu.* 8. *Anton. Caput. in §. licèt, in glos. vel manus impias, nu.* 1. vbi quid in casu licito, & si per alium fit iniuria, & quid ignorante esse coniunctum, idem in *cit. loc. num.* 4. *& num.* 6. *fol.* 193. *ad tract. Rendel. in §. licet*, & si iniuria facta vni consorti, intelligatur facta alteri, vide *Mascard. de probat. in cōcl.* 408. 2 *nu.* 10. *dec. Pedem. Cacher.* 104. *num.* 3. *Surd. dec.* 89. *num* 13. *Gram. dec. S.C.* 25. *num.* 2. *Rit. collect.* 4087. *posthuma.*

SVMMARIVM.

1 *Percussio an sit iuidere pannos?*

1 AD *vers. sed si percussit*, vel offendit venditorem incidendo sibi pannos, adde eundem *Afflict. in const. Regn. si quis aliquem, de percussione illicita cum armis, in rubr.* 12. *num.* 2. *Benedel. hic in §. licet, fol.* 192. *& com. de delict. tit de iniur. tom.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Familiæ appellatione qui veniant.*
2 *Familiares Episcoporum qui dicuntur.*
3 *Iniuria facta vni de familia, an censeatur facta toti familiæ.*
4 *Familiæ appellatione, veniunt futuri, agnati, & cognati.*
5 *Eius appellatione an veniant etiam nurus, ac generi.*

Fa-

Digitized by Google

6 *Familiæ appellatione venit Princeps, qui militem ſe appellat, & inter Senatores ſe connumerat.*

7 *Familiæ appellatione, veniunt filij, ſerui, domeſtici, & omnes, qui ſunt ſub victu, vel domo*

8 *Familiares, & commenſales Papæ qui dicuntur*

9 *Familia qualiter intelligatur.*

10 *Domeſtici, & familiares qui dicuntur?*

11 *Immunitas gabbellæ conceſſa patri, an pro tota familia dicatur conceſſa.*

12 *Piſtor promittens coquere panem alicui habenti familiam, an ſit omnibus adſtrictus.*

13 *Baſtardi an ſint de familia, & ſi retineant nobilitatem patri, & de aliis.*

1 AD Tertium Notabile huius §. adde, quod appellatione familiæ, veniunt omnes ij, qui ſunt ſub vno ſeruitio, etiam ſi ſint liberi homines, hoc idem confirmauit *Baldus. Benedel. hìc in eodem §. in tex.* ibi (*Vel eius familia*) *& gloſ. Anton. de Caputo gloſat. antiqu. huius conſtitution. Frederici impreſſ. in tract. Rendel. in verb. vel eius familia fol. mihi* 193. & qui dicuntur de familia, videas apud *Alex.* latè in *l. ex pacto, §. ſi quis rogatus, nu. fin. cum pluribus ſequentib. ff ad Trebel. & Bal. in l. pronunciatio, §. familiæ*, vbi *Alexan. ff. de verbor. ſignificat. et Bartolum in l. penultima, §. fratres, ff. de legat. 3. Ancharanum in conſil.* 398. *& Bellamer, conſ.* 10. *Card. Tuſch. in concluſ.* 72. *num.* 1. & apud doctiſs. *Dom. Reg. Valenzuelam* omni ævo memorandum in *conſ.* 57. *Seraph. deciſion.* 1251. *citatos a Nouar. in eius Summa Ballarum, in tit. de beneficiorum priuat. num. quinto*, ubi quærit de familiaribus Epiſcoporum, an poſſit impetrare ab eis beneficia uacantia per priuationem, ſtante Bulla Pii Quarti, & qui dicuntur familiares in hac materia priuationis beneficiorum, uide *Gomeſ. in regula Cancellar.* 14. *in tit. de imperat. benefic. vacant. per obitum famil.*

3 immò quod iniuria facta uni de familia, omnibus de familia cenſetur facta. *Maſcard. de probation. in præcitata concluſion.* 108. *num.* 11. adde *Ioannem Baptiſtam de Thoro in ſuis uotis deciſuis. uoto* 48. *nu.* 30. *parte prima, & in voto* 19. *nu.* 18. & quid ſi iniuria eſt facta Officiali, item, in *voto* 48. *part. prima, & in voto* 77. & 87. *par. Secunda.* & ſi eo exiſtente in ſyndicatu, idem in dicto *voto* 77. & quid ſi officialis eſt ſupremus, ſed nondum admiſſus ad exercitum officii, adde *deciſ. Sanfelic.* 63. *num.* 18. & 19. *part. prima, & Follerium in pract. crimin. p.* 7. *de laud. & fruct. offic. n.* 6. *in fragment. p.* 5. *num.* 13. *tit. de iniuriis.* & ſi ap-

4 pellatione familiæ, ueniant tàm præſentes, quàm futuri, ita ut ſi præſentes aſſentiun alienationi alicuius rei prohibitæ alienari, an ualeat, & teneat talis alienatio in præiudicium poſterorum, uideas *Fontanel. de pact. nuptialib. clauſul.* 4. *num. fin.* 25. ubi refert tres deciſiones, primã *Senatus Burdegal.* 12. & reliquas *Rotæ Lucenſ. Magonii*

5 91. & 92. & ſi appellatione familiæ, ueniant agnati, & cognati, & an ſub ea contineantur nurus, & gener, uideas *Addentes ad Conſtitut. Regni, Si damna, in col. ſecunda, lib.* 16. *fol. mihi* 51. *et Gratian. diſcept. forenſ.* 215. *num.* 15. *et* 17. *et cap.* 218. *num.* 2. *et cap.* 645. & appellatione familiæ Princeps continetur, *l. familia. ff. de verb. ſignif.* ubi ipſemet Princeps militem ſe appellat,

6 *ff. de re militar. l. in medio*, & inter Senatores ſe connumerat, *l. Ius Senatorum. C. de dignitat. lib.* 12. & etiam patrem familias, *gloſa ſuper Conſtitut. Regni ſupra ci t. ſi damna*, & quod appellatione familiæ ue-

7 niunt filii, ſerui, domeſtici, cognati, & ones, qui ſunt ſub uno uictu, uel domo, ut inquit *Carauita ſuper ritu M. C. V. ritu* 46. *nu.* 30. ubi allegat *Afflict. in Conſtit. huius Regni, Iuris gentium, in notab.* 8. *n.* 19. ubi

8 multa faciẽtia ad rem, qui dicatur familiares, & commenſales Papæ, uideas *Canoni. Nouar. in ſumm. bullar. in tit. de fam.*

9 Si uerò familia intelligatur reſpectu omnium, qui in una domo morantur, & quid ſi diuiſim habitent, & nomen familiæ ſi ſtrictè, uel largè ſumendum ſit, ſecundum *Iſerniam in Conſtitut. Regni, iuris gentiũ lin.* 170. *column. prima, fol. mihi* 27. *in uerſ. et ſumitur familia*, & qui ſint familiares, uel qui dicuntur de familia alicuius, *Fontanel. in clauſul.* 4. *gloſ.* 10. *par.* 2. *de pact. nupt. num.* 68. *Carauita in ſupracit. ritu*

10 *num.* 29. qui dicuntur domeſtici, ac familiares, uideas apud *Speculat. in tit. de Iudi-*

11 *ce delegato, §. ſupereſt, verſ. Item ſi eſt nimis*, circa autem immunitatem ſolutionis gabellarum in perſonam alicuius patris familiæ, ſi intelligatur, etiam de tota familia, videas *Pereg. de iure fiſci, tit. de con-*

12 *ductor. gabellarum, n.* 21. & ſi quis piſtor promiſit coquere panem alicui, qui habet familiam, an ſit adſtrictus omnibus de familia panem coquere, videas *Boer. in deciſ.* 213. *n.* 13.

13 An etiam baſtardi dicantur de familia patris, adnotauimus ſupra ad §. *primum, notab.* 10. *in uerſ. Item quero, num.* 23. & ſi retineant nobilitatem ipſius, & quid in legitimatis, & ad hoc ut teneat eorum legitimatio, quæ requirantur, adde *Conſil. Paſcal. de uiril. patr. poteſt. cap.* 2. *in ſecundo,*

et

et c.2.*in p.*4.& an primogenitura probetur ex inſignis, & armis, & nomine, uide doctiſsimum *Fontan. deciſ. Catholon.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria remiſſa vicino, amplius conqueri non poteſt.*
2 *Remittens iniuriam, an cenſeatur remittere damna, & intereſſe.*
3 *Iniuria ſcienti, & conſentienti an fiat.*
4 *Iniuria an remittatur per ſubitaneam cõpenſationem.*
5 *Accuſare an poſſint cæteri offenſi, ſtante remiſſione iniuriati.*

1 AD Quartum nota b. ubi iniuria remiſſa vicino, ſiuè tacitè, ſiuè expreſſè, vicinus amplius de ea conquæri non poteſt, adde *gloſ.in cap. de iis. cit. per Afflict. hic*,& per diſſimulationem iniuria cenſetur remiſſa,*§.fin.Inſt.de iniur.*ſic etiam per taciturnitatem,*add. ad dec. Pedemont. Cacher.*
2 *77.num.* 36.*Caſtrenſ.in conſ.*148.*col.* 2. & iniuria remiſſa,an cenſeantur donata intereſſe, damna, & expenſæ paſſæ in Iudiciali foro,*Boer.dicif.*52. *Menoc.lib.*3.*de præſũpt.*114.*fol.* 215. *& ſumma Sylueſtrina in verb.charitas,par.* 1. *quæſt.*6. *circa finem,*
3 *Rex.P.Rodriquez in par prima cap.* 17.*in ſua ſumma*, & ſi ſciẽti; & conſentienti fiat iniuria,& quibus ex coniecturis colligatur conſenſus præfatus, vide *Aluarot. Velaſqu.*
4 *in cõſult.*3.*n.*16.& quãdo iniuria per cõpẽſationẽ intelligatur remiſſa vide *de Thoro* vbi *Remitti iniuriam per ſubitaneam reconciliationem*, ait in *voto* 5. *num.* 3. vide etiam *Rendell.in gloſ.in verbo, manus impias n.*7.*eod.tract.*& ſtante remiſſione iniuriam paſſi, an conſanguinei eiuſdem, qui paſſus eſt in ſua perſona iniuriam,accuſare poſſunt illum offendentem criminaliter, non obſtante remiſſione offenſi,hanc quæſtionem facit *Marant. in ſpecul. par.* 6. *de inquiſit. fol.* 278. *in vlt.impreſ. n.* 38. vbi affirmatiuè,ſed limitatur hoc quando ciuiliter agit,ut *num.*60.*Ric. in collect.* 4037. *par.*9.*verſ.amplia,& Surd. in dec.*79. *n.*4.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria remiſſa foro pœnitentiali,an cenſeatur remiſſa in foro iudiciali.*
2 *Et quando cenſeatur facta in foro iudiciali?*
3 *Quando, & qualiter remittens iniuriam facere debet. Et quid venia petita ab inimico?*

1 AD *verſic. ſed quid ſi iniuria fuit remiſſa in foro pœnitentiali*, an poſſint inquietari iniurias in Iudiciali, vide *Nauarrum in manual.confeſſar.cap.*18.*in tit. de quarto Decalog.præcepto, in verſic.dixi, num.*25.*Sylueſt.in ſumma,in verbo, iniuria*, *num.* 7. allatum à *Regente Roxito in Pragmat.Regni,ſuper Pragmat.*8.*de compoſit.num.* 13.*D.Thom.in* 2. 2.*quæſt.* 198. *artic.*4.*Reginald. lib.* 17.*cap.*12.*num.*116. *Dian.p.*5.*tomo* 4.*reſolution.*103.*Rodriq. in ſumma caſuum conſcientiæ,cap.* 18. *Marẽtam in ſpecul.par.* 6.*num.* 89.*in verbo, Inquiſito*, & alios, vt apud *Martam de ſucceſſ. legal.p.* 3. *q.* 14.*ar.*3.11.*cum ſeq.*
2 Secundò, quid ſi remiſſio fuit facta plenè,an in dicto foro pœnitẽtiali operabitur etiam quod ad forum Iudiciale, *Rendella* in loco eodem *§. in verbo ſiuè venditoris*, *num.* 6.*in verſ.& cauebis: Hyppol.de Marſil. ſingul.*246.*Viuius deciſ.*330. *Franciſc. Marcus dec.* 736. *Grat. dec.* 58. *Cappella*
3 *Tholoſan. dec.*245.Quommodò,& quando tenetur illas quis remittere, *Diuus Antonin. in ſumma ſua cap.* 8.*§.*3.*tit.* 5. *in* 4.*p.*
4 Et ſi inimicus petit veniam, vide *Bart.* in citato loco ab *Aſſi.* & eundem *Sylueſt. in verbo, charitas, quæſt.*6.*&* *Rodriq.* Supra citatum, *Cordub.in dec.caſuum conſc. q.*78.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum extinguitur per annũ, nec ad hæredes tranſit.*
2 *Actio iniuriarum tollitur ſeptem modis.*
4 *Actio iniuriarum criminaliter intentata, an poſſit exerceri pendente lite ciuili.*
4 *Actio iniuriarum intentata quoad intereſſe, an tranſeat ad hæredes poſt litem conteſtatam.*
5 *Actio iniuriarum competens quæ nam requirat.*

1 AD *verſ.ſed quæro, num.*6. adde *Benedellum ſuper eodem hoc §. in eodem tract.in textu*,ibi,*vel eius familiæ,in verſ.*
2 *iniuriarum actio,num.* 20. vbi actio iniuriarum extinguitur per annũ, & ad hæredes minimè tranſit,*text.*eſt in *l.ſi non conuitii, ff. de iniur.* quod ſimiliter confirmatur per *Rendell.* hoc in eod.*§.licet in verſ. ſi venditoris voluntate*, *num.* 5. vbi etiam ait,ſeptem modis actionem iniuriarum tolli, quorum vnus eſt per mortem iniuriati ante litem conteſtatam,ut in *l.ſi eam,§.qui iniuriarum ff.ſi quis cautio*,& ſi actio hæc iniuriarum intentata criminaliter ad vin-
3 dictam poſſit exerceri,pendente ciuili, an autem ea finita, videas etiam *Fontanell.de pact. nuptialibus. in clauſula* 4. *gloſa* 15. *num.*94.*parte* 2.vbi allegat *deciſiones Rotæ*

Ro-

Digitized by Google

Roman. & si intentatur quoad interesse tã-
4 tum, impeditur quoad vindictam, eundem *Fontanellam vbi sup. num.* 92. & si actio hæc transeat ad hæredes post litis contestationem, *Surd.* inquit, quod sic in *decis.* 89. *num.* 25 sic etiam *Rendella vbi sup.* & ad
5 hoc, vt hæc actio iniuriarum competat, quę requirantur, remissiuè apud *Muscardum de probat. in concl.* 303. *num.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes defuncti an excludantur à iure congrui, ob iniuriam factam per defunctum?*
2 *Hæres non repræsentat personam defuncti in iure nondum creato.*

AD *versic. sed quid si moriatur iniuriãs*, an hæredes eius possint etiam excludi à iure congrui, sicut excludebatur defunctus, videas pulchram *Benedel.* distinctionẽ hoc in eodem §. *licet*, *nu.* 116. *folio mihi* 65. scilicet, quod quando conductus vult alienare post mortem iniuriantis, tunc hæredes iniuriantis habent protumisim; hæres enim
2 non representat personam defuncti in iure nondum creato, nec actiuè, nec passiuè, eo magis quod per mortem tollitur iniuria, vide *Aretinum in cons.* 120.

SVMMARIVM.

1 *Res data in dotem æstimata an faciat venditionem*
2 *Ius congrui an locum habeat dato re in dotem æstimata.*
3 *Æstimatio rei ad quem finem fiat*
4 *Ius congrui quando locum non habeat in re data in dotem nuptiali.*
5 *Causa dotis semper durat.*
6 *Decisio Magnæ Curiæ, ac Sacri Consilij referuntur in contingenti casu non dari ius congrui in vendam dotis.*
7 *Ius congrui non datur contra possessorem rei dotalis, vel donatæ propter nuptias vim facta à viro, quam à socero.*
8 *Dos est debitum necessarium.*
9 *Fraus cessat in alienationibus rei dotalis causa dotis, & donationis propter nuptias.*
10 *Res empta ex pecunia dotali, est dotalis.*
11 *Res empta cum voluntate mulieris vtile ipsi erit.*
12 *Res empta absque voluntate mulieris ex pecunia dotali, non est dotalis.*
13 *Mulier in subsidium agere potest super re empta ex pecunia dotali sine eius consensu.*
14 *Textus in l. 6. ex ea C. de cuict. non procedit in dote.*
15 *Ius congrui cessat per Constitutionem Regni, an autem per Consuet. Neap.*
16 *Consuetudines sunt stricti iuris*
17 *Ius congrui an detur in re donata a patre filiæ, licet ipse remaneat in possessione illius.*
18 *Ius congrui, an detur in re data à marito in augmentum dotis.*
19 *Ius congrui sicuti in re data in dotem per matrimonio carnali, an autem pro spirituali procedat.*
20 *Alienatio facta rei dotalis in fraudẽ cõgrui an valeat.*
21 *Fraus ex variis coniecturis procedit.*
22 *Donatio inter personas coniunctas fraudulenta subsistinetur.*
23 *Donatio facta in causam dotis, vbi simulatio non præsumitur, an erit valida.*

AD quintum notabile, videas omnino *Rendellam in §. causa dotis per totum fol. mihi.* 196. vbi distinguit omnes casus, dicens, etiam si detur æstimata res marito simplicem venditionem non esse, sed fieri
1 causa dotis, & consequenter non esse, secundum dispositionem nostræ *Constitutionis*, in qua requiritur õninò venditio simpliciter, non verò causa dotis, vt *num.* 14. quæ cũ non considerantur per *Benedel. in*
2 *hoc eodem loco, limitatio prima, num.* 8. *fol. mihi* 67. simpliciter asserit contrarium, limitando regulam textus nostri, dicentem ius congrui tali in casu locum habere, etiã si detur res æstimata, vt apud eundem tenetur esse venditionem, non considerando adhuc durare causam, etiam data re æstimata, vt inquit idem *Rendella vt supra, num.*
3 10. sua æstimatio enim videtur facta, vel vt tradatur pro qua quantitate bona vir consignetur, vel vt probari possit valor rei, vel quod alios effectus, vt inquit *Gratian. in discept. forens. cap.* 743. *num.* 94. 95. & 96. de aliis casibus, quando detur dos marito, vt minimè in ea locum habeat ius con-
4 grui, videas apud *DD. in l. qui res, ff. de fund. dot. & in l. si constante, ff. de iure dotium*, *Mastil. ad Afflictum in decis.* 338. & apud *Nicolaum Boer. decis.* 337. & *Bald. Mandum. in tract. de dote, in parte 8. privileg.* 19. quem citat hic etiam *Rendell.* dicens, in his locum non esse iure prohibitos, quia semper durat causa dotis, & videas apud eundem *Gratian. discept. forens. cap. supra cit.* 743. & novissimè apud *Illustr. Dom. Regentem Capyc. Latrũ. in decis.* 5. *cap.* 46. & *Dom. Consil. Azuar Hispanum*, olim in Senatu Sardiniæ Senatorem meritissimum, in *decis. singulari Sardiniæ Senatus* 72.

Verùm pro indaganda magis veritate, & si in re dotali detur ius congrui, vel ne,

nolo omittere id, quod in facti contingentia fuit annis præteritis in ſacro Conſilio deciſum in cauſa ſecundæ inſtantiæ vertente inter Auguſtinum de Iuliis appellatem, & Paulum Burgetta appellatum ex altera, ſuper petito iure congrui cuiuſdem domus per dictum Auguſtinum contra dictum Paulum poſſeſſorem dictæ domus ex cauſa dotium ſuæ vxoris Aureliæ Caſanouæ. Cuius rei factum ità ſe habebat.

Nam in anno 1613. per Sebaſtianum de Creſcentio tutorem dictæ Aureliæ, ac qu. Catharinæ ſororum vtrinque filiæ quond. Anelli Caſanouæ fuere pröisſi ducati 523. pro dotibus dictæ Aureliæ, dicto Paulo Burgetta eius viro, pro oneribus matrimonii contracti inter dictos coniuges, quæ dotes conſiſtebant in tot annuis introibus ſuper quibuſdam corporibus, inter quæ erant aunui ducati 20. conſequenti a Ioanne, ac Franciſco Cauo debitoribus dicti quod Anelli patri pro capitali prætio duc. 250. ſuper quandam domum dictorum de Cauo in ſpecie dicto Anello obligatam.

Et reſciſſo dicto contractu, fuit dictis actricibus ſororibus præſtita aſſiſtentia in Magna Curia Vicariæ in mēſe Iuliis 1631. ſuper dictam domum in ſpecie dictorum de Cauo ob tertias non ſolutas, vt eodem in proceſſu, nec nō etiā pro prædicto capitali fuit executa quoad caput adiudicationis, & facta adiudicatione dictis actricibus pro dicto eorū credito, fuit per eandē M. C. Vicarie conſignata poſſeſſio, mediante perſona ſupradicti Pauli Burgetta mariti dictæ Aureliæ, totius dictæ domus, vt in fol. 22. in proceſſu: nam alia medietas, quæ ſpectabat ad ſorores de Zappale filias qu. Catharinæ Caſanouæ, fuit per eas ceſſa ad dictum Paulum, vt ex inſtrumento, ceſſionis, fol. 24. & ideò dictus Paulus poſſidebat illam iure legitimo, tàm pro dotibus eius vxoris, quàm etiam per dictam ceſſionem ſibi factam, & dùm prætendebat dictus Auguſtinus de Iuliis impedire dictum Paulum, vt minimè ædificare poſſet in dicta domo, nam lumine priuabatur ſua domus, à tali prętenſione fuit excluſus tàm per Magnam Curiam, quàm per Sacrum Conſilium, vbi fuit confirmatum decretum Magnę Curię, facto prius acceſſu ſuper loci faciem, qui de Iuliis dum videbatur ſe excluſus, direxit ſe per viam iuris congrui iſtando condemnari dictum Paulum Burgetta ad relaxandum domum prædictam iure congrui, & ex relatione facta in Sacro Conſilio, per Magnā Curiam fuit per idem Sacrum Conſilium cauſa remiſſa eidem Magnæ Curiæ Vicariæ, vt prouideret ante omnia ſuper petito congruo, vt fol. 16. & hoc ad relationem olim Iudicis Magnæ Curiæ meritiſſimi Domini Camilli della Ratha viri integerrimi, pariterq; doctiſſimi, vbi dato proceſſu per ambas partes pro compilato, per eamdem Magnam Curiam ſub die 23. Iulij anni 1643. facto verbo in Banca, fuit iudicatum, non eſſe locum iuri congrui petito per Auguſtinum de Iuliis, vt fol. 36. à quo decreto d. de Iuliis appellauit ad Sac. Conſilium, & tranſmiſſis actis in eodem Sacro Cōſilio, & cauſa commiſſa Regio Conſiliario Petro Antonio Carauita, dato etiam per binas partes proceſſu pro compilato ad relationem eiuſdem magnifici Conſiliarij in eius Aula ſub die 15. menſis Octobris anni 1633. fuit dictum, benè iudicatum Per Magnam Curiam Vicariæ in cauſa appellationis], ſub die, vt ſupra ad beneficium dicti Pauli Burgetta, & proindè reſcribatur eidem Magnæ Curiæ Vicariæ, quod ſuum exequatur decretum, videlicet, vt ſupra, non eſſe locum iuri congrui, & fuit cōfirmatum decretum eiuſdem Magnę Curiæ, Act. Sancti Cōſ. fuit de Cantone, qui reſtituit acta eidem Actuario Magnæ Curiæ de Aucta, penes quem hodie conſeruantur.

Cui deciſioni non tàm opitulabatur *textus*, qui expreſſè decidit, hoc ut vicinus
7 minimè poſſit obtinere ius congrui aduerſus poſſeſſorem rei alienatæ, ex contractu dotali, vel donationis propter nuptias tàm de illa, quæ fit à marito vxori, quàm de facta à ſocero nurui, vt pet *Scribentes in l. ſi cauſa vero dotis, & per Bartell. ibid. num.* 9. verum dicebatur etiam pro parte Pauli hanc fuiſſe dationem in ſolutum neceſſariam, in qua ius congrui locum non habet, vt patet ex adnotatis ſupra per nos, & etiam infra adnotabimus, dum noſtra *Conſtitutio* minimè loquitur de datione in ſolutum neceſſaria, ſed de voluntaria venditione, & quod dotis fit debitum neceſſariū
8 *textus* eſt in *l. vlt. C. de dotis promiſſ. l. qui liberos ff. de ritu nupt.* prout etiam aduertunt *Raphael. Iacob. Putaus, & Plebus in l. poſt. contractum. ff. quæ in fraudem creditorum dicuntur*, ceſſare fraudis ſuſpitionem in ſimilibus alienationibus, hoc idem
9 ampliatur in donatione propter nuptias, inquit *Bartell. loc. ſupra citato. num.* 1. cum in vtroq; verſetur fauor publicus, hic etiā quia domus, de qua hic agebatur, erat em-
10 pta ex pecunia dotali ipſius Aureliæ Caſanouæ & *textus* eſt clarus, quod res, quæ ex pecunia dotali cōparatæ ſunt, dotales ſunt,
11 *l. res, quæ ff. de iure dotium, vbi Glo.* inquit: *Si res ſunt comparatæ ex voluntate mulieris, cum mulieris vtile ſit, vt in lite*
12 *conſtante ff. eodem, & l. ſi ex lapidicinis, & l.*

Digitized by Google

& *l. ſi mulier, infra tit.* 1 & *l. uxor marito, ff. de donat. inter virum, & uxor.* alioquin ſi ſine voluntate mulieris res ſit empta ex
13 pecunia dotali, non ſit dotalis, ut *gloſa in d. l. res, quę*, & ſic intelligitur *lex ex pecunia dotali, C. de iure dotium, & l. qui vas, §. fin. ff. de furtis, vbi gloſa in d. l. ex pecunia, in verbo acquirere*, inquit *Etiam ſi maritus emiſſet eius nomine*, niſi hoc expreſſe fuerit actum, licet in ſubſidium cõſulitur mulieri, ut ſuper dictam rem poſſit agere, *dicta l. uxor marita*, in quibus iuribus ſupra citatis, ſcilicet dicta *Lex pecunia, & l. ſi ex ea pecunia, C. de euiction.* pars nitebatur ſe fundare, diuerſimodè loquuntur, & ſunt intelligendæ, prout iacent, ut ſupra dictum eſt, nã licet *textus in d. l. ſi ex ea*, ue-
14 lit, ut res empta ex pecunia mea, non ſit mea, hoc tamen fallit in dote, ut in *l. ſi ut proponis, C. eodem, & in l. 2. ff. quando ex facto tutoris.*

Sed ſi pecto iure *conſtitutionis*, benè fuit deciſum, non eſſe locum iuri congrui in re alienata ex cauſa dotali, quid
15 autem de iure conſuetudinario; nam eſt certum, noſtram conſuetudinem *in tit. de iure congrui*, incip. *ſi quis emit*, non habere locum in contractu dotali, dum de eo nihil diſponit, & in caſu, in quo non loquitur, non eſt extendenda; quia ſtricti iuris ſunt, vt inquit *Napoda. in gloſa emit*,
16 *in dicta Conſuetud. ſi quis emit tit. eodem num. 7.* & ſtrictius eius vocabula recipienda ſunt, quod idem dixit in *gloſa. præterquam, in verſ. præterea, in Conſuetud. Si quis vel ſi qua, tit. de ſucceſſ. ab inteſtato, num.* 182. licet hanc præſentem quæſtionem faciat *Camillus Salernus*, vt *in apoſtil.* incip. *Quid. autem ſi pater*, poſita in *dicta conſuet Conſuet. prima fol. mihi* 334. *poſt addit. Scip. Buccini*, ubi idem *Camil-*
17 *lus Salernus* decidit negatiuè, ut ius congrui in ea minimè locum habeat, qui loquitur in re donata filiæ in capillo prodote conſtituenda, licet patet remaneat in poſſeſſione, & proteſtetur, ut tamquam pater, non vt dominus adminiſtrator, citat *Ferrouenum in Conſuet. Burdegal. §. 20. n. 25.* cui adde *Peregrinum de iure Fiſci, lib. 5. tit. de public. bonor. nu.* 169.
18 quid autem circa rem datam à marito ſuæ uxori, in augmentum dotis, vide *apoſtill. D. de Alexan.* poſitam poſt *Camill. Salernum*, incip. *fuit de facto*, ubi ait, quod dubium pendet, & apud *Rendell. loco ſupra*
19 *cit. n.* 14. habetur quod ampliatur non tàm in dote temporali, verùm etiam in ſpirituali, cum de hac ad illam valeat argumentum, *cap. inter corporalia, de traslatione Epiſcoporum*, magis eſt faciendum matrimonio ſpirituali, quàm carnali, ut ait *Benedell.* hìc, cæteras ampliationes, & limitationes, videas apud eundem *Benedel. in d. §. cauſa vero dotis, num.* 7. & 8. *cum ſeqq.* quæ omnia benè procedunt, ſi abſq; fraude fiat alienatio in cauſam dotis, ut per Scri-
20 bentes hic, & *Camillum Salernum in prædicta apoſt.* quæ ex multis obiectis dicta fraus, & ex variis coniecturis colligitur, de
21 quibus apud *Bart. in l. poſt contractum, ff. quæ in fraudem creditorum*, & *Peregrin. de iure Fiſci lib. 5. tit. 1. à num.* 156. *cum ſeqq*; ſic etiam per *Baldum in l. ſi quis poſt hac, C. de bonis præſcriptorum*: vndè vicinis minimè ſubuenitur tali fraude utentibus; nam inter has perſonas fraude remota, eſſe validam donationẽ, nã eſt vertendum,
22 ut fatetur *Rendel. hic num.* 14. *verſ. ita ſcripta* ex doctrina *Napodani, ac Caputi glantiqui, & Afflict. in dec.* 338. eo magis
23 quando donatio fieret in cauſam dotis, ſimulatio non præſumitur, & circa hanc ſimulationem, & de venditione quando nulla eſt præſumenda, vide *Dom. Reg. Marchionem Tapiam in ſuo ampliſſimo Codice, tit. de iure protomiſ. in ſuis adnotat. num.* 52.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui in donatione ſimplici, vel cum cauſa, ſi in ea fraus ceſſet, valebit.*
2 *Regula vulgata, Hodie emo, & cras dono, ſimpliciter procedit.*
3 *Cautela ne res donata ſit obnoxia iuri congrui refertur remiſſiuè.*
4 *Modus agnoſcendi fraudem refertur remiſſiuè.*
5 *Res quando donatur, ſi ad donatarium non tranſit, ſed illius poſſeſſio remanet penès donantem, fraus præſumitur.*
6 *Fraudibus via non eſt aperienda.*
7 *Apprehenſio poſſeſſionis requiritur in re donata, quod benè procedit in hac Ciuitate, & diſtrictu, num.* 8.
9 *Venditione prohibita, non prohibetur donatio.*
10 *Ius congrui, an locum habeat quod pater donat filii cras rem, quam emit hodie, & quid deciſum.*
11 *Donatio facta à patre filio infanti ad euitandum ius congrui, an valeat.*
12 *Deciſiones Sacri Conſilii faciunt ius in Regno.*
13 *Deciſio Sacri Conſilii affertur de re conceſſa in emphyteuſim donata indè à patre filiis, ſi locum habeat ius congrui, fraude ceſſante.*
14 *Deciſio Sacri Conſilii circa donationem iuris empti factam infanti filios, conuẽ-*

Digitized by Google

to donante ante dictam donationem pro iure congrui.

15 *Clauſula illa*, hodie emo, & cras dono, *quando procedat.*

1 AD ſextum notabile adde, quod in quálibet donatione, ſiuè fuerit ſimplex, ſiuè cum cauſa, dummodo in ea non adſit fraus, ius congrui in ea locum minimè habet, ut apud *Marantam in diſput. 9. & in tract. de multip. alien. prohib. verſ. 2. & ult. num. 117. & num. 40. & Afflictũ noſtrum, in deciſ. 858. in fin. & Vrſill. ad eundem, & in deciſ. alia 370.*

2 An verò regula vulgata, *Hodie emo cras dono*, ità ſimpliciter procedat, videas; *Vrſill. ad eundem Afflictum in dec. cit. 338.*

3 *n. 4.* vbi dat cautelas, ne res donata ſit obnoxia huic iuri congrui, ac etiam *Napodan.* dat tres limitationes ad hanc regulam ſupra allatam per eundem *Vrſillum*

4 *ubi ſup. nu. 4.* qui etiam dat modum agnoſcendi fraudem, & habetur apud *Scipion. Buccin. in apoſt.* quæ incipit, *Hodie emo*, *poſt gloſam Napodani n. 45. fol. 334. in prima conſuetud. de iure congrui, & Camerarium in cap. Imperialem, fol. 6. lit. A. ac Marantam ubi ſup.* qui etiam modos alios indagandi fraudem dat, vbi ait fraudem

5 præſumi, quando res, quæ donatur, in donatarii mànus minimè peruenerit, ſed remanet poſſeſſio penès donantem, iuxta *textum in l. ſi quaſi rem, C. de donat. & l. ſiue, C. locat.* ideò ceſſat congruum in do-

6 nationibus abſque fraude factis, nã fraudibus via non eſt aperienda, *l. 2. C. de iis, qui militare non poſſunt*, requiritur ergò

7 corporalis poſſeſſionis apprehenſio, ut ait idem *Scipio Buccin. in apoſt.* incip. *nota hic eodem in num. ſupra cit. & gloſa Napodani ſupra cit.* vbi etiam *Maranta*, quã regulam ſupradictam, ut idem *Benedell. in hoc eodem loco*, refert in 2. *ampliation.*

8 *num. 11.* etiam procedere in hac noſtra Ciuitate, eiuſque diſtrictu, ex eius conſuetudinario, uſu, non verò alibi, ut idem *Maranta in ſupra cit. diſput. 9.* ait *num. 9.* vbi teſtatur ſic ſeruatum, ſicque deciſum in Sacro noſtro Senatu, cui opitulatum *Dom. Maxilla in Conſuetud. Barenſi in tit. de retract. & Benedel. eodem in loco, & Caſſan. in tit. de retractu in §. 9. & in §. ſed quid in donatione*, & ità concludendo tenet *Petr. de Gregor. ſintagmat. iuris lib. 25. p. 3. cap. 7.* vbi *Donationem* (inquit) *redhibitioni non ſubiacere*; prohibita enim ven-

9 ditione, non prohibetur donatio, *textus in l. 1. & fin. C. de præd. decurion. lib. 10. l. 1. C. de fund. patrimo. lib. 11.*

10 Sed ſi pater donat filio rem, quam hodiè emit, iuxta illud, *Hodie emo, cras dono*, an ius congrui habeat locum, non obſtante dicta donatione, adde *Vrſillum ad Afflict. in deciſ. 370. num. 10.* qui negatiuè aſſerit, fuiſſe deciſum per Sacrum Regium Conſilium, in cauſa Magn. Ferdinandi Capycii, vbi dubitabatur, donationem fuiſſe factam in fraudem iuris congrui, & refert dictam donationem declaratam validam, & ius congrui non habuit locum, cui etiam adde eumdem *Afflict. in deciſ. 338.* vbi etiam conuentos iure congrui fuiſſe abſolutos, vt ipſemet refert in fin. quam deciſionem Ciuitate noſtra Neapolitana, & eius diſtrictu locum habere communiter tenetur, ſecus extra diſtrictum, per rationem, ut apud *Dominũ Riccium in collectan. 2300. in verſ. item ius congrui*, & infra per nos in hoc *eodem §. n. 15.* licet apud *Dom. Rouitum in dec. 3.*

11 probetur contrarium, donationem factam à patre filio infanti ad euitandum ius congrui, eſſe nullam, ſic etiam per *D. Præſ. Anell. de Amat. in conſil. deciſiuo 44.* quæ deciſiones faciunt in Regno, ut ait *textus*

12 *in l. miſit in. C. de legib.* Sic annis præteritis in S. C. fuit ſeruatum, atque deciſum, declarando donationem factam filiis eſſe validam, vt in cauſis uertentibus in iudi-

13 cio iuris congrui inter Syluiam Roſſam ex una, & Mutium Fontanam ex altera, vbi res ita ſe habebat. Facta fuit conceſſio in emphyteuſim per Ioannem Baptiſtã, & alios de Vmbrianis Carmino Caluanenſe certarum domorum ſitarum in platea Iudeæ magnæ huius Ciuitatis in anno 1617. ſub die 22. Decembris, ut ex inſtrumento conceſſionis ſtipulato, factaque deindè donatione per dictum Carminum prædictarum domorum irreuocabiliter inter viuos Hyacinto, ac Franciſco Caluanenſe eius filiis legitimis, & naturalibus ſub die 27. eiuſdem menſis, & anni, ut ſupra, ex inſtrumento donationis ſimiliter ſtipulato, ut ex actis fol. 5. fuit pro parte dictæ Syluiæ uti matris, ac legitimæ adminiſtratricis dictorum filiorum donatariorum petitum declarari per idem Sacrũ Conſilium, nullum ius, nullamq; actionem iuris congrui ſpectare, ac competere dicto Mutio Fontana, vt ſupra, ſuper domos prædictas donatas, ſed illas ſpectare dictis donatariis liberas, vt fol. 1. & compilato proceſſu, & viſa in ſpecie ſupradicta donatione, necnon poſſeſſione capta per dictam Syluiam, ac locatione, fructuumque perceptione per dictam Syluiam uti adminiſtratricem, ut ſupra viſis videndis, & conſideratis omnibus conſideraudis per idem Sacrum Regium Conſilium

Digitized by Google

filium ad relationem, tunc Regii Consiliarii Cæsaris Freccia, fuit per diffinitiuum decretum pronunciatum, ac declaratum, vt stante donatione facta per dictum Carminum Caluanesium supradictis Hyacintho, & Francisco Caluanesc, fratres conuẽtos absoluendos esse, ac absolui debere, prout ipsi diffinitiua sententia fuere absoluti, ac liberati à iure congrui petito pro parte supradicti Mutii Fontanæ, & hoc sub die 6. Febr. 1621. in aul. 2. eiusdem Dom. Freccia. Actuarius de Amico, nunc Sadonisius pro eodem Amico, ad quam decisionem adde id, quod ait *Marantæ in disput. 9. num. 25.* donationem tunc esse validam, ac ab ea omnem fraudis suspicionem, abesse, quando donator in possessione eiusdem rei non remanet, vel si in eodẽ instrumento emptionis, ac venditionis nõ sit donatio, aliisque concurrentibus, quæ tollunt omnem fraudis præsumptionem, vt apud eundem *Marantam num. 26.* quibus concurrentibus, in supradicta causa benè fuit decisum negatiue, absoluendo conuentos, ac secus fuit decisum in causa, in eodem Sacro Regio Consilio vertente

14 inter N. de Risis cũ Carolo Carmignano, & Scipione Macedonio viris Patritiis, qui Carolus, & Scipio egerunt in eodem Sacro Consilio, aduersus dictum N. de Risis, petendo eum condemnari ad relaxandũ rus ab eodem de Risis emptum, situm in loco Capitis Montis, ex causa iuris congrui dictis actoribus competentis, & ipsum dum per conuentum, ut supra replicabatur, non posse dari nam donauerat suæ filiæ minori, curatoris præcedente datione satis apertè per Sacrum Consilium cognitam fuisse factam in fraudem iuris congrui, qui conuẽtus de Risis post emptionem statim per eũ factam, fuit requisitus ad relaxandum dictum rus, qui post requisitionem ei factam donauerat eius filiæ, quæ etiam ante captam possessionem, per eum fuit dictus cõuentus requisitus ad relaxandum rus, & sic satis in fraudem erit facta dicta donatio timore congrui, ità etiam dicta possessio postea fuit cum curatore capta, & ideò benè per Sacrum Consilium, ad relationẽ tunc Regii Consiliarii D. Didaci Bernandi Zuñia, tunc Regentis meritissimi, in Aula Marchionis Sancti Maximi Felicis de Ianuario, fuit condemnatus dictus conuentus ad relaxandum dictum rus ad beneficium magnificorum actorum, nulla habita ratione de dicta possessione. Actuarius fuit Anellus de Ferrariis, hodie Spera, & hoc in mense Iulii anno 1630. patrocinante pro dictis de Carmignano, & Macedonio actoribus, ut supra, olim Magnif. I. V. D. Ioanne Francisco Vitaliano b.m. de qua etiam decisione meminit *Dom. Reg. Thoro in suis not. 23. num. 70.* vbi tractatur de donatione facta in fraudẽ cõgrui ab emptore eius consanguineo, & refert sic fuisse alias seruatum, atque decisum per Curiam Castrimaris de Stabia, ac confirmatum decretum Magnæ Curiæ Vicariæ in causa quorundam Ciuium eiusdẽ Castrimaris, qui fuere condemnati ad relaxandum certum territorium emptum, & deindè donatum consanguineo, vbi alias refert decisiones, declarando vulgatum illud, *Hodie emo, cras dono*, quomodo intelligendum eundem etiam de *Thoro*, vide in suo ampliss. *compend. dec. par. 2. in verb. donatio col. 2.* vbi allegat plura similiter circa donationem factã in fraudem, & videas *Anellum de Amato*, olim Aduocatũ primarium, & deindè Præsidentem Regiæ Cameræ Summariæ meritissimum *in suo cons. 93.* quem citat idem *de Thoro in dicto voto, num. 9.* de qua cautela, *Hodie emo, cras dono*, nos etiam adnotauimus supra *eodem in hoc §. in notab. 6.* vbi etiam dixi-

15 mus hoc procedere de iure nostro consuetudinario, vbi non requiritur denunciatio, secus per *Constit. Sancimus*, ideoque mirũ non est, si in donationibus factis de rebus emptis per Ciues in hac Ciuitate, & plurimum validæ iudicantur ad beneficium donatariorum, vt ex *consuetud. Si quis emit, tit. eodem*, verùm remotis fraudibus, hoc intellige, nã per consuetudinem possũ uti dicta cautela, *Hodie emo, cras dono*, quia per consuetudinem non consideratur, ac requiritur denunciatio, sicut per constitutionem disponitur fieri infra statutum tempus, qua non facta, nulla erit venditio, ut ex *Roberto Maranta in disput. 9. post suum aurum Speculum*, & apud *Scrib.* hic, de quibus omnibus apud eundem *Anellum de Amato in suo cit. consilio*, & *allegat. eiusdem inserta in ampliss. Cod. Iuris Regni 4. p. Marchi Caroli Tapia super dicta constit.* aliosque citatos ab eodem de *Thoro in dicto voto 23. num. 36. cum seqq.* fraus quibus modis detegitur, videas eundem *de Thoro in eodem voto, num. 23.* & *Marantam vbi supra.*

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui in donatione causa mortis, an detur, ampliatur, & limitatur in donation. conditionali, vel recipocra?*

2 *Statutum circa contractus, an comprehendat donationem.*

Ad

AD ſeptimum notab. circa donationem cauſa mortis, ut in ea non
1 ſit locus iuri congrui, adde *Benedellum*,
2 qui limitat, & ampliat duobus modis, vt in hoc §. *n.* 13. *fol. mihi* 68. & primò, ſi fuerit facta filio familias, cum conſenſu patris, per *textum in l. in l. tam is*, §. *filiusfamilias, ff. eodem*, cui adde etiam ſi fiat à marito vxori, vt in *l. ſi eum, qui mihi, ff. de donat. inter vir. & vxor.* & ſecundò ampliatur per eundem *Benedellum* in donatione facta per modum remiſſionis, iuxtà *text. in l. etiam, ff. ad l. falcid.* ſecus ſi ſit conditionaliter donatio, ſcilicet ut a licui certæ perſonæ vendatur, reſtringitur primò in locis, vbi non viget ſtatutum hoc, iuxtà *cap. certificari, de ſepultur.* limitatur tertiò per *Marc. Anton. Bardum in eodem tractat. quæſt. 12. n.* 3. in donatione reciproca, quia tunc vēditio dicitur, & hoc ius in ea locum haberet, vt ait *Guid. Papa in ſingulari* 378. *Caſtan. in rubr.* 10. §. 1. & an dicatur con-
3 tractus, & loquēdo ſtatuto de contractu, an comprehendat donationem, videas *Gratian. for.* 781. *num.* 34. 39. 40. in qua etiam ceſſat omnis fraudis ſuſpictio, tenet *Vrſill. ad dec. Aſſ. ſupra* 370.

SVMMARIVM

1. *Statutum ſtrictè erit intelligendum.*
2. *Extenſio quando fiat de uno caſu ad alium.*
3. *Statutum loquens de contractu non trahitur ad vltimas uoluntates.*
4. *Ius prothomiſeos, an locum habeat, quando teſtator mandauit, vt hæres vendat rem Titio tantum.*
5. *Teſtator poteſt facere quo minus ius retractus habeat locum.*
6. *Teſtator ſemper videtur ſe conformare cum ſtatuto, & quando.*
7. *Mens teſtatoris ſemper à ſtatuto interpretationem debet recipere.*
8. *Locus ubi teſtator deceſſit, attenditur.*

AD 8. notabil. ibi, *ex teſtamento*, adde quod hæc præſens conſtitutio, ideò non habet locum in teſtamento; loquitur enim inter vnos, ſtatutum enim ſtrictè eſt intelligendum, extenſionemque non recipere, ut ex notatis, & additis ſupra in §. 1. & habetur per *DD. in l. non poſſunt, ff. de legib. & Gratian. in cap.* 385. *quæſtionib. forenſib. num.* 10. & per *text. in l.* 3. §. *hæc verba, ff. de negot. geſt.* niſi limitando diceretur, quod quando eadem ratio, quæ cadit in vno caſu, ca-
2 dit, & in alio ſimili, tunc fit extenſio de diſpoſito in uno, vt diſponatur, & in alio, ita *Gratianus* loquendo de iure congrui. in *cap.* 903. *num.* 16. ideoque minimè ad vltimas voluntates eſt trahendum; certum eſt enim, ſtatuta loquentia de con-
3 tractibus non eſſe trahenda ad vltimas voluntates, & cum *Afflict.* tenet *Petr. de Gregor. in ſyntag. iur. par.* 3. *lib.* 25. *c.* 7. *vbi in fin.* ait, *In relictis inſtitutionis titulo, vel generalis, vel particularis, neque habere locum redhibitio, ideſt retractus, eàm propter benemerita talia fiunt*, inquit, ut ex allegatis per eum.

4 Sed ſi teſtator mandat rem ſuam Sepronio vendi ab hærede, ſi prothomiſ. locum habeat, vide *Rendellam*, qui hanc quæſtionem diſputat in §. *cauſa vero dotis, in verſ. ex teſtamento, dicto num.* 3. *cum ſequentib. & num.* 8. *uerſ. reſoluamus, & Benedell. in eodem, tract. verſ. ex teſtamento, in cit. §. num.* 16. *verſ. limita*, ubi breuiter, ac reſolutiuè loquēdo limitādo noſtram conſtitutionem, di-
5 cit habere locum prothomiſ. in hoc articulo: *Nonne* (inquit) *teſtator poteſt facere quominus hoc ius retractus habeat locum, l. nam poteſt, ff. de legat.* 1. quæ lex non tantùm habet locum de iure cōmuni, verùm etiam municipali, vt ait *Angel. de Perigl. in tract. de ſeruitute, nu.* 26. *q.* 9. *f.* 409.

6 Ad id, quod teſtator ſemper videtur ſe conformari cum ſtatuto, quādo ſumus in dubiis, videas circa hoc *Ioannem Petrum Fontanellum de pact. nuptialib. gl.* 3. *claus.* 9. *par.* 2. *num.* 4. teſtator enim ſemper præſumitur velle id, quod vult ius, ac ſtatutum, *Decian conſ.* 92. *num.* 3. *Cr. conſ.* 416. *num.* 20. *Aymo. conſ.* 258. *num.* 1. *Afflict. in deciſ.* 226. *num.* 4. ideoque te-
7 ſtatoris mens ſemper à ſtatuto interpretationem debet recipere, ita *Cacher. deciſ. Pedemont.* 127. *num.* 2. *fol. mihi* 150. imò teſtator minimè poteſt facere, ut leges non habeant locum in ſuo vltimo teſtamento, *Gratian. diſcept. forenſ. c.* 764. *num.* 23. & 24. ſemper in diſpoſitione
8 teſtatoris attenditur locus ſtatuti, vt deceſſit, idem *Gratian. diſcept. for. cap.* 709. *num.* & 11. *Alex. conſ.* 14. *n.* 46.

SVMMARIVM

1. *Retractus in permutatione, an locum habeat;*
2. *Permutatio rei emptæ facta in fraudē præſumitur.*
3. *Res quando datur æſtimata, dicitur venditio.*

A Per-

4 *Permutatio facta cum massa argenti pannis, & aliis mobilibus, an valeat?*
5 *Permutatio similis est emptioni, & permutationi.*
6 *Permutatio quando dicatur resissiuè.*

AD 9. notab. ibi *permutatione*, adde quod in permutatione non sit locus retractui, & nota, quod ante *Afflictum nostrum* dixit, ac cõfirmauit *Dom. Napodan. in consuetud. 1. glos. 1. nu. 4. & 6.* & postea idem *Afflict. in decis. 72. & Tiraquell. de retract. in §. 3. glos. 1.* alleuus per *Dom. Scip. Buccinum in addit.* incip. *De validitate*, post *glossam Napodani, cassan. in consuet. Burgun. in §. 9. de retract. Boer. in consuet. Biturig. in §. 1. & Petr. de Gregor. syntagmat. iuris, par. 3. cap. 23. lib. 25.* Verùm supradicta conclusio sic firmata ab *Afflict. & ab omnibus Scribentib.* super præsentem constitutionem limitatur, vt apud *Rebed. num. 18. loc. sup. cit.* si post factam venditionem emptor sciuerit permutationem, nàm talis permutatio censeretur facta in fraudem iuris congrui, & in hoc ius congrui, ea non obstante, locum haberet, secundum *Morantam in disput. 9* aliis tribus modis limitatur, vt per *Marcum Antonium Bardam in tract. eodem, quæst. 12. num. 3. vers. quoad permutationem*, vbi allegat *Novellum in tract. eodem, num. 12. & 13. & Cassan. in rubr. §. 12.* vbi allegat *Guid. Pap. in singul. 98.* incip. *si duo donentur sibi*, & confirmatur hic per *Afflict.*

3 Sic etiam, quando res data æstimata, tunc non permutatio, sed venditio dicitur, vt per *glos. in l. penult. vers. tamen, vbi DD. Cod. rerum permut.* sic etiam, quando pars rei in tali permutatione fuit refusa, vel si esset maius æstimatum datum, quam mercedata, vt apud *Boer. in decis. 211. num. 6. & Petrum de Gregoriis in cit. loco num. sep.*

4 Sed quid in permutatione facta cum massa argenti, pannis, aliisque mobilibus, vide *Rendellum in tract. §. licet, vers. ex permutatione, nu. 23. & 24.* vbi concludit cum aliis negatiuè. An permutatio sit similis emptioni, ac venditioni, & consequenter si ius congrui habeat locum in ea, dixit *Vrsill. ad Afflictum in decisum 299. num. 2. & Tiraquell. in eodem loco citato per Afflictum.* An verò permutatio habeat locum in feudis, videas *Afflictum in Constitut. Regni, Consuetudinem, lib. 3. rub. 5. num. 21. Dom. de Franch. in decis. 523* & quæ propria, dicitur permutatio, vi-
6 deas *Parisium in rubr. C. eodem tit. rubr. C. eodem tit. vers. permutatio, vol. 4.* & in quibus æquipolleat venditioni, videas *de Bottis in additione ad Bartolum in l. si cum patruus, C. eodem tit. Gratian. discept. forens. cap. 742. num. 43.* vbi constitutio loquens de iure congrui circa venditionem, & solutionem non comprehendit compensationem.

SVMMARIVM.

1 *Contractus venditionis, vel permutationis an dicatur, quando fit permutatio cum prætii refusionibus ex parte unius tantum.*
2 *Permutatio an locum habeat in rebus Ecclesiasticis.*

1 AD *vers. sed iuxtà hoc quæro*, vbi quando fit permutatio cum prætii confusione ex parte vnius tantum, appellandus fit contractu venditionis, vel permutationis, ad *Afflictum hic Rendellum & Manillum*, qui tenent esse contractum venditionis, ex *Baldi* auctoritate, vt refert *Rendella vbi supra, num. 52. vers. difficultas est*, quibus adde eumdem *Afflict. in dec. 72.*

2 Sed contrariam partem cum distinctione nonnulli sunt defendere *Tiraquellus in §. 3. num. 15. & 36.* quæ est magis communis opinio cum *Covarr. variarum resolutionum, c. 4. num. 9. lib. 2.* quomodo aliud in contrarium non probetur, quod contrahentes voluerunt appellare contractum venditionis, tamen idẽ *Rendella in cit. loc. num. 55.* tenet, nunquam ex uno negotio, & actu sub una forma conuentionis duos contractus oriri posse, sed *unum*, ità concludit, ipse post longam disputationis quæstinis, vt apud eũ videre poteris, qui latis diffuse scripsit, ità, & *Surd. in cons. 257. num. 6. & idem in decis. 7. num. 32.* vbi à paritate rationis inquit, unicam esse substitutionem, licet in ea plures conditiones sint appositæ, vt in *num. seq.* videas etiã ea, quæ per *Cacheranum in decis. Pedemont. 67. num. 25. & Gomez.* qui facit etiam hanc quæstionem *in cap. 2. tomo 2 de empt. & vendit. n. 10.* vbi inquit esse attendendum, ac standum ad id, quod partes conueniunt inter se, nam in dubio attenditur id id, quod plus valet, alias distinctiones vide, apud eosdem, ac etiam apud *Emanuel. Suar. in additione ad eũdem Gomez. vbi supra num. 10. lit. C.* vbi ci-

etiam Tiraquellum, Pinellum, & Co-
narruiam in eius conſil. pro Salomone
Datterio.

2 Permutatio an habeat locum in re-
bus Eccleſiæ, ac patrimonialibus Clerico-
rum, dicat, quod per *Sacrum Concilium*
Tridentinum in ſeſſione XXI. cap. 2. mi-
nimè habet locum permutatio, ſicut nec
alienatio, nec venditio, ita *Gratianus*
diſcept. forenſ. cap. 159. num. 3. & nota,
quod ſemper in contractibus venit id,
quod verisimiliter inter contrahentes cō-
uentum fuit, ſecundum *Cucherdanum in*
deciſ. pedemontana 64. num. 6. vt allegat
Decian in conſ. 64. col. fin. & *conſ. 70.*
col. penultim. ad confirmandum id, quod
a *Rendella*, ut ſit unicus contractus, licet
plura pacta in eo apponantur.

SVMMARIVM.

1 *Datio in ſolutum an ſit proprie ven-*
ditio.

2 *Datio in ſolutum an comprehendatur*
ſub verbo, vendere.

3 *Datio in ſolutum neceſſaria, non vo-*
luntaria includitur ſub verbo vende-
re.

4 *Laudemium an debeatur pro venditi-*
one ſubhaſta.

5 *Venditio facta a Judice, cenſetur fa-*
cta a partes.

6 *Ius congrui in venditione ſubhaſtati-*
onis.

7 *Conſtitutio Gregorii XIII. an locum*
habeat in venditione neceſſaria, ac vo-
luntaria, affertur deciſio Cancel. Apo-
ſtolicæ.

8 *Prælatus an dicatur in dubio in ſolu-*
tum.

9 *Ius congrui in datione in ſolutum ce-*
ſſatur, & n. 13.

10 *Datio in ſolutum eſt quodammodo em-*
ptio.

11 *Pretium pro ſoluto, & pro empore ſunt*
diuerſa.

12 *Conſuetudines Neapolis, ſunt ſtricti*
juris, & non extenduntur.

13 *Deciſio Magnæ Curiæ, de Sacro Con-*
ſilio referetur, & ius congrui ceſſa-
re in datione in ſolutum neceſſaria.

14 *Socius, ſeu conſors præferatur vi-*
ro in iure congrui, & ita deciſum n. 16.

15 *Ius congrui an competat contra ſingu-*
larem ſucceſſorem.

16 *Prælatis ſeu ſuis congruis, an detur in*
venditione rei feudalis ſubhaſtatæ.

17 *Prælatio an competat Baroni, a vaſ-*
ſallis, ſeu Vniuerſitas vult vendere re-
liquum. Et quando competat prælati-
o, in hoc caſu refertur deciſio, de n.
20.

18 *Baro, ut primus ciuis habet uſum in*
Territorio demaniali.

19 *An poſſit prohibere Vaſſallos paſcere in*
territorio demaniali, ipſius Baronis
quoad uſum tantum.

20 *Et an poſſit prohibere vaſſallis vena-*
tionem, ac capturam piſcium, per mi-
ſſum.

21 *Baro, poteſt emanare bannum, ut nō*
vendat niſi ea requiſito ſimiliter de
vendat comeſtibilia, num. 25.

22 *Quod limitatur pro neceſſitate ſui vi-*
ctus, num. 26.

23 *Et ſic deciſum, & quando non attenda-*
tur iſta deciſio, nu. 27.

24 *Baro dicitur principalis ciuis.*

25 *Baro an cogere poſſit ciues ad hoſpi-*
tandum exteros, & deciſio affertur.

26 *Aliud pro alio ſolui, an poſſit, inuito*
creditore.

1 A Verſus ſed immo prælatio, num. 19.

2 Addè dationem in ſolutum non eſſe propriè venditionem, licet vim emptionis, ac venditionis habeat, ut apud *Præſid. de Franch in deciſ. 18. num. 9.* per textum in *l. ſi prædium, C. de euiction.* & *Gozadin. in conſ. 90. ad textum in l. vbi ganiter, vbi gloſſa, ff. de pignor. actio.* adeoque hoc ius in ea minimè locum habere: nam in vera venditione habet locum ius congrui, ita *Napodanus in conſult. prima, in verbo emit, num. 7.* differunt enim ſibi inter ſe; emptio enim re, pretioque contrahitur, ut in *Cathaneo in rubr. C. n. num. 5.* illa verò re, & cauſa cantum, atque *Rendella* citando *Petrum de Bo-*
ſier in ſumma Bolandici, tit. de empt. ve-
nditam. notoria, cap. de donatione inſa-
luti num. in eadem tract. in tenu non videtur
alia q. fol. vnic. vers. ſecundo patria, &
Raymund. conſ. 107. bus pro conſultatione vbi pro diſponim, vi-
deas eundem *Napodanum vbi ſupra num.*
7. Bard. in tract. eodem, quæſt. 12. num. 4.
vers. quo verò ſtatutum quin loquens per
2 verbum, vendere, dationem in ſolutum
non comprehendit, ita ait *Natunes. An-*
gelus Piſanellus, quem laboriosiſſimum
appellat *Præſid. Franch in deciſ. 411. n.*
2. & in apoſtilla qui conſuetudinem pri-
mam, eodem titul. incip. tenet hic, vbi
refert, etiam ſic tenere Decianum in conſ.
18. & Bolognium, Caſtelcamanum in conſ.
21. qui tenet contrarium per tem. Vide
etiam Marinum Freccium in Anaſtitu-
ſeq. incip. ſi datione in ſolutum, vbi citat
plenum in conſ. 76. vol. 3. & Decium in
conſ.

conſ. 88. & 106. *Camillum Salernum in apoſtilla ſequ.* incip. *ad hoc*, qui multos citat DD. facientes ad rem, & in alia *apoſtill.* incip. *ultra præfata, in ead. conſuet.* 1.

Sed *Stephanus de Caieta in apoſtilla* incip. *tenet hic*, & *idem Camillus Salernus in apoſtilla ſupra cit. vltra præfata* dicunt,
3 in datione in ſolutum, neceſſaria hoc eſſe intelligendum, ſecus in voluntaria, quæ ſit extra iudicum, ità *Capyc. in deciſ.* 99. *nu.* 4. ſed videas *Rendellam*, qui ſolemniter diſputat quæſtionem, licet eam arduam appellet, vt in loco ſupra citato à *num.* 19. *vſque ad* 38. ibique concluſionem firmat contra vicinos, dicens, ſemper dicendam neceſſariam ex parte debitoris ſi non præciſè, ſaltim cauſatiuè, vt in *n.* 64. *cum ſeq.* quamuis *Præſ. de Franch.* teneat laudemiũ, in ea deberi etiam ſi vendatur ſubhaſta
4 ex cauſa neceſſaria, quæ licet neceſſaria appelletur venditio, tamen negari non poteſt, quin ortum habeat à debito voluntario, quod euenit poſt hypothecam contractã, ideòq; voluntaria appellanda, vt in *dec.* 288. *n.* 6. & 277. talis enim venditio à iudice fit, & factũ Iudicis eſt factũ partis. *Tiraqu. in §.* 14. *num.* 13. *in eodem tit. de retract.* ex iuribus ibi citatis per eum, quamuis *Iaſon.*
5 *in l. fin. nu.* 47. & 48. *C. de iure emphy.* teneat, quod laudemium non debeatur in tali alienatione neceſſaria, vbi teſtatur de communi vna cum *Baldo in cap.* 1. *colum.* 4. *tit. de prohib. alienat. feud. per Federic.* & alii, qui eadem cum ſententia concludunt, ſic etiam in venditione neceſſaria hoc ius non habere locum tenent *Do. Marin. Freccia ad Conſtitutionem, Conſtitutionem Diuæ memoriæ num.* 8. & 9. *in 6. limit. Dom. de Anna in repetit. eiuſdem Conſtit. num.* 252. *vſque ad* 255. *Dom. Regens de Ponte in dec.* 11. *num.* 14. *Benedel. in eodem hoc tractat. ad principium conſtitut. fol.* 25. *num.* 122. *in* 12. *ampliatione*, qui tenet, in S. R. Conſilio dari ius congrui in venditionibus ſub haſta, affirmans eſſe notariũ,
6 adde *Magon. dec. Rotæ Florentinæ* 100. & *Riccium in collectan.* 2300.

7 An verò conſtitutio Gregorij XIII. quæ idem diſponit ſicut conſtitutio hæc noſtra, ſcilicet circa denunciationem habeat locum etiam in venditione neceſſaria, vel voluntaria, videas ad hoc *Abb. Campanilem in addit. ad ritus Curiæ Archiepiſcopalis, ritu.* 22. vbi *n.* 17. refert, fuiſſe deciſum pro alienatione voluntaria ſecus in neceſſaria, vt apud Reuerendam Cameram Apoſtolicam de anno 1596. in mẽſe Martii, cui adde *Gratianum diſcept. forenſium cap.* 284. vbi tractat ſimiliter de hac Bulla Sũmi Pontificis Gregerii XIII. & in *cap.* 544. *num.* 15. Verum ſi in datione in ſolutum habeat locum prælatio reſpectu directi do-
8 mini, videas *de Franch. deciſ.* 482. *Afflictum in dec.* 191. *vbi Vrſill. in additione*, qui binas Sacri Conſilii deciſiones pro domino directo petente prælationem refert ea ratione, cum ſit venditio, quæ fit decreto Iudicis exequutori mandantis, & factum Iudicis eſt factum partis, vt ex vulgatis iuribus & *Capyc. deciſ.* 99. *vna cum Cacheran. in dec.* 156. *Theſaur. in deciſ. eiuſdẽ Senatus* 170. *Delphinat. in queſt.* 364. *Guid. Bapa dec.* 47. *idem in deciſ.* 411. licet *Afflict. in dicta deciſ.* teneat, in tali datione ex cauſa neceſſaria, non dari prælationem, nec ius congrui, quem ſequuti ſunt *Napodanus in conſuet. primo de iure congrui*, & ceteri DD. allati per *Vrſillum ad eamdem deciſ. in princ. vna cum Tiraquel.* & quando bona adiiciuntur Fiſco, ſi erit locus retractui, videas *Ferroneum in conſuet. Burdegal. tit. de retractu*, §. 12. & poſtremum videas *deciſ. Dom. Regentis Sãfelicij* 103. vbi non ſolùm diſputat hunc articulum, verùm etiam quid iuris in venditione ſub haſta, videas apud eundem *Benedellum ſup. cit.*

Et pro maiori corroboratione ſupra firmatæ ſententiæ contra vicinus, vt minimè locum habeat in venditione neceſſaria ius
9 congrui, fuit deciſum per Sacrum Regium Conſilium in cauſa in eo vertente inter Paulum, & Auguſtinum de Iuliis, quę ſupra per nos fuit allata, vbi dicebatur pro parte dicti Pauli Burgattæ, domum in actis deductam, de qua agebatur pro petito cõgruo per dictum Auguſtinum, fuiſſe adiudicatum dictę Aurelię Caſanouæ eius vxori, ac Catarinæ ſorori dictæ Aureliæ, vigore decreti aſſiſtentiæ Magnæ Curiæ Vicariæ præſtitæ ad beneficium dictarum mulierum ſuper dictam domum ex cauſa eorum crediti, quibus fuit conſignata poſſeſſio ipſius domus mediante perſona dicti Pauli mariti dictæ Aureliæ, vt ex eodem proceſſu, fol. 22. & ſic præter id, quod fuit ſupra dubitatum circa dotem, ſi in ea ius congrui locum haberet fuit etiam dubitatus articulus, ſi in adiudicatione ſimpliciter facta, vel in datione inſolutum habeat locum ius congrui, vel ne, vbi dicebatur pro dicto Burgetta, quod non quamuis enim talis datio in ſolutum ſit quodammodo emptio
10 *dicta l. ſi prædium C. de euiction.* vnà cum allatis hic per *Afflictum*, & *in deciſ.* 368. *num.* 2. ſunt tamen prorſus diuerſi titulus pro ſoluto ab illo pro emptore, *l.* 1. *ff. pro ſoluto*, *l.* 2. *ff. pro empt.* quibus addo etiam citata, prout ſupra, *in verſ. ſed iuxta prædicta quære num.* 16. per *textum in l. ſi is*

Digitized by Google

11 *qui, in fin. ff. de vſucap. Bart. in l. iuris gentium, ff. de pactis. & moderni. in Inſtit. in tit. de emps. & vendit.* vbi notantur differentiæ circa hos contractus, ſed noſtræ Cõſuetudines ſub *tit. de iure congrui* quæ loquuntur tantum in contractu emptionis, & venditionis, locum minimè habent in inſolutum datione, ſicut per *Napodanum* concluditur in *eadem conſuet. num. 6. & 7.*

12 ſtricti enim iuris ſunt noſtræ conſuetudines, & intellectum extenſiuum minimè recipiunt, inquit idem *Napodanus ſuper dicta conſuetudinem ſi quis emit, in glosa emit, num. 7.* licet in eodem loco teneat, appellatione venditionis contineri omnem actum, per quem dominum transferatur; ex Iuribus allatis per ipſum.

Et ſic ad beneficium dicti Pauli Burgetta Sacrum Regium Conſilium iudicauit, quia *Addentes ad Napodanum ſupra per nos citati* hoc aiunt, & in ſpecie *Stephan. de Caieta* qui hanc opinionem tenet vt in *dicta conſuet. 1. lit B.* & habitum fuit

13 pro veritate in hac cauſa, hanc fuiſſe dationem in ſolutum, ex cauſa neceſſaria nam facta fuit per Iudicem in forma iudicii, dũ per iudiciariam auctoritatem fuit eiuſdem actricibus præſtita aſſiſtentia per eamdem Magnam curiam, Vicariæ, ideoquè hanc eſſe propriè dationem in ſolutum neceſſariam, ait *Afflict. vbi ſupra in dicta deciſ.* 191. & *Proſper Caranita in addit. ad eamdem deciſ.* 191. & cæteri apud *Vrſillum* ſic tenentes, igitur ſub die menſis Octobris anni 1733. fuit confirmatum decretum prius latum per Magnam Curiam Vicariæ, vbi fuit dictum non eſſe locum iuri congrui petito per Auguſtinum de Iuliis, & ſic ad beneficium dicti Burgetta, referente

14 Domino Iudice M. C. V. de la Ratta, fol. 36. in proceſſu Magnæ Curiæ. Actuarius cauſæ fuit Carolus de Aueta,

Et deindè dato proceſſu in Sacro Regio Conſilio pro compilato per ambas partes, per Sacrum Conſilium in cauſa appellationis interpoſitæ pro parte dicti Auguſtini appellationis à ſupradicto decreto per Magnam Curiam contra eum lato, fuit dictũ, benè fuiſſe iudicatum per Magnam Curiam Vicariæ, & proindè reſcribatur eidem Magnæ Curiæ Vicariæ, quod ſuum exequatur decretum, latum ad beneficium dicti Pauli, vt ſupra, & hoc ad relationem olim Domini Regii Conſilii Petri Antonij Carauitæ eadem in eius Aula. Actuarius fuit in Sacro Conſilio de Cantone, nunc Fiſcus pro eo.

Imò neque habita ratione prætenſorum per dictum Auguſtinum, qui prætendebat ſaltim auocare per ius cõgrui à dicto Paulo poſſeſſore dictę domus, medietatem ipſius: dicebat enim ipſe, medietatem tãtàm ſpectare ad dictum Paulum in partem dotium dictæ Aureliæ, aliam verò ad Catariam Caſanouam ſororem dictæ Aureliæ, cui replicabatur per dictum Paulum, opitulari indubitatam Iuris concluſionem, vi-

15 delicet, quod ratione rei communis, ſocius & rei conſors præfertur vicino de quo articulo ſupra etiam per nos fuit tractatũ, per *textũ in l. debitor. ff. ad Treb. l. & in l. ſi*

16 *ex ſextante, §. Latinus largus, ff. de excep. rei iud.* actio enim non videtur confuſa petendi hoc ius, ſic iudicatum, ac ſeruatũ per Sacrum Conſilium teſtatur *collat. Coppula in apoſtilla* incip. *Quid autem ſi habens domum, in conſuetud. prima, tit. eodẽ, lit. A.* & inſuper ad hoc videas omninò *Dõ. de Franchis in deciſ.* 550. *in 4. part.* vbi refert, ſic ſeruatum; ac deciſum per idem Sacrum Conſilium in cauſa Pompei Paſcalis Aui mei materni cariſſimi, contra Petrum de Lutio, uideas etiam *Capyc. in dec.* 42.

17 Et tranſeunt re ad ſingularem ſucceſſorem, quouis titulo peti poſſit ius contra eum, & ſi adſit pactum de retrouendendo, quid iuris, videas doctiſſimi *Petri Fontanellæ deciſ.* 79. *cum ſequentib.* vbi an hoc pactum contra eum experiatur

18 Et vendita feudali re ſubhaſta, ſi detur, vel ne prælatio agnato proximiori, videas *Caſtrenſ. in conſ.* 74. *col. fin. verſ. ſed dubium, qui cum Romano in conſ.* 107. & *Alex. in conſ.* 52. *lib.* 1 *num.* 4. & *Gozzad. in conſ.* 103 *numer.* 21. *ac Morot. in conſ.* 62. *nu.* 22. & *Calper. cap.* 100. *quæſt* 2. *num.* 18. & finaliter *Magon. deciſ. Florent.* 100. *num.* 2. poſt cæteros, qui tenent negatiuam ſententiam, pro veritate autẽ videas *Scrader. de feud. p.* 8. *cap.* 7. *Freceiam de ſubfeud. lib.* 2 *limitat.* 6. *ſuper conſtit. Diuæ memoriæ, nu.* 5. *Dom. Reg. de Ponte in cit. dec.* 11. & *Reg. Sanſelic. dec.* 103.

19 An autem detur talis prælatio Baroni, ſi vaſſallus, vel vniuerſitas vult vendere aliquam rem, pro hoc articulo videas in primis Pragmaticã Regis Ferdinandi Primi, vbi ſtatuitur, vt non permittatur Baronibus prohibere vaſſallis, vt non vendant cuicumq; voluerint, ſed uendant ipſimet Baroni, quæ incipit, *Officij noſtri debitum, tit. de Baronib. & Domin. Iudex M. C. Capiblanc us tit. eod. de Baron. ſuper eadẽ Pra-*

20 *gmat. num.* 212. vbi tenet negatiuam partem, dicens nec poſſe adſtringere vaſſallos ad ſibi vendendum, imò neq; locandum licet ſecùs ſeruatum, atque deciſum fuiſſet in S. Conſilio, vt ipſemet refert in cauſa Marchionis Lauri cum eius vniuerſitate,

vbi

Digitized by Google

vbi fuit data prælatio dicto Marchioni ſoluto prætio, ſicut alij ciues. Actuarius fuit Franciſcus Antonius Cioffus, eſt enim Baro primus ciuis habetque vſum
21 in territoriis demanialibus, imò neque poteſt prohibere vaſſallos paſcere in territorio demaniali ipſius Boronis, quatenus
22 concernit vſum ipſorum per *textum in l. vſum atque, C. de aquæduct.* allatum vna cum aliis DD. à *Dom. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. in tit. 32. §. 2. n. 1. 2. & 4.* & ſi Baro poteſt prohibere vaſſallos, ne capiant piſces in flumine, vide *Annæ ſing. 58.* & an venationem in ſyluis, eundem in *ſingular. 59.*

24 Pro habenda tali prælatione Baro non poteſt emanare banna, vt nemò vendat, eo irrequiſito, vt teſtatur fuiſſe ſimiliter deciſum *Ioſ. Mar. Nouar. d. in collect. Prag. Regni Neap. in Pragm. 1. tit. eodem de Baronib. collect. 28. nu. 23. verſ. quod autem arbitrarium, &c.* in eadem cauſa Marchionis Lauri cum eadem eius vniuerſitate, vbi pariter fuiſſe prouiſum refert idem *Nouarius eod. loc.* eadem in cauſa habere locum
25 etiam in rebus comeſtibilibus, videlicet, vt Baro non poſſit facere ordinationes, vt nemo uendat piſces, aut carnes, niſi ipſo requiſito, videas ea, quæ per *Dom. de Franch. in deciſ. 197. & Capyc. in deciſ. 209. num. 31.* ex doctrina *Baldi in l. obſeruare, §. proficiſci, 4. col. ff. re offic. proconſul.* imò non tollitur prima ciuilitas per ſuperueniẽtem dignitatẽ, *textus in l. filij §. Senatus, municipale, l. fin. ff. de Senatorib. & Addentes ad Dominì Capycij deciſ. num 5.* Verùm hoc
26 ſupradictum limitatur in caſibus, quando Baro per neceſsitatem ſui victus, ac familiæ cogeret ad ſibi uendendum, ſicut inter vniuerſitatem Theani, ac Illuſtriſsimum, & Excellentiſsimum Principem Hoſtiliani fuiſſe deciſum, refert idem *Nouarius vbi ſupra, num. 26.* nec omittas ad hunc articulum uidere *Rendellam de iure protbomiſ.*
27 vbi Baro dicitur principalis ciuis, *Dom. de Franch. deciſ. 197. num. 18. Dom. Regens de Ponte conſ. 47. nu. 3. vt in Extrauaganti Sanctimus, in §. in primis, in textu,* ibi, *Sub eodem ſeruitio, à un. 62. cum ſeqq.* vbi de eadem deciſione Marchionis Lauri cũ eius vaſſallis, ut ſupra teſtatur dicens non eſſe ad talem deciſionem attendendum, nam fortè illa uniuerſitas habebat quædam cõmunia cum ſuo Domino, & ratione cõſortij habuit dictam prælationem, uideas eumdem *Rendellam in tit. de feudis foreſt. &*
28 *aqu. par. 2. de defenſis Baronum, & 3. par. de defenſis vniuerſ.* & quod dictum eſt, non poſſe Baronem cogere uaſſallos ad commodandum, etiamque ad hoſpitandum ſo-

raſterios, dummodo in contra ium non ad-
29 ſit conſuetudo, ſicut fuiſſe deciſum, inter Vniuerſitatem Theani, & Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Principem Hoſtiliani, refert idem *Nouar. vbi ſupra, num. 28.*

Ad id, quod *Afflict.* ſubdit in fine ſuperdictæ huius queſtionis, quod aliud pro alo, inuito creditore ſolui nõ poteſt, iuxta *textum in l. eum, à quo, C. de ſolutionib.* ſed hæc regula fallit in pluribus caſibus, ut per *Ioſam in d. l. eum à quo.*

SVMMARIVM.

1 *Dictum Domini de Bottis qualiter intelligatur.*
2 *Ius congrui an locum habeat in re loco pignoris habita.*

AD *verſ. ſed quæro de quadam vtili quæſtione, n. 17.* adde eundem *Afflict. in deciſ. 338.* vbi hoc idem ait, & tenet, uide *Couarruuiam variarum reſolutionem libr. 3. cap. 11. citatum à Iacobo de Bottis in apoſtilla ad conſuetudinem primam incipientem, In venditione, lit. C.* & *Ioannem Angelum Piſanellum,* qui declarando id, quod dicit de *Bottis,* ait, hoc procedere, dummo-
1 do infra tale tempus non fuerit facta ſolutio: alias ſecùs ſi facta ſolutione, ut in *apoſtilla ſequenti, lit. C.* ſed quid ſi paciſcerunt iure ſe, ut res teneatur iure pignoris, *Afflict.* noſter facit *deciſ. 339.* vbi refert
2 deciſum, ut ius congrui minimè locum habeat in ea, ità *Benedellus in animaduerſionibus impreſſis in tractatu iuris congrui, Proſper Rendellæ animaduerſione, quæ incipit, Eſt notandum fol. mihi 367.* pro ſolutione uerò quæſtionis uide *Vrſillum ad Afflict. in citata deciſ. 338.* & *Paulum de Caſtro in conſ. 101. citatum ab eodem Afflict.* & *Boer. in deciſ. 112. citab eodem Vrſil. in dec. Afflict.* qui tenet contra *Afflictum.* & *Scipionem Buccinum in apoſtilla de validitate, in conſuetudine prima,* uide *Bardũ in quæſtio. 12. tract. eodem, num. 2.* qui tenet cum *afflict.* hic, & cũ ſupra citatis DD. & cum *Banedeha princ. conſt. n. 129. & 132.* qui ſimiliter ità tenet, & *num. 129. verſ. quod militat,* ubi inquit, hoc pactum eſſe naturale, ut donec prætium non ſoluatur, dominum non transferatur, *§. vendita, Inſtit. de rer. diuiſ.*

Sed quid in vẽditionibus factis ſub aliis conditionibus uidelicet, caſualibus ſub modo, adictionis in diem, vel pacto legis commiſſoriæ, uideas eumdem *Bardum vbi ſupra, eodem num. 129. & eundem Boerium deciſ.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui an locum habeat in re, quæ habetur loco pignoris, vel emptionis.*
2 *Ius congrui an locum habeat super re possessa ab aliquo, non tamen domino, referuntur decisio.*

1 AD vers. *sed quæro, num.* 23. ibi *Quid sit potius pignoris liberatio, quam emptio, & consequenter, ut non habeat locum ius protimiseos, adde Bendedlum in princ. constitut. in 35. limitat. fol. mihi* 33. *num.* 222. ità *Negusant.* tenet, emptionem non esse, cùm sit de re sua facta emptio, ut in *tract. de pignorib. in memb.* 2. *par.* 7. *fol. mihi* 266. *in volum. parvo, in ampliat.* 14. *num* 15. & si creditori detur ius congrui, qui tenet, bona debitoris loco pignoris, & si, uel ne contra ipsum uti potest, uideas *Vrsillum ad Afflict. in decis.* 339. *Paris. consil.* 82. *num.* 31. 32. *vulumin.* 3.
2 *Gratian. discept. forens.* 526. *nu.* 31. & 32. hic etiam articulus fuit controuersus in supradicta causa inter Dominum Scipionē Macedonium contra dictum Carolum Carmignanū, ubi dicebatur pro parte dicti Scipionis inter alias rationes allatas ad sui beneficium pro excludendo supradicto Carolo à petiro iure congrui, quod dictus Carolus licet erat possessor rei, tamen non dominus, & tenebat rem ipsam loco pignoris qui deindè per Sacrum Consilium fuit condemnatus ad rem debitori relaxandam, solutis ei ducatis 1300. sui crediti, & fuit in anno 1620. Idem Actuarius, ut supra, & sic non dominus rei à latere, sed possessor rei loco pignoris conseruandi, uti creditor, ut ex allatis per *Dominum de Franchis in decis.* 69. *num.* 16. *& in de. cis.* 450. *num.* 3. & consequenter dum non habebat dominum, neque ius congrui habere poterat.

SVMMARIVM.

1 *Venditio rei pro pretio declarando per aliquem an sit nulla.*
2 *Obligatio eius ex voluntate alterius dependere non debet. Et qualiter intelligatur, num.* 3.
4 *Denunciatio sine pretii certiudine nil operatur.*
5 *Promissio dotis an remitti possit ad arbitrium tertii, vel sub voluntate promittentis.*
6 *Dominum an transeat in virum, si dos data fuisset in certa re æstimata per certam personam.*
7 *Legatum quando committitur in alterius voluntate, est inutile.*
8 *Dote relicta ad voluntatem alterius qualiter succurratur.*
9 *Maritus ad quid teneatur quando res æstimatæ in dotem dantur pro æstimatione declarande per duos si euenerit casus restitutionis, & quando intelligatur.*

AD vers. *ibi, prout declarabit Titius, in eodem vers. sed quæro*, videas
1 *Bendellum, ubi supra in* 36. *limitat. num.* 223. imò talem venditionem esse nullam, ut ait *Dom. de Anna in singular.* 373. *mortuo declaratore*, pro questione etiam videas *Gomez. variarum resolutionum, cap.* 2. *tom.* 2. *de empt. & venditio. ubi num.* 19. resolutiuè respondet, dicens *Obligationem eius, ex voluntate alterius pendere non*
2 *debere*, per *textum in Lin vendentis, C. de contrahend. emption. & venditio.* sed *in d. num. in eodem versicum* hoc ait esse intelligendum, quando contractus ponitur sub voluntate utriusq; contrahentis, de quo supra diximus in principio huius *constitutionis, §.* 1. circa venditionem factam, &
3 de pretio ad arbitrium tertii collato, quæ adde etiam *Gratianum discep. forens. cap.* 748. *num.* 56. & 57. *Gloſa in l. pacta conuenta in princ. in ver. ex gloſa in l. pacta conuenta. C. de contrahend. emption. & venditio.* inquit *Pretium emptionis debere esse certum, tam-*
4 *quam unum ex substantialibus cōtractus*, & quod denunciatio sine certitudine pretii nihil operetur in hac materia ius congrui *Tiraquel. de retractu lignag. §.* 6. *gloſa* 2. *num.* 2. *Surd. in cons.* 202. *num.* 4. *& cons.* 52. *n.* 52. *lib.* 1. *& lib.* 2.
5 Sed quid in dotis promissione, an possit remitti ad arbitrium tertii, vel sub voluntate promittentis, vel in arbitrium contrahentis, videas *Baldum Nouellum in tract. de dote, par.* 6. *in priuileg.* 8. *& 9.* & quid si fuerit data dos in aliqua re consistente
6 æstimanda per certam personam, an dominium transeat in virum, si ista certa persona nō extimauerit, videas *Soccin. cons.* 56. *vol.* 1. *& cons.* 60. *vol.* 3. *Couar. pract. quæst. c.* 28. *n.* 3.
7 At in legato quando committitur alterius voluntati, dic esse inutile, *textus* est in *l. Senatus, §. legatum, ubi gloſa, & DD. ff. de legat.* 1. nisi ad causas pias factū fuerit, nam tenet de iure canonico *iuxta textum in cap. cum tibi de testament.* & de communi opinione testatur *Ioannes Dilectus de arte testandi, tit.* 6. *de legatis, quæst.* 8. & *Tiraquell. de priuileg. piæ causæ in* 64. *priuil.* de qua etiam communiter testatur *Dominus Episcopus Riccius in*

ad-

Digitized by Google

addit. ad eundem Tiraquell. in verſ. qua tamen, fol. mihi 87. in noua impreſ. de cautelis pro conſulentis teſtatoribus facientibus talia relicta, videas eundem *Ioannem Dilectum in præcitata cautela* 8. vbi plu-
8 res refert cautelas: relicta verò dote ad arbitrium alicuius, tunc receditur a perſona arbitratoris, & recurritur ad arbitrium boni viri, ne vxor remaneat indotata, quod ſecus eſt in augumento dotis, apud *Gratianum diſcept. forenſ. cap. 254. num. 61.* & quod res æſtimatæ datæ in dotem pro ex-
6 timatione declaranda pes duos amicos, qui poſtea non electi ſunt, ad quid teneatur maritus, ſi euenerit caſus reſtitutionis illarum, videas dundem *Gratianum ubi ſupra citato cap. 254. num. 52. & 53.* imò collato pretio ad arbitrium tertii, corruit emptionis contractus, niſi illud declaretur, & arbtretur ab arbitrante, iuxta *text. in l. fin. C. de contrab. empt. §. pretium, Inſtitutio. de empt. & vend. tion.* quod ſecùs eſt fauore dotis: *Tunc enim tertio non arbitrante, recurritur ad arbitrium boni viri, & à perſona receditur, & reſtitutio ipſius non corruit.* Hæc ille. *Gratianus vbi ſupra, n. 54. & 55.*

SVMMARIVM.

1. *Ius protomiſeos, an procedat in tranſactione rem alienari prohibente.*
2. *Tranſactio fit de rebus dubiis, & ſic ſuper re non controuerſa non procedit.*
3. *Vbi æſtimatio, ibi venditio.*
4. *Retractus non datur, vbi non eſt pretium.*

AD decimum notabile, ibi. *Ex tranſactione*, adde, quod per tranſactionem
1 res non dicitur alienata, & conſequenter nõ eſſe locũ iuris protomiſ. ſicut hic per per omnes *Scribentes* concluditur in *ex tranſactione, Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. num. 60. in gloſa 14.* eſtque ratio,
2 nam tranſactio fit de rebus dubiis, iuxta *textum in l. ex pluribus in princip. ff. de ſolut. textus in l. ſi ita quis, §. fin. ff. de verbor. obligationib. niſi de certa re, vbi gloſa & Doctores, C. de tranſactionib. gloſa in l. 2. C. eodem*, citatos à *Surdo in deciſ. 176.*
3 *nu. 2.* nam dubium æſtimare eſt difficillimum, *Doctores in l. 2. C. de reſcindenda venditione, Domin. de Franchis in decis. 159. num. 7.* & ſuper non controuerſum tranſactio minimè valet, idem *Surd. in decis. 132. num. 19.* & vbi æſtimatio rei non eſt neque ibi pretium erit; pretium enim præſupponit extimationem, argumẽto *l. quoties, ff. de iure dotium, Dom. de Franchis in decis. 54. nu. 16.* vbi enim æſtimatio, ibi venditio, *textus in l. fin. C. de prediis curialium, lib. 10.* & per eundẽ *Afflict. in deciſ. 72. n. 9.* & vbi nõ inter-
4r uenerit pretium, nec ibi adeſſe poteſt retractus, *Cynus in l. ſi non donationis, C. de cõtrabend. empt.* allatus à *Bendello in principio conſtitutionis num. 1892. limitat* ſed ſi poſt ſententiam fit tranſactio, ſecus eſt cum non tranſactio, ſed rei dimiſſio diceretur penes detentorem, ſed rei dimiſſio diceretur penes detentorem, & in tali caſu locum haberet congruum, iuxta notata per *Rendellam hic in uerſ. ex tranſactionem n. 5. uerſ. ſecus*, inducta eſt enim tranſactio ad finiendas, ac demoliendas lites, ad *textum in l. eius rei, ff. de rei uendic. l. eleganter, §. ſi poſt rem iudicatam, ff. de cõdit. indebit. l. ſi eam, C. de tranſact.* Sed quid appellatione pendente, dic poſſe tranſigi, ut per *Fontanellam de pactis nuptialib. in clauſ. quarta, gloſ. decima p. 1. num. 80.* alios, caſus in quibus poſt ſententiam poteſt tranſigi, videas apud *Myſinger. obſ. 47 per totam.*

SVMMARIVM.

1. *Ius congrui in diuiſione an detur?*
2. *Conſocius an præferatur in re diuiſa.*
3. *Ius congrui an detur in re vni peruenta ex diuiſione.*
4. *Ius congrui an detur conſocio vnſpecta conſuetudine Neapolis. Et quid vbi adſunt parentes, & coniuncti.*
5. *Res communis mea eſt.*
6. *Res communis alienari poteſt per Fiſcum*

AD *verſ. quid in diuiſione, num. 25.* videas *Benedellum in principio Conſtit. nu. 73. fol. 21.* qui refert hanc quæſtionem per *Tiraquellum* non fuiſſe reſolutã, licet in affirmatiuam ſententiam inclinare videtur, videlicet, quòd ſit locus iure cõgrui, quod ſecus ait *Napodãus*, quẽ ſequitur *Alexand. in apoſtilla* incipiẽte *Fuit quæſtium, in conſuet. ſi quis habet, poſt gloſam pro indiuiſo, num. 102. lit. G.* vbi diſputãt quæſtionem, & concludunt non
2 eſſe locum congruo, nã conſocius præfertur, ſicut & condominus ratione ſui dominii, qui idem *Anton. de Alex.* refert, ſic fuiſſe deciſum in cauſa Comitis Muri, cum Ioanne Villamari, ita etiam *Iacobus Anellus de Bottis in apoſtilla* incipiente. *In venditione rei, ad conſuetudinem primã, per gloſam Pariſienſem in §. 1. gloſa 9. num. 42. Guid. Papa in deciſ. 602.* vbi inquit, quod ſi in diuiſione tota domus per-
3 uenit ad vnum ex propinquioribus, ceſſat ius congrui, ita *Caſanens in conſ. 144.*

Nul-

Nullus est magis vicinus, quàm ille, qui pro indiuiso possidet. Manilla in consuet. Barcinon. Baros. num. 10. de iure contractus, & per nos supra in §. 1. notab. 4.

Tamen nota, quod in hoc est considerandum ius nostrum consuetudinarium, & constitutio presens; de iure enim consuetudinario certum est, quod in diuisione non habet locum ius congrui pro vicino, sed semper est præferendus condominus, ac socius rei, de iure constitutionis, idem est dicendum, sed attenta certa dispositione cõstitutionis huiusce, scilicet, ut prius parentes, qui sunt coniuncti, deindè socii vocentur, postea condomini, licet non sint parentes, ut ex *textu eiusdem constitutionis*, eiusdem verbis colligitur ibi, *In primis parentes, qui sunt coniuncti, vocentur, postea socii*: sed ubi non adessent parentes, nec socii coniuncti, tunc veniunt vicini extranei, & habentes maiorã partem in diuisione, & ius potentiùs, licet non præuenerint, ita apud *Gratianum disceptat. forens. cap. 745. nu. 13. & 16.*

Nec valet dicere, quod dùm res cõmunis etiam dicitur mea, iuxta *textum in l. serui electio, §. 1. ff. de legib.* & consequenter in re propria non datur congrui ius, nàm impropriè, ac fictè appellatur mea, res communis, ut ait *Surd. in decis. 263. num. 2. per textum in l. illud, ff. de rita nuptiarum*, licet de parte, ac re sua, & non de illa socii possit quis disponere, iuxta *regulã l. quod nostrum, ff. de regulis iuris*, quæ fallit in Fisco, qui priuilegium retinet rem communem alienandi, etiam quoad partem socii, ad *textum in l. 2. C. communium rerum alienat.*, communio enim operatur, ut quilibet habeat partem in re communi; *Gratian. discept. forens. cap. 116. num. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui an detur in re alienata per laudum.*

2 *Constitutio Regni, Sancimus, non in alienatione necessaria, sed voluntaria procedit.*

Ad vers. sed rursus, ut in princip. huius constitut. Sancimus, videas *Benedellum*, 1 vbi etiam sic tenet limitando regulam non procedere in alienatione facta per laudum, allegat *Capyc. decis. 99. Antonin. de Nigris* 2 *super Capitula Regni. & super hãc eamdem constitutionem Sancimus*: nam præsens cõstitutio non de alienatione necessaria, sed de voluntaria loquitur, ut supra dictum est, & per *Cagniolum in l. 2. C. de pactis inter emptor. & venditorem quæst. 31. de Laurent. decis. 143.*

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui locum habet in contractibus dolosis, vbi alias locum non habeat, & qui sint illi contractus, & quomodò probetur, num. 3.*

2 *Pœna contrahentium in fraudem iuris congrui, quæ sit.*

3 *Contractus in fraudem iuris congrui, quomodo soleant fieri.*

4 *Fraus eneruat quod sequitur ex ea.*

Simulatio contractus quid sit, & qualiter probari possit. 8. 10.

5 *Probatio nulla maior, quàm partis aduersæ confessio.*

Probatio per confessionem tantum valet, quantum per testem.

6 *Testimonium nullum manifestius, quam qualitas inspecta verborum.*

Confessio facta parte absente quid operatur.

7 *Testator mandans usuras restituti, ex ipsa confessione parte absente potest conueniri, etiam reuocato testamento.*

Confessio extraiudicialis transfert onus probandi in confitentem.

8 *Simulatio instrumenti, potest per testes probari, & quando fallit. Et quod testes requirantur. 9.*

9 *Testis unus de veritate probat semiplenè.*

10 *Fraus quibus modis fieri possit, & probari in contractibus interuenisse. 11. 15.*

11 *Confessio inter suspectos emanans dicitur simulata.*

Verba enunciatiua quando non inducant probationem, etiam inter easdem partes.

12 *Confessio mariti de dote restituta vxori propter inopiam, an valeat sine instrumento.*

Debiti confessio non probat debitum.

Temporis modicitas quid operetur. 16.

13 *Præfectiones quem effectum habeant.*

Proœmium declarat sequentia.

Datio insolutum quando præsumatur facta in fraudem iuris congrui.

14 *Porticus Ecclesiæ gaudet etiam immunitate.*

15 *Conexitas rerum quid operetur.*

16 *Dispositio, quæ concernit partem, trahitur ad totum in indiuiduis.*

17 *Fraus in contractu donationis interuenisse quando præsumatur.*

18 *Donatio simulata ex quibus coniecturetur.*

Terra malos homines educat.

19 *Iuramenti vis, & potestas quotuplex sit*

Contrarium contra iuramentum probari num quid possit, & quando.

Verbum exigere quid importet, & significet.

20 *Periurii pœna, & de periurio multa.*

Deus de periurio contristatur.

21 *Emptor an habeat regressum contra ven-*

Digitized by Google

torem de euictione in iure congrui, vbi probatum eſt periurium.

22 *Emptor contra legem mercatus quomodo puniatur.*

23 *Lex imponens pœnam, & non dicens cui Fiſci eſt.*

Pœna, quæ applicantur Fiſco pro delictis, cenſentur ius Regium.

24 *Fiſcus non tollit ius vicini per publicationem bonorum in iure congrui.*

Clauſula, ſaluo iure cuiuſcumque in omni conceſſione videtur appoſita.

25 *Fiſcus ſuccedens bonis ex aliquo delicto habetur loco hæredis.*

26 *Fiſcus re euicta, non tenetur niſi ad ſimplũ, etiãſi expreſsè ſit promiſſa euictio ultra ſimplum.*

27 *Periurium aggrauat mendacium.*

28 *Contractus ſimulatus factus in fraudem iuris congrui, ũ ſit nullus, vel annullãdus*

29 *Probatio qualis requiratur in iure congrui, vbi venditor fatetur ſimulationem, emptor verò non.*

Iuramentum ſemiplenè probanti non defertur in pœnis inferentis.

§. QVARTVS.

Niſi quis.

Diuiditur in tres partes. In prima parte dicit, quod in quantum dictum eſt in
1 §. præcedenti, quod in certis contractibus non habet locum ius congrui, hoc verum, ſi illi contractus fiant bona fide, & ſine fraude. Sed ſi fiant in fraudem iuris congrui, puta contrahentes volentes fraudare vicinum iure congrui, faciunt contractum, in quo nõ habet locum ius congrui, & in veritate inter eos agebatur de vendendo, iſto caſu habet locum ius congrui, quia fraus ſemper intelligitur excepta, & iſta prima pars durat uſque ibi, ideò illi, hęc eſt ſecunda pars, vbi dicitur qualiter poterit probari fraus, videlicet, quod contractus, in quo non habet locum ius congrui, fuit celebratus in fraudem emptionis, & venditionis, & ſic in fraudem iuris congrui, & dicitur in litera, quod vicinus poterit Iudicis auctoritate exigere iuramentum à venditore, & ab emptore, ſi eorũ intentio fuit emere, & vendere, vel permutare, vel facere contractum, in quo non cadit ius congrui, & ſi contractus ille fuit fraudulenter factus, vel ſimulatus, & ſi per eorum iuramentum conſtabit de fraude, vel ſimulatione, habebit locum ius congrui in donatione, vel alio contractu, & ſi per eorum iuramentum nihil conſtat de fraude, nec aliter per probationes de fraude conſtare poterit, tunc vicinus excluſus eſt à iure congrui, quia deficit ſibi probatio fraudis, & actore non probante, reus abſoluitur, & hæc ſecunda pars durat uſque ibi, ſin autem poſt iuramentum, & hic eſt tertia pars, vbi dicitur qua pœna puniuntur contrahentes, ſi poſtquam iurauerunt, quod contractus factus ſine fraude, & ſine ſimulatione, vicinus probauit de fraude, vel ſimulatione, & ſic illum contractum fuiſſe factum in fraudem iuris congrui, & dicitur, quod primò punitur pœna periurii, ſecundò punitur venditor, & emptor, quia venditor amittit rem, & emptor amittit pretium, & res, & pretium applicantur Fiſco, & poſtea Fiſcus tenetur vendere illis, quibus competit ius congrui. Sed iuxtà
2 hoc dubitatur, qua pœna punientur contrahentes, ſi antequàm exactum fuit iuramentum ab ipſis contrahentibus fuit probatum contractum fuiſſe factum in fraudem iuris congrui, & dicitur in litera, quod puniantur iſta pœna videlicèt, quod tenentur ille emptor vendere minus iuſto pretio, non ultra, dimidiam iuſti pretii, ſed arbitrio Iudicis infrà dimidiam iuſti pretii, rem illam illis, quibus competebat ius congrui, hoc dicit uſque ad §. prohibemus.

Primò nota ex textu, quod quando in fraudem iuris congrui fit contractus donationis, vel dationis in ſolutum, vel permutationis. vel alterius contractus, in quo non habet locum ius congrui, quod nihilominus per fraudem, vel ſimulationem adhibitam inter contrahentes, habet vicinus ius congrui, ut hic, quia in omni diſpoſitione fraus ſemper intelligitur excepta, ut in *l. creditor, §. Lucius ff. mandat. & in l. ſi pater, ff. de priuilegiis credit. & in cap. 1. qualiter olim feudum, alien. pot. & in l. Imperialem, §. calidis, de prohib. feud. alien. per Fed.*

3 Secundò nota ex textu, quod illud, quod fit in fraudem, non valet in præiudicium illius, cuius fit fraus, ut hic, & in *l. 2. in priu. ff. de iur. fiſc. & ff. de dol. except. apud §. ſi quis, & ff. de calum. l. 1. in princ. & C. mandat. l. vlt. §. ſed, & ſi quis, & C. de pr. bono. ſubl. l. 1. & C. de fraud. patrimo. l. fin. lib. 10. & de præd. cur. eod. lib. ff. qui ex cau. in poſſ. eat. l. fin. & in d. §. calidis.*

Tertiò nota ex *text.* ibi *ſimulatę donauerit*, quod illi, qui volunt fraudare vicinos iure congrui, faciunt cantare inſtrumentum in forma donationis, in quo contractu non habet locum ius congrui, & poſteà occultè ſoluunt prætium, arg. *d. l. fin. §. ſed & ſi quis, C. mandat.* aut rem occultè ſuſcepterit, & ſic fit fraus de contractu ad contractum, iuxtà tanta in *cap. quantò, de priuileg. & in l. fraus. ff. de leg. & in reg. certum,*

Digitized by Google

tum, de reg. iur. in vi. ſicut dicitur in vxore, quæ non poteſt donare viro, per *tit. ff. de donat. inter vir. & vxo.* ſi vendit rem marito, & confitetur prætium recepiſſe, non valet venditio, vt *ff. de donat. inter vi. & vxo. l. ſi ſponſus*, quia eſt ſimulata per *tit. C. plus vale quod agitur*, ſic in caſu noſtro non valet donatio in præiudicium vicini, quia eſt facta in fraudem iuris congrui, vt hic, & ſic vicinus poterit habere ius congrui, ſicut ſi venditio facta eſſet, & idem ſi fieret fraus de contractu venditionis ad alios contractus, in quibus non haberet locum ius congrui, quia ſi quid fiat in fraudem, non valet quod ſequitur ex eo, vel ob id vt in *l. non dubium C. de legibus*, & notat *Hoſtien. in ſumm. de emption. & vendit. §. qualiter reſcind. verſic. illud autem.* quid autem ſit ſimulatio, notat *Bald. in l. ſi ex pacto, C. ſi cert. pet.* & quoniam materia ſimulationis eſt diſperſa in iure, & de hoc reperiuntur multi tractatus, & multa conſilia diuerſorum Doctorum, & ego iſtam materiam plenè examinaui per plures chartas, ſunt circa tres anni, in *cap. 1. de feu. dat. in vicem leg. commiſſ. de uſib. feud.* ideò mea omitto, maximè cum hic non ſit in materia ſua, nec conuenit materiam vnius loci trahere ad alium. *§. fin. Inſt. de iur. perſon.* ſed tantum hic dicam in ſequenti notabili ea, quæ faciunt ad præſentem materiam.

Quartò nota ex textu modum probandi, contractum fuiſſe factum in fraudem iuris congrui, videlicet, quod vicinus poſſit exigere iuramentum à venditore, & emptore, videlicet, an contractus donationis, vel dationis, in ſolutum, vel permutationis, & ſimilium fuit in fraudem iuris congrui, & ſimulatè conceptus, & ſi ipſi iurauerint timentes eorum conſcientiam, & periurium, quod in veritate inter eos agebatur de vendendo, ſed vt fraudarent vicinum iure congrui, fecerunt contractum donationis, &c. certè probata eſt fraus, quia nulla
5 melior probatio, quàm partis aduerſæ confeſſio vt in *l. qui de inofficioſo, in fin. ff. de inoffic. teſtament. & cap. quoniam per confeſſionem de prileg.* & alibi dicitur, quod tantum valet probare per confeſſionem, quantum per teſtem, vt in *d. l. ſi de inofficioſo, et ff. ſolut. matr. l. Titia, et C. de in ius voc. l. 2. in fin. et C. de tranſact. l. cum te, et l. ſi de poſſeſſione*, & notat *Andr. in cap. 1. qui teſt. ſint neceſſ.* immo quando confitetur, non ſunt neceſſarii teſtes, ſecundum *And.* vbi ſupra, & patet *Matt. 14. et 25. cap.* ibi, *Quid adhuc egemus teſtibus*; pro quo eſt *text. C. de donat. l. illam* ibi, *Quid opus eſt teſtibus, &c.* vndè ſi pars confitetur aliquo modo, quod volebat emere, vel ſe examinando tanquam principalem, vt ſolet ſæpius contingere, dicit, quod ſe refert ad inſtrumẽtum uenditionis, & inſtrumentũ cantat de donatione, vel de datione in ſolutũ, & ſic appellat donationẽ, vel dationẽ in ſolutũ venditionẽ, certè probata eſt intentio vicini, quia loquela ſua manifeſtum ſe facit, dicit *Bald. in conſ. ſcbiſmatis poſito in rubr. C. ſi aliquem teſta. prohib. & in l. tres de-*
6 *nunciationes, C. quamod. & quan. iud.* nullum enim eſt manifeſtius teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum ſecundum *Caſſiod.* quem refert *Bald. in l. ad cognoſcendas, C. de inge. man.* ſed quid de confeſſione facta parte abſente, putà quia contrahentes extrà iudicium parte abſente, confeſſi fuerunt, contractum fuiſſe factum in fraudem iuris congrui, an talis confeſſio probet contractum ſimulatum certè ſic, quia tali confeſſio licet non ſufficiat ad obligationem inducendam, ſufficit tamen ad probationem faciendam, vt notat *Cyn. in l. nequicquam, §. vbi decretum, ff. offic. proconſ. & in l. generaliter, C. de nõ num. pecu. per l. Publia, §. fin. ff. depoſit.* & notat *gloſ. in l. cum de indebito, §. fin. ff. de probat.* Item ſufficit etiam ad liberandum, vt in *c. ex parte, de conſe. & in l. ſi confeſſus ff. de cuſtod. reo. & in l. generaliter, & in d. l. 1. §. ſi quis abſentis, de confeſſ. et in l. non ſolum, §. liberationis uerbo, ff. de lib. legat. et Bartol.* cõſuluit in *conſ. ſuo incip. In Dei nomine Amen.* In primis eſt videndum, an confeſſio facta parte abſente, de quo per *Lud. in l. nuda ratio ff. de donat.* item confeſſio facta parte abſente eſt valida, quando tẽdit ad declarationem actus, qui erat ambiguus ſecundum *Bart. in l. cum quis decedens, ff. codicillis ff. de leg. 3.* item ex his, quæ quis dicit extra iudicium, parte abſente, inducitur vera probatio cauſa ſui vt dicit *gloſ. in l. Fulcinus, §. quod autem, ff. qui ex cau. in poſſ. ea* licet *gloſ.* illa nihil alleget, tamen *Bart.* ibi eam expreſſè approbat per *l. quæro, §. fin. ff. de ædili edict.* facit ad hoc *gloſ. in cap. quamquam, ſuper verſic. idoneæ, de vſur. lib. 6.* vbi ſi teſtator mandat uſuras reſtitui, quod ex ipſa confeſſione parte abſente poteſt conueniri, etiam reuocato teſtamendo, & hoc eſt ſpeciale in odium vſurarum, regulariter
7 tamen contra, ut notat *Bart. in l. Lucius. §. quiſquis de leg. 2.* ſed pro hoc facit *gloſ. in §. aliæ, Inſtit. de act.* vbi dicit, quod in his, quæ dependent ex voluntate noſtra, ſtatur pleno noſtro dicto cum iuramento, ſed ſine ſacramento ſemiplenè, & pro hoc videtur *text. in cap. ſi verò aliquis, de ſent. excom.* & eſt alia *gloſ. in cap. ſignificaſti, de hom.* & illam

Digitized by Google

lam *gloſ.* allegat *Bald. in conſ. ſchimatis, in* 10. *colum.* hoc etiam notat *Bart. in l. 2. §. ſi à pupillo, ff. pro empt.* & ſi patet, quod ex confeſſione facta extra iudicium partis abſentis poteſt probari contractus ſimulatus, quod patet etiam, quia confeſſio extra iudicium transfert onus probandi in confitentum, & conſequentur inducit probationem, ut notat *Bald. in l. cum falſat. C. de iur. & fact. ignor.* item confeſſio extra iudicium operatur pactum nudũ, ſecundũ *Bartol. in l. omnibus, §. fin. ff. de pact.* item operatur indicium ad torturam, ut 1. *capite quinto per Bart. ff. de adult.* & tenet *Rota deciſ.* 180. quæ incipit, *licet confeſſio*, & aliquando poteſt ex tali confeſſione damnari, ut tenet *gloſa in c. per inquiſitionẽ, de elect. & ibi Innocent. & glo. lo: 2. q. 1. cap. multi, & in cap. quàm ſit graue de exceſſ. Prælat. & in cap. at ſi clerici, de iudic.*

8 Secundò dico, quod poteſt probari fraus, & ſimulatio per teſtes, & ipſis teſtibus creditur contra inſtrumentum, dicit *glo. in auth. de fid. inſtrumen. §. ſi verò aliquis, & gloſ. in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſid.* licet aliter *gloſ.* dicat in *d. l. generaliter*, tamen *Iacob. Butr.* ibi tenet, ſimulationem inſtrumenti poſſe probari per teſtes hoc etiam expreſſius tenet *Bal. in l. 1. C. plus vale. quod agitur, et Petr. de Peruſ. & lo: de Imol. in cap. ad noſtram, de empt. & vendit.* & pro hoc facit *l. multum, C. ſi quis alteri, vel ſibi, & C. de donat. inter vir. & uxor. l. non eſt, & l. ſi filii*, fallit ſecundum *Petr. de Peruſ. in d. c. ad noſtram*, niſi contractus eſſet factus in ſcriptis, ità quod ſchiptura eſſet de ſubſtantia contractus ipſius, quia tunc nõ poſſit probari contrarium, niſi per contrariam ſcripturam, vt notatur in *d. l. generaliter.* Secundò fallit, quando ex ſcriptura reſurgeret probatio iuris, & de iure, cõtra quam non admittitur probatio in contrarium, ut in *c. is, qui de ſpon.* & notat *Cyn. in l. ab cauſam, C. de contrab. & commiſ. ſtipul. & l. antiquæ, C. ad Velleian. et in l. fin. C. arb. tutel.* Sed hoc eſt verum, niſi probatio ſit admiſſa contra præſumptionem iuris, & de iure: nam tunc valeret, ut dicit *Innoc. in cap. fraternitatis de frigid. et maleſic.* & de iſto dicto facit feſtum *Ludo. in l. certi condictio, in §. quoniam, ff. ſi cert. pet.*

9 Sed quæro, quot teſtes requiruntur ad probandam ſimulationem cõtra inſtrumentum, dicit *gloſ. in §. ſi verò aliquis in auth. de fid. inſtrum.* quod quatuor teſtes requiruntur. Sed *Specul. in tit. de inſtrud. §. reſtat, ver. ſed pone*, dicit, quod duo ſufficiunt, per *l. vbi numerus, ff. de teſtib.*

Iud: eſt, quod dicimus, quod ſi ego probo per inſtrumentum, Titium contraxiſſe mecum Neapoli, & tu probas per duos teſtes te eodem die fuiſſe Romæ præualent iſti duo teſtes inſtrumento, ſecundum *Specul. ibi ſup.* item tenet *Bal. in l. exercendis, C. de fid. inſtrum.* Nec obſtat *gloſ.* in contrarium allegata, quia illa eſt vera, quando per directum fieret probatio contra inſtrumentum, ſecus ſi fieret per indirectum, quia tunc ſufficiunt duo teſtes; ut in contrario. Sed unus teſtis de veritate ſufficit ad probandam ſimulationem, vel fraudem, quod non reperio in *Specul. in tit. de teſt. §. reſtat*, vbi ponit caſus, in quibus creditur uni teſti, ideò dico, quod unus teſtis de ueritate probat ſemiplenè, ut eſt *gloſ.* communiter approbat in *l. admonẽdis, ff. de iureiur. & in l. bonæ fidei, C. eod.* & ideò ſi eſſet vnus teſtis de veritate, & duo de fama, quod contractus in veritate fuit factus de vendendo, licet dicat de donatione apparenter probata, eſſet plenè ipſa ſimulatio, ut dicit *Bald.* in ſimili in *cap. 1. de controu. inueſtit. & Ludou. in d. l. admonendi*, & notat *gloſ. in cap. de appell. & l. 2. vbi Bart. ff. de excuſ. tuto. & in c. 1. §. præterea, de teſt. & in Specul. de teſt. §. reſtat, ver. 25.*

10 Tertiò probatur ſimulatio per cõiecturas, *l. ſi ſeruus ſeruũ, §. fin. ff. de leg. 1.* ſecundũ *D. D. in d. cap. ad noſtram*, & notat *Bald. in l. 3. C. plus vale, quod agitur, & in l. eos, C. de uſur.* item probatur per varias præſumptiones, & indicia, ut in *cap. illo vos, de pig.* & notat *Dom. Car. in Cle, ex grandi. de uſur.* & ſciendum eſt, quod multis modis poteſt fieri fraus, ut dicit *Bald. in l. non dubium, C. de legib.* ubi enumerat multas fraudes, & etiam *lo: Andr.* multas alias collegit in *d. c. ad noſtram*, & dixit de iſtis fraudibus aliqualiter in *d. cap. in materia legis cõmiſſoriæ*, & quot modis fit fraus, ut in *l. ab Anaſtaſio, C. mand. & in l. emptor, ff. de aqu. pluu. arcen. & in Spec. de donatione, §. 1. verſ. item pone aliquis*, tamen hic videbimus de aliquibus præſumptionibus inducentibus fraudem in materia iuris ideò dic, quod præſumitur, fraudem eſſe adhibitam in contractu dationis inſolutum in fraudem iuris congrui, ſi probetur, quod præceſſit tractatus de vendendo, & poſtea incontinenti ſecuta fuit datio inſolutum, ſecus ſi ex interuallo, dicit *Iacob. Butr. & Bart. in l. pacta nouiſſima, C. de pact. & Ludoui. in l. ſi quis cum alter, in* 14. *col. ff. de uerbor. obligat.* Tractus enim præcedens. de vendendo facit præſumere contractum dationis inſolutum in continenti ſubſecutum fuiſſe in fraudem iuris congrui celebratum, ſecundum quod in ſimili notat *Hoſtien. & Anton. de Butr.* notat in *d. cap. ad noſtram de*

Digitized by Google

nupt. & vend. & Bal. in l. multum, C. ſi quis alteri, vel ſibi, & Guillel. de Monte Laudano in clem. ex grandi. in §. cæterum, de uſur. & Ludou. in ſingular. ſuis in qu. in pacta de reuendendo, q. 13. & tenet *Paul. in conſ. 329. in princ. & Ludou. Roman. in cõſi. 90.* incip, *Viſis, ac pereuſtatis actis, et Angel. in l. item quia, §. idem Iuliano, ff. de pact. et Io: de Imo. in l. Titia. §. idem reſpondit, ff. de verb. oblig. et Angel. in l. 1. in 3. colu. ff. de ind. et Bald. in l. 3. C. plus vale. quod agitur.* item poterit probari fraus, ſi probe-
11 tur, quod nullum debitum præceſſit in veritate, ſed tantum fuit facta confeſſio, quod Titius eſt debitor in centum, & propterea obligat bona ſua, & ſignãter talem, & poſteà creditor cum decreto Iudicis recepit domum inſolutũ virtute hypothecæ, certè iſta datio inſolutem eſt tunc in fraudem iuris congrui facta, ut dicit *Alb. de Roſa in 2. par. ſtatu. in 2. quæſtion.* vndè non ſtatur dictæ confeſſionis ſcilicet, quod debitor receperat cẽtum nomine mutui, in præiudicium vicini, niſi appareat verum debitum per *l. qui teſtamentum ff. de prob. et in l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de leg. 3.* in quibus iuribus probatur quod cõfeſſio, quę emanauit inter ſuſpectos præſumitur ſimulata, & in fraudẽ facta, ſic in caſu noſtro facta fuit dicta cõfeſſio debiti in fraudẽ vicini, niſi probetur de vero debito facit *l. ſi forte. ff. de caſtrẽ. pec.* & ibi *Bartol.* dicens quod verba enunciatiuè emiſſa non inducent probationem etiam inter eaſdem partes, quando partes non potuiſſent liberè diſponere, & notat *glo. Ang. et DD. in l. ſi donatione, C. de collat.* vbi confeſſio patris, quod donat filio propter merita, non probat merita proceſſiſſe, idem notat *Bart. et Bald. in l. per diuerſas, C. mand. et in l. 2. ne liceat poten. et Cyn. in l. 1. in fin. C. de ſacroſanct. Eccl.* vbi dicit, quod confeſſio coniugis, quod tenetur coniungi, cui prohibetur donare, non probat, & notat, *Bart. in l. ſi conſtante, in antepenult. col. ff. ſolut. matr.* vbi fortius voluit, quod eſt præ-
ſumptio iuris, & de iure, quod fuerit fraus,
12 quando quis reſtituit dotem uxori propter inopiam ſuam, ſi de illa dote recepta non apparet inſtrumentum dotale, ſed tantum confeſſio mariti, & idem notat *Bald. in l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet. et in l. 1. C. de donat. ante nupt. et Io: Andr. in add. Spec. in rubr. de don. inter vir. et uxor. et Cyn. in l. quod de ſuo, C. de donat. can. et Bald. in l. ſi crediores, C. de fideiuſ. in lect. antiqua, et Bart. in l. Aurelius, §. fin. ff. de libe. legat.* & ibi *text.* optimus, & in *l. Lucius, §. quiſquis,* & ibi *text. et Bart. ff. de leg. 2.* vbi confeſſio debiti nõ probat debitum, & idem tenet *Ludouic. in conſ. 43. et in conſ. 50. & Bald. in l. 1. C. de inoffic. donat. et Angel. in conſ. ſuo,* incip. *A. condidit teſtamentum, & Paul. de Caſtro in l. Marcellus, §. quidam libertus, & l. l. cum hæres deducta, ff. ad Treb.* & idem in effectu notat *Io: And. in add. Spec. in tit. de reb. Eccl. non alien. in rubr. & Io: de Imol. in cap. 1. 21. col. ext. de depoſ. & in Specu. de confeſſ. §. nunc dicendũ, verſ. ſequitur;* ſed ſi probaret, quod in veritate recepit pecuniam, & factum fuit inſtrumentum de debito, & poſteà infra breue tempus recipit domum inſolutum. ex iſta breuitate temporis præſumitur datio inſolutum facta in fraudem vicini, allegat ad hoc *Pet. de Anchar. in conſ. ſuo 159. text. in cap. officii de elect.* & quod notat *Bartol. in l. poſt contractum, ff. de donat.* ſed ultra eũ facit *text. in l. pleriq; ff. de rit. nupt.* vbi mulier, quæ receſſit à marito, non multo tempore interpoſito, reuerſa eſt, cenſetur idem matrimonium, facit etiam, *l. quod calore, ff. de regul. iur. et 33. queſt. 2. cap. diuortium,* facit etiam *l. 4. §. ſi. ab ignoto, ff. de manum.* vbi quando fiunt actus à principio, quod euictio modico tempore habeat duraee, præſumitur emptio ſimulata, & ita dicit *Bart.* per illum *text. in conſ. ſuo,* incip. *Petrus Nicolæ.* facit *l. vxor. C. de repud. et ff. de rit. nupt. l. fin. extr. vt Eccel. benef. c. 1.*

13 Item, ſi probetur. quod domus illa recepta inſolutum fuit deſiderata per prius ab illo creditore, qui dixit, quod volebat emere, & poſteà reperitur, quod eam habuit inſolutum, quia per præcedentia declarantur ſequentia, ut notat *Bart. in l. ambitioſa, ff. de decr. ab ordi. fac.* facit quod notat *Ludou. in conſ. ſuo 15.* incip. *viſo themate. conſultationis,* vbi dicit, ex præfationibus declarantur ſequentia, & ex præfatione ipſius priuilegii colligitur finalis ratio eiuſdem inductiua, ut probatur *ff. de hæred. inſt. l. ult. et ff. de origi. iur. l. 1.* & ibi *Bart. et ff. de tranſact. l. cum hi, circa princ. et Bald. in 1. conſt. Cod. §. qu ibus,* & notat *Ludou. cõſ. ſuo 174* facit quod notat *Angel. in l. ſi. ſeruus §. ſi numerus, ff. de leg. 1.* vbi dicit, quod præfationes declarant voluntatem, ut in *l. ſi ita quis, §. idem reſpondit, ff. de verb. obligat.* & ideò dicit *Bal. in l. 1. ff. ad Macedon.* quod ex præfatione legis colligitur mens contentis, & eius intellectus, ut in *d. l. fin. ff. de hæred. inſt.* quem *text.* ibi ad hoc exclamat *Bald. in l. apud. Celſum, in princ. ff. de dol. except.* & notat etiam *Bart. in d. l. 1. ad Macedon.* proœmium enim declarat ſequentia, ut in *l. ſemper,* & ibi not. *ff. de reg. iur. Bald. in l. precibus, C. de impub. et aliis ſubſtit.* & notant *Scribent. in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. oblig.* undè dicit *D. Anton. de Butr. in clemen. 1. de elect.* quod præfatio

le-

Digitized by Google

legis demonstrat finalem intentionem consentis, *l. regula, §. licet, in ver. initium ff. de iur. et fact. ignor.* & idem notat *Bald. in l. ut liberis, C. de collat.* et *in his verbis, de falsa eam. adicta lega.* & est *text.* & ibi *Abb. sic in cap. ex multa, ex. de voto*

14 Item præsumitur datio insolutum facta in fraudem iuris congrui, si res illa erat coniuncta ei, cui fuit data insolutum, quia ratione illius coniunctionis presumitur datio insolutum fraudulenta, arg. *ff. de donat. inter vir. et uxor. l. si inter, et extra, ut Eccef. benef. cap. 1.*

Item quia res illa fuit antecessorum ipsius creditoris, & consequenter presumitur habuisse affectionem ad illam rem recupetandam, argumento *l. si in emptione ff. de minor. et l. 1. §. si rem, ff. si quid in fraud. patro.*

Item, quia res illa afferebat sibi commoditatem propter suam artem, vt in *d. §. si rem*, vnde hic probatis, clarè sequitur, quod in fraudem iuris congrui, fuit facta datio insolutum.

Item si probetur debitum realiter cõtractum fore solutum, quia solutione tollitur omnis obligatio, ut *inst. quib. mod. toll. oblig. in princ. cum simil.* vel si instrumentum cancellatum repertum est in domo debitoris, de quo in *l. si chirographum, ff. de prob. & in cap. sanè, extra de ren. nec. in glos.* nisi debitor fuisset familiaris creditoris, propter quod potuisset subtrahere dictum instrumentum, vt in *l. 1. §. sed ne furandi, C. de luti. libe. toll.* & fecisset eum conuenire, & postea daretur res insolutum, & indè occultè reciperet pretium rei, Nam ex quo occultè fit solutio, præsumitur, quod datio insolutum fuit fraudulenta, arg. *l. fina. ff. de rit. nupt. & l. uxor, C. de repud. et l. fin. C. mand. & d. c. 1. ut benefic. Eccle.* & consequenter habuit locum ius congrui, quia fraus non debet patro-
15 cinali, vt in *cap. sedes, de rescript.* & generaliter presumitur dolus, ubicumque petitio alicuius legitima exceptione doli elidi potest si is in ea perseuerat, ut *ff. de dol. except. l. 1. §. & generaliter.* idem dico, si per interpositam personam hęc fraus fieret, argumentum *l. pupillus, §. sanè, ff. de auth. tut.*

Item solet fieri fraus in isto iure congrui, quia domus habet unum introitum, & duo latera, venditur medietas domus, duobus latribus retentis: nam propter do-
mus indiuiditatem, quæ non habet, nisi vnum introitum, & illas partes laterales, non habetur introitus, nisi per ianuam, quę venditur, signum est, quod facta fuit venditio in fraudem iuris congrui, hoc vsque *Petr. de Ancharano in prael. g suo cons. 159.* vbi dicit, quod connexa, quæ sunt, per partes non possunt commodè diuidi, debent pro vna haberi: hinc est, quod continentia ædificii unum censetur ædificium cum eo, quod cohæret, ut *ff. de verb. signific. l. 2. & l. ædificatu, & cap. si Ciuitas, de sent. excom. lib. 6.* & polluta Ecclesia, cœmiterium coniunctum pollutum est, *de consecr. Eccles. vel altar. cap. 1.* & fugiens ad porticum Ecclesiæ, gaudet immunitate totius Ecclesiæ; *17. q. 3. cap, si quis contumax*, & hæc omnia operatur connexitas, & alibi eadem connexitas facit diuersa coniungere, & unum censeri, *l. conclaue, ff. de damn. infect.* vndè cum domus erat vna, & vnam portam habebat, & pars retenta non poterat à parte venditita separari, quia non habetur accessus ad eam, nisi per unicam portam, sequitur, quod separatio fuit facta in fraudem iuris congrui; domus enim respectu ipsius aditus indiuidua censetur, quia ipsius effectus in partes diuidi non potest, *l. executione, §. 2. ff. de verbor. obligat.* & in talibus indiuiduis dispositio, quæ cõ-
16 cernit partem trahitur ad totum, ut in *l. una est via, ff. de seruit. iust. prad. & ff. de furt. l. vulgaris, & in cap. translatum, de constit.* vnde una, & eadem domus non debet diuerso iure censeri, ut in *l. eam, qui ades, ff. de usucap.*

Idem dico, si venditur certa Terra, excepto uno palmo circumcirca: nam clarum est, quod dicta reseruatio facta fuit in fraudem vicini, quia ille palmus Terrę nullam vtilitatem ipsi, qui vendidit Terram affert, ut stratum dicam, & ideo si separatio esset utilis venditori, dicto casu non præsumeretur in fraudem facta. Nam si quis haberet, seruatis lateribus, in quibus possit haberi introitus, vel exitus, uel posset cõmodè ibi fieri porta, & hoc afferret utilitatem venditori, non censetur uenditio facta in fraudem iuris congrui, argumento, *l. seruus dotalis*, & ibi hoc notat *Mode. Peruſin. ff. sol. mat.* & hoc verùm, nisi statim postea venderentur illa duo latera retenta eidem emptori. Nam ex breuitate temporis præsumitur fraus, ut dixi supra per *text. in cap. officii, de elect. cum sim.* & etiam, quia facta fuit ex partes, ut dicit *Pet. in dicto cons.* in contractu autem donationis dicendum est, quod poterit præsumi donationẽ factam esse in fraudem iuris congrui, si donator reperiatur post donationem possidere, iuxta ea, quæ habentur, notata in *l. post contractum ff. de donat. & in l. sicut, §. superuacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* item si donauit, postquam citatus fuit
17 à vicino, argumento *ff. de public. l. si quis*

poſt, de quo dixi ſupra in præcedenti §.

Item ſi donauit coniunctæ perſonæ, ut *C. de donat. l. dona. & l. pen. C. de bon. quæ lib.* ſed ſola coniunctio non inducit præſumptionem fraudis, ut dicit *Bart. in d. l. poſt contractum.* item preſumitur donatio facta in fraudem iuris congrui, quando in ea eſt appoſitum pactum de vendendo, quia ſignũ eſt, quod non habuit animum donandi, vbi fuit appoſitũ tale pactũ, argumẽto *l. qui ſic, de ſolu.* & eodem modo dico, quod ſi res proparte vẽditur, & pro parte donatur, & non ſubeſt iuſta cauſa donationis, quod habet locum ius congrui, quia præſumitur donatio ſimulata, argumento *d. l. ab Anaſtaſio, & in d. l. per diuerſas, C. mand.* & tenet *Bald. in l. 2. C. de repud. hær. & in l. fin. C. nẽ lic. poten. & Bald. in conſil. ſuo*, quod incip. *Ad probandum, & oſtendendũ, & Specu. in tit de ceſſ. act. §. 1. verſ. præſumitur cõtractus ſimulatus.*

Item præſumitur contractus fraudulenter factus, ſi fiat de õnibus bonis, *l. omnes, §. Lucius, ff. de his, quę in fraud. cred.* & notat *Bart. in d. l. poſt contractum.*

18 Item præſumitur donatio ſimulata, quãdo eſſẽt appoſita ibi pacta inſolita in fauorem ipſius donatoris, contra naturam ipſius contractus donationis, argumento eorum, quæ notat *Bald. in cap. 1. de ſeu. da. inuicem leg. commiſſ. & in l. ſi quis ſub conditione, ff. de cond. inſtit.* per illum *text. iuncta gloſ. & Bald. in d. l. emptione, C. plus valer. quod agitur, & in l. etiam, col. 2. C. de exce. rei iudic.* & notat *Io: de Imol. in d. cap. ad noſtram, de empti.* & has fraudes quantum ad materiam iuris congrui, hic per modum ſummulæ ſufficit dixiſſe. Sed alias fraudes in alia materia ponit *Bald. in l. fraus, ff. de legi. & Bart. in d. l. poſt contractum, & Luc. de Penna in l. quemadmodum, C. de agric. & cenſib. lib. 11.* Non tamen faceor, quod aliæ fraudes non poſſent reperiri in hoc iure congrui fraudando, quia reperiuntur tot; & tantæ fraudes hominum, quas calamus ad ſcribendum non ſufficeret, quia homines ad viam labuntur, ut in *cap. urgentis, de hæret.* & ætas noſtra prona eſt ad malum, ut in *cap. omnis ætas 12. quæſt. 1.* & alibi dicitur, quod natura eſt nutrix vitiorum *10. q. 2. ca. 2.* & alibi multæ viæ ſunt ad malitiam hominum, ut in *auth. de nupt. §. miniores,* & homo dicitur potiùs malum, quam bonum operari, ut notatur *ff. ſolut. matr. l. ſi conſtante, §. maritum*, hinc eſt, quod poſſumus dicere, verè Terra malos homines educat, ut in *l. final. C. de præſcription. triginta annor.*

91 Quintò, nota ex *text.* quod vicinus, poſtquam emptor, & venditor iurauerunt contractum donationis, vel permutationis, vel donationis inſolutum rei fuiſſe factum bona fide, & ſine fraude; poteſt probare contrarium eius, quod iuratum eſt. Sed cõtra, quomodo poteſt contra iuramentum probari contrarium, quia excepto iuris iurandi parit exceptionem litis finitæ, vt in *cap. 1. de lit. conteſt. lib. 6.* & notatur in *l. nam poſtea, de iureiuran.* item iuramentum habet uim diffinitiuæ, vt in *l. 2. & in l. ſed & ſi poſſeſſori, §. item ſi iuranero ff. de iureiur.* item habet vim probationis, vt in *l. non erit, §. dato, eod. tit.* & cauſa deciſa cum iuramento, non retractatur, vt *C. de iureiur. l. 1. fol.* multiplex eſt iuramentum, ſcilicet neceſſarium, induciale, & voluntarium vt notatur in *rubr. ff. de iureiur.* contra voluntarium, & iudiciale iuramentum non poteſt contrarium, probari, ſed contra neceſſarium ſic, vt in *d. l. admonendi, ff. de iureiur.* ſet *in d. l. 1. C. eod.* vnde quando lex compellit partem ad iurandum, prout facit iſta lex, quæ cõpellit emptorem, & venditorem ad iuramentum vicino volenti. Nam verbum, *exigere*, importat neceſſitatem vt. *ff. de leg. 3. l. fideicommiſſam §. fin.* exigere enim eſt ab inuito extorquere, vt notatur in *l. ſed, & ſi lege, §. 2. de pet. hæred. et in l. falſus, C. de furt.* Tunc enim poteſt contrarium eius, quod iuratum eſt, probare, ſi lex, vel ſtatutum procedat ad pœnam periurij, ſi contrarium probetur, vt eſt in lege iſta, hoc tenet *Bald. d. l. 1. C. de iureiu.* per nota. in *auth. ſed nouo iure, C. de pœn. iud.* & notatur in *l. 1. per Cyn. C. ſi aduer. liber.* Quando autem principalis perſona iurauit, & poſtea repertum eſt contrarium, poſſit puniri de periurio, iſtam materiam tangit *Andr. in cap. 1. §. ſacramentum, de conſue. rec. ſeu.* & ibi ad ſaturitatem dixi, & tangit *Ludo. in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, ff. de iureiur. & Cyn. & Iacob. Butr. in l. 1. C. de Summa Trinit. & Bart. in l. de periurio, ff. de crim. ſtellio.* poſſet hic tractari tota materia, *auth. ſacramenta puberum, C. ſi diu.* quod dicit *Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.* & quod dicitur in tota materia de iureiurando. Sed quia hic tantum ea quæ ad ius congrui pertinent, legere decreui, ideò hanc materiam tanquam impertinentem omicto.

20 Sextò nota ex *text.* ſi contrahentes iurauerunt non in fraudem iuris congrui, fuiſſe celebratum contractum, punientur pœna periurij, ſi contra probetur, cuius pœna hodie eſt amiſſio manus in regno, vt in *conſtit. Regni, Eos, qui ſcienter*, item

eſt

Digitized by Google

est pœna, quia fit infamis, vt in *l. si quis maior, C. de transact.* & consequenter nullus, nisi Rex, vel Papa poterit remittere infamiam, vt dicit *Bart. in l. infames, in fin. ff. de publ. iud.* item periurus non pōt. promoueri ad Ordines sacros, vt 6. *q. 1. cap. infames.* item nec ad testimonium ferendum admittitur, eadem *q. & causa cap. quicumq;* itē à defendenda Ecclesia excluditur, *ext. de exc. capit. dilecti.* item peccat mortaliter, *extr. de iureiur. c. peruenit. lo.* Nam Deus multum contristatur de periurio, in *l. qui relictum,* & ibi *Bald. C. de ind. vid. toll.* item periurus committit falsum, vt in *c. illud, de excess. Prælat.* item penitentia periurij est velut omicidæ, 12. *q. 1. cap. prædicandum.* item à periuro regulariter iuramentum requiri non debet, vt *extra præde sumpta cap. literas,* & 22. *qu. 5. cap. paruuli.* item periurus non debet tenere beneficia, vt notatur in *cap. quærelam, de iureiur.* item priuatur à proprio gradu, vt 50. *dist. cap. de his lo 1.* item crimen periurii comparatur blasphemiis, & peccato contra naturam, ut in *auth. homines non luxurientur contra naturā, §. hæc quoniam.* Item homines offendit qui periurium committit, quia in omnium vertitur iniuriam, quod in Religionē diuinam committitur, *l. Manichæos, C. de hær. & man.* Vndè apud Romanos de nulla re centiores diligentius iudicabant, quàm de iureiurādo violato, vt dicit *Val. de offic. lib. 2.* Quapropter à periurio caueatis, licet dicat Tex. quod omines proni sunt ad iurādum, & deiterandum vt in *cap. & si Christus, de iureiur. de cohabit. cler. & mul. cap. cleros:* ità dicunt *Dom. de Rota dec. 30.* quæ incipit, *Fuit dubitatum.*

21 Septimò nota ex Tex. quod venditor & emptor, qui iurauerunt simulatam cōtraxisse dationem insolutum in fraudem iuris congrui, vel iurauerunt non simulatam contraxisse, & postea probatum est contrarium, emptor, & venditor puniuntur vltra pœnam periurij, scilicet venditor punitur amissione rei, & emptor pretii. Sed quæro, an isto casu emptor possit habere regressum contra venditorem de euictione? Videtur, quod sic Primò, quia fuit promissa euictio per stipulationem, vt in *l. sed & si exceptio, cum l. seq. ff. de euict. & l. si fratres, C. commun. vtriusq; iud.* Secundò, quia ex facto ipsius venditoris ipse emptor amisit rem, & prætium quia iurauit simulatam fuisse dationem, insolutum, & sic videtur, quod venit euictio, argumento *l. seruum,* iuncta *glos.* quæ dicit sua culpa interueniente, & *l. hoc iure, cum l. seq. ff. de euict.* vel saltem quod teneatur ad pretium, vt in *l. pen. §. 1. ff. de euict.* Tertiò, quia emptor caret re, & prætio, quod esse non debet, vt *ff. de act. emp. l. ex empto, in fin.* in contrarium tamen est veritas, quod non agit de euictione, quia ipse venditor etiam amisit rem, & prętium & sic paria delicta mutua compensatione tollūtur, *l. viro, atq; vxore, ff. sol. matr.* vndè ambo fuerunt stulti in conficiendo simulationem vel stulti in culpa, hoc est faciendo contractum in fraudem iuris cōgrui ideò sapientes sint in pœna, vt 38. *dist. c. quia eadem,* & ibi notatur, & in *cap. ea, quæ de stil. Monach.* item culpa emptoris interuenit simulatione contrahendo, & sic re euicta non agit de euictione, vt in *d. l. seruum, cum simil.* vbi consideratur, cuius culpa fuit res euicta, ut *l. si per imprudentiam, & si rem quam, §. si duple, ff. de euict. & in l. si contrauersia, eod. tit. & ff. de act. empt. idem;* §. 1. ergo sequitur: quod si culpa venditoris tantum interuenit in simulato contrahendo, tenetur de euictione, si fundus euincitur, & idem ubi esset dubium, quia nunquam præsumitur euictio culpa emptoris, ut notatur in *d. l. exceptio.* item lex ista prohi-
22 bet fraudes fieri in præiudicium vicini; ergò si fiant fraudes ad fraudandum vicinū iure congrui, ipsi contrahentes contra legem mercati sunt, & consequenter emptor non recuperat pretium, sicut in simili notat *And. in cap. 1. de inuest. re. alien. fac. per l. quemadmodum, C. de agr. & censib. lib. 11.* & notat *glos. in l. Imperialem, super verb. bonæ fidei, de prohib. feud. alien. per Frid.* & notat *glos. in const. Regni, Cōstit. Diuæ memoriæ,* & venditor fatentur contractum fuisse in fraudem iuris congrui celebratum, quod venditor amictat rem, & emptor pretium videtur continere iniquitatem; nam deberet sufficere, quod fraus eis non prodest, hoc est quod habet locum ius congrui, ex quo fraudem confessi fuerunt, quia mitius est agendum cū confesso de crimine, quam si per testes crimen probaretur, vt ex Tex. ad literam in *cap. quia Prēshyterum, l. dist. & cap. quia simpliciter 56. dist.* vndè intelligo hoc procedere, quando timore probationum sunt confessi, nam tunc non excusarentur à pœna huius legis, per *tex. in cap. præsentium 1. q. 5.* Sed si spontè confessi fuerunt, & contrarium nullo modo poterat probari, tunc dico, quod debet fieri remissio huius pœnæ, hoc est, quod emptor non amictat pretium, nec uenditor rem. Nam ista lex est odiosa, quia est contra *d. l. dudum, C. de contrah. empt.* & propterea debet restringi, per *c. odia, de reg. iur. lib. 6.*

23 Oct-

Digitized by Google

23 Octauò nota ex Tex. quod res, & pretium, quæ, & quod aufertur emptori, & uenditori propter fraudem factam in præiudicium vicini per illos contrahentes, & propter periurium per eos commiſſum applicatur fiſco; & non uicino, ut expreſſè dicit iſte *text.* immo quando lex imponit pœnam, & non dicit cui applicentur, ſemper in dubio intelligitur, quod applicentur fiſco, ut in *l. multarum, C. de mo. malie. & in cap. 1. quæ ſit regal.* & notat *glos. in l. iubemus, §. his iudicibus, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & notat *Bart. in l. agratia, ff. de term. mo.*

Sed an ſi fiſcus admiſit emptorem, & venditorem ad compoſitionem videlicet vnciarum 12. pro periurio, quod facere poteſt Iudex, per *gloſ. in conſtit. Regni, Sumno periculo*, quæ dicit, quod periurans ſcienter, qui propterea, tenetur ad manus mutilationem, poteſt redimere manſi, ſolutis dico 12 vncijs Rege volente, & de hoc habetur etiam quædam litera Reginæ Ioannæ Secundæ, quæ promittitur poſſe fieri dictam, compoſitionem, aliàs, pœnam impoſitam à iure, Officialis non poſſet mutare ſine permiſſu Principis, vt dicit *Innocent. in cap. licet, de pœn.* an etiam habebit fiſcus vltra dictam pœnam rem, & pretium? certè ſic, quia duplex eſt delictum, videlicet, quia fecerunt contractum in fraudem, & poſtea commiſerunt periurium, & vnum delictum aggrauat aliud, vt notat *Bart. in l. fin ff. de Queſt.* & ſic duplici pœna puniuntur, vt pœnæ corporis reſpondeant delictis, vt in *l. ſancimus, C. de pœn.* patet ergò, quod pœnæ, quæ applicantur fiſco pro delictis, cenſetur ius Regium, vt dicit *Bald. in l. 1. C. de hæredit. vel act. ven.* vbi ponit multa priuilegia fiſci. Sed *Ego in cap. 2. de fra. de no. benefic. inueſtit.* poſui 86. priuilegia fiſci, & ibi etiam dixi quæ ſint ille perſonæ, quæ habent fiſcum, & quid ſit fiſcus, de quo etiam per *Bartol. in l. 1. C. de iur. fiſci, lib. 10. & Bart. in proœm. ff.* & nulla burſa dicitur fiſcalis propriè loquendo, niſi Principis vel Reipublicæ, vt dicit *Bal. in d. l. 1. C. de hær. vel act. vē*

24 Nonò nota ex Tex. quod licet fiſcus propter delicta commiſſa per contrahentes, hoc eſt per fraudem, adhibitam in fraudando vicinum iure congrui, habeat rem, & prætium, tamen non fit propterea præiudicium vicino, quia fiſcus tenetur vendere ipſi vicino rem illam, quam habuit in pœnam, & ſic patet, quod fiſcus non tollit ius tertii per publicationem bonorum, quia fiſcus nō poteſt ſine iuſta cauſa quæſitum alteri tollere, vt eſt *gloſ. in cap. fin. de hære. lib. 6. & in capit. quamuis, de reſcript. eod. lib. & ibi Archid.* & notat *Imol. in cap. ſæpè, de app.* & notat *Bald. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. & Bald. in rubric. C. de precib. Imper. offer. ent. & Bart. in l. quoties, ff. de pollic. & in l. ſi priuatus, ff. qui & à quib. & in l. venditor, §. ſi conſtat, ff. commun. præd. & in l. item ſi verberatum, ff. de rei vend. & in l. Antiochenſium, ff. de priuileg. credit. & in l. Lucius, ff. de euict. & in l. 2. §. nec filio, ff. de nat. reſtit.* & notat *Barto. in proœm. Digeſtor. in illa quæſt. an Imperator poſſit rem meam alijs dare*, imò ius commune nō tollit ius alterius ſine cauſa, vt notatur in *l. fin. C. qui pot. in pign. habeant.* & facit, quod lex non poteſt priuare fratrem ſucceſſione per ſuum priuilegium, vt notat *Innocent. in c. grandi, de ſuppl. neglig. Prælato.* nam quotieſcumq; aliquid conceditur videtur cōceſſum ſaluo iure cuiuſcumque, vt dicit *gloſ. in auth. de æqua. dot. §. ſi autem* eſt bonus *text. in l. 1. §. merito, & §. ſi quis à Principe ff. ne quid. in loc. publi. & extra de priuileg. cap. dudum, & cap. cum dilectus, de conſuet.* benè facit ad hoc *deciſ. Rotæ Romanæ 329.* quæ incipit, *Tu obtines præbendam, & alia deciſio Rot. 331.* incid. *Sopposito facto*, & notat *Andr. Iſer. in cap. 1. qui ſucceſſ. teneant. & conſtit. Regni, domi à vaſallis, & in v. 2. de feu. dat. in vic. leg. commiſſor.* & ibi dixi in 3. *notab.* etiam ſi Princeps proprio motu concedat, ſecundum *Domin. de Rota deciſ. 220.* incip. *Dicebant Domini*, per notat in *cap. 2. de præb. in vi.*

25 Item poſt aſſignari alia ratio, quare tenetur fiſcus iſto caſu vendere illis, quibus competit ius congrui, quia quando fiſcus ſuccedit bonis ex aliquo delicto, habetur loco hæredis, *ff. de fide juſſo. l. inter reos, §. ſi. & C. ad leg. Iul. de adul. l. 2.* & hæres tenetur vendere cōiunctis, ſi ſucceſſit emptori, quia res tranſit cum ſua cauſa, vt *ff. de ſerv. ruſt. præd. l. ſi communi, & ff. ad Treb. l. Marcellus, §. fin. cum ſimilib.* Nec ex perſona hæredis mutatur qualitas obligationis, vt *l. 2. §. & harum, ff. de verbor. oblig.* & ſic cum ius congrui, ſit ius reale, afficit quemcumq; poſſeſſorem, niſi fiſcum, rem publicam, & Eccleſiam, vt dicetur infra in *vlt. §.* ſed in caſu noſtro ideò ius congrui afficit fiſcum, quia ſuccedit illi, qui tenebatur ad ius congrui. Si ergò fiſcus propter delictum commiſſum per contrahentes in fraudando vicinum iure congrui, non auferet rem ipſam fraudulentur datā inſolutum teneretur, ipſe, cui data eſt res inſolutum fraudulentur ad ius congrui, ergo eadem ratione ipſe fiſcus, qui ex hac cauſa ei ſuccedit, tenetur ad ius congrui:

ſed

Digitized by Google

sed si fiscus alio iure succedit, puta quia ille vendidit aliud delictum, vel tamquam bona vacantia, illa bona venerunt ad fiscum, vel fiscus emit, tunc non habet locum ius congrui, per §. *fin. huius legis.*

26 Sed quæro ecce, quod fiscus vendidit vicino, postea res euincitur à vicino an fiscus teneatur de euictione? Respondeo, & hunc dico tibi vnum verbum peregrinum, quod ille, qui habet causam à fisco re euicta, fiscus non tenetur nisi ad simplum, etiam si expressè sit promissa euictio vltra simplum, vt in *l. si procurator, ff. de iur. fisci*, ità dicit *Bald. in l. 1. C. de hered. vel acti. vendit.* quod tene menti. item contra illum, qui emit à fisco, non potest agi vltrà quadriennium, propter beneficium *l. bene à Zenone, C. de quadr. præscript.*

Decimo nota ex textu, quod quando constat legitimè de simulatione contractus in fraudem iuris congrui competentis vicino, absque eo, quod emptori & venditori delatum sit iuramentum super simulatione, & fraude, tunc non est pœna, quod venditor amittat rem, & emptor prætium, sed puniuntur minori pœna, quia minus delinquitur; plus. n. peccat ille, qui dicit mẽdaciũ cũ iuramẽto, quã sine iuramẽto, quia periuriũ aggrauat delictũ, siue mendaciũ, vt patet 12. *qu. 5. cap. si quis coniunctus.*

27 Quæ autem sit ista minor pœna patet in textu, quia cogitur possessor vendere minori prætio arbitrio iudicis, declarando intra dimidiam iusti prætij, rem illam vicino, cui competit ius congrui. Sed quia hinc in *tem.* dicitur, *de iusto prætio*, quæro hic de quadam pulchra quæstione, quam ponit *Alb. de Rosa. in 2. par. statut. in qu.* 102. dicit statutum, quod habentes decimas in agris alienis teneatur res vendere dominis agrorum, iusto prætio, aliquis habebat decimas in agro vicini, qui erat in Ciuitate, vel suburbijs, ità quod erat magni prætij ager, & paruorum redditus, dominus agri vult emere decimam à vicino, & dicit quod debet æstimari prætium decimæ habito respectu ad quantitatem redditus, ille, cuius est decima, dicit, quod habito respectu ad valorem agri, quæritur quid iuris? videtur, quod debeat fieri estimatio, secundum reditus, argumento *l. penul. ff. de magi. conue. in prin. & in auth. de alien. & empby. §. hæc autem, & ff. de iur. fisci, l. 3. §. diuò fratres*, quam legem in materiam æstimationis allegaui supra, in §. 1 *& l. si fundus per fideicommissum, in princip. ff. de legat. 1. & in auth. de non alien. §. quod autem à habet, & §. si verò alterius, & §. si verò Leonis.* in contrarium, quod secundum valorem fundi, debeat fieri estimatio, facit *l. si heres, ff. ad Trebel. & l. si ex asse eod. titul.* & sic fundus æstimatur, quanti vendi potest vt in *l. si seruus, ff. de cond. fur.* dicit tamen *Alb. de Rosa.* ibi. quod melior est prima opinio, quia decima præstatur ex fructibus, ergò per respectum ad fructus debet fieri æstimatio, quod est menti tenendum.

28 Sed quæro, an contractus iste simulatus celebratus in fraudem iuris congrui erit ipso iure nullus, vel venit annullandus per sententiam? in hac lege hoc non reperitur. Nàm si esset nullus, venditor deberet vendere minus iusto prætio ipsi vicino, quia emptor quamquam possideret, non posset vendere, quia nullum ius habet, ex quo cõtractus est ipso iure nullus propter simulationem, & sic libellus iuris congrui, quando contractus est factus fraudulenter ad fraudandum vicinum iuri congrui debere porrigi contra venditorem, & non contra possessorem, vt dixi in §. præcedenti; si enim contractus non est ipso iure nullus, & tunc emptor, qui possidet, vendet vicino minus iusto prætio, & sic concluditur, quod contractus simulatus est nullus post sententiã, sed antè sententiam non est nullus, & propterea debet fieri libellus contra emptorem possessorem rei, & ab eo debet peti res iure congrui, quia contractus fuit simulatus, & gestus in fraudem vicini, & sic emptor vendet vicino minus iusto prætio, quo ipse emit, prout expressè probatur in isto textu.

Vndecimò, & vltimò nota ex textu, quod contrahentes simulatè in fraudem iuris congrui, debent omnibus modis, quibus possunt, fugere ne eis detur iuramentum super simulatione, & è conuerso vicinus, cui competit iure congrui, debet esse sollicitus, vt detur iuramẽtum ipsius contrahentibus, & hoc propter pœnam. Sed ego semper cõsulerem vicino, si potest probare simulationem aliter, quàm per iuramentum contrahentium, quod non exigat iuramentum ab eis, quia postea emit minori prætio, quã
29 emisset à fisco. Sed quid si dato iuramento emptori, & venditori, venditor non, & non apparet aliud de simulatione, certè facit semiplenam probationem tantum, & si aliud non sit in fauorem emptoris, in contrarium habebit locum iuramentum suppletorium iuxta notata in *l. bonæ fidei, C. de reb. credit. & in l. admonendi, ff. de iureiur.* Sed si aliud fuit in fauorem ipsius emptoris, ut puta quia ipse emptor probauit, quod ille venditor factus fuit inimicus ipsius venditoris, vel aliter habet causam eum repulsandi, tunc non habet locum iuramẽtum suppletorium: quia fides ipsius testis

est

eſt extenuata per probationes contrarias, vt dicit *gloſ. notab. in l. 1. C. qui, & adu. quos*, & ſic abſoluetur emptor à petitione vicini, per regulam, *Actore non probante*, vt in *l. qui accuſare*, C. *de edend.* Sed an tũc quãdo ſemiplenè probatur de ſimulatione, & datur iuramentum ſuppletorium vicino, priuetur venditor re, & emptor prætio, & fiſco applicetur, dic, quod non, quia in pœnis inferndis non defertur iuramentum ſemiplenè probandi, vt in *l. 1.* & ibi *Bald. C. de his quæ pœn. no.* Vndè ſi fiſcus principaliter ageret ad pœnam priuandi venditorem re ipſa, & emptorem prætio, probaſſet ſemiplenè de fraude, non haberet locum iuramentum ſuppletorium, vt ſupra dixi, eadem ratione quando incidenter veniſſet pœna applicanda fiſco ex cauſa, quæ eſt inter vicinum, & emptorem de iure cõgrui fraudato, & probetur ſemiplenè de fraude. Nam tunc reus abſoluitur, quod eſt menti tenendũ pro limitatione huius text. & per iſta remanet expeditus iſte §. ſequitur §. *proibemus.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, niſi, quid ſignificet.*]

1 Dictio hæc, *Niſi*, quid ſignificet, videas *Bart. in l. 1. verſic. videndum eſt, n. 10. ff. de condit. & demonſtrat.* vbi inquit, hanc dictionem eſſe merè exceptiuam, quãdo ponitur in verbo præterit, vel præſentis temporis, *l. actione*, C. *de tranſactio.* & pleniſſimè habetur in *l. ſi eum, §. iniuriarum, ff. ſi quis cautio*, & apud *Napodanum in conſuet. idem eſt, tit. de noui operis nuncia. & in gloſ. Niſi. liter. D. num* 4. per *textum in l. 4. §. ſi tamen, plures, ff. de libero homine exhiben. cap. 1. §. 1. extra de relig. & trãſ. ad relig. ln 6. Io. And. in cap. 1. tit. qui ſuccеſſ. teneant. in §. hic patet, in verb. niſi*, quandoquè inquit idem, *Napodan.* ponitur correctiuè, per *text. in l. fideicommiſſa, ff. de legat.* 3. quatenus conditionem denotaret, iuxta *textum in dict. l. ſi eum, §. iniuriarum*: Dictio autem, *niſi* an ſit idem, ac ſi non, vide *Bart. in dict. §. iniuriarum*, & multifariam. accipitur ſecundum *Bartol. loco ſupra citato, dict. l. 1. nu.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quod præſumatur factus in fraudem, & mala fide.*
2 *Contractus an præſumatur ſimulatus, ſi pretium non ſit iuſtum.*
3 *Fraus, vel ſimulatio tunc præſumitur, quando bona empta ſtatim conceduntur in affectum, & tunc ceſſat ius protomiſeos. 4. n.*
5 *Fraus arguitur ex continuata poſſeſſione rei in contractu deductæ.*
6 *Fraus præſumitur, ſi non correſpondent fructus per ſpatium arbitrandum.*
7 *Contractus quando celebratur extra ciuitatem, ſuſpicandum eſt de fraud.*
8 *Renunciari an poſſit fraudi, vel ſimulationi.*
9 Deciſio Dom. Capycii 38 *producitur.*
10 *Caſus, in quibus fraus præſumitur, in contractibus qui ſunt, remiſſiuè.*
11 *Fraus, & ſimulatio in quo differant.*
12 *Fraus quæ ſit, exemplificatur in Menocho, num. 13. 15.*
14 *Simulatio quando ſit, quando probetur, & quando æquiparetur cum fraude.*
16 *Fraus in dubio an præſumatur.*
17 *Fraus probanda erit, non præſumenda.*
18 *Fraus an, & quando permittenda.*

1 AD 1. Notabil. & ſignanter ad id, quãdo contractus præſumantur facti in fraudem cum mala fide vide *Menoch. de preſumpt. in preſumpt. 122. num. 6. libr. 3. Rom. in conſ. 156. Veronenſ. in tract. de ſimulat. contractuum*, *Calcan. conſil. 27. Afflict. deciſ. 40. num. 19.* vbi (*In ſimilibus*, inquit, *ſemper eſſe ad Iudicis arbitrium ſtandum*, & quid ſi prętium non erit iuſtum, an præſumatur ſimulatus contractus, & quanta debeat eſſe læſio, vide eũdem *Menochium de arbitrarijs libr. 2. centur. 3. caſu 247. Surd. in deciſ. 23. in fin.* & an in octaua, vel in modicitate prætij. vel per appoſitionem pacti de retrouendẽdo arguatur fraus iuxta notata per *Vrſillũ ad eadem citatam deciſ. Afflict. 40. num. 14.* qui allegat *Crauet. in conſ. 156.* vbi eam potiſſimam eſſe inquit coniecturam in arguendo fraudem in contractus, quando ſcilicet bona empta, ſtatim ac facta eſt emptio, conceduntur in affectu eidem venditori, vel ſi in poſſeſſione remanet idem venditor reivenditæ quia tunc fraus, & ſimulatio facillimè arguitur, *Alciat. in l. poſt contractum, ff. de donat. Curt. conſ. 54. Anna pater in alleg. 77. nu.* 12. qui allegat *gloſ. in l. fin. C. de remiſſ. pignor. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. cent. 1. caſu* 39. quem citat ibidem *Fabius de Anna filius ad eius Genitorem*, & in hoc caſu ceſſat ius retractus, inquit *Afflict. in alia deciſ. 299.* & apud *Tiraqu.* quos citat idem *Vrſilt. in dec. 40.* & 339. vide *Gomeſ. variarum reſolutionum, capit. 1. de contract. num. 3. verſ. item*

Digitized by Google

rem eſſ, arguitur etiam fraus ex cõtinuata
5 poſſeſſione rei in contractu deductæ ſecundum *Maſcardum in concluſ.* 339. Itèm ſi non correſpondeant fructus per ſpatium arbitrio Iudicis conſiderandum, vt per *textum in cap. de cauſis, extra de offic. & poteſt. ind. delegat.* ità ait *Benedel. in §. ideo*
6 *que illi, num. 6. verſ. ex continuata poſſeſſione*, apud quem notantur alij caſus, in quibus fraus, mala fides, & læſio arguitur.
7 Et ſi de fraude etiam erit ſuſpicandum, quando contractus celebratur extra Ciuitatem, ac territorium, videas *Gaſpar. Theſaur. in quæſtionib. forenſib. queſt* 8. *nu.* 15. qui allegat *Maſcardum de probat. in concl.* 815. circa autem alios caſus, in quibus fraus poteſt in contractibur præſumi, etiãque ſimulatio, videas omninò eundem *Maſcardum pluribus in concluſionibus*, videlicet in *concluſ.* 439. 440. 541. 442. 443. 444. 445. 447. & 448. *Senat. Delphinu. q.* 508. *Ro. Gon. in cõſ.* 18. *Caballin. in mille loq.* 583. *Petrũ Pechiũ de teſtamentis conjugum, capit.* 4. *Mouell. in eodem, tract. de iure prothomiſ. in §.* 2. *num.* 122. & *in §.* 5. *num.* 39. *Gaſp. Theſaur. in queſt. forenſi* 16. *num.* 11. *lib.* 3. *Bardum in §.* 7. *notab.* 5. *num.* 12. *eodẽ tract.* & an poſit huic fraudi, ac ſimulationi renunciari, videas eumdem *Senatum Delpinatum in quæſt.* 183.
8 *num.* 11. videas *Capyc. in deciſ* 83. vbi teſtatur deciſum apud Sacrum Regium Cõſilium Neapolitanum, habere locum ius congrui in caſu, quando venditor partem rei venditæ elam, & cum fraude ſibi reſeruaret, confirmatur, etiam per *Tiraquel. in tit. de retract. num.* 72. *cum ſequ.* ità *Io: Ang. Piſanel. in add. ad conſuetudinẽ primam* incip. *aduerte, lit.* D. Alios verò caſus, in quibus fraus arguitur in contractibus reperies apud *Cacher. in deciſ. Pedemont.* 109. *num* 9. 10 & apud *Robertum Marãtam in diſputation.* ſolemni de iure conſerui, 9. *num.* 23. 24 & 25. & qualiter in-
11 ter ſe differant fraus & ſimulatio, dic fraudem eſſe eamdem rem, ac dolum, per *textum in l. iuris gentium, §. Prætor ait, ff. pactis, & in cap. Apoſtolus*, 81. *diſtinct. gloſa fraus*, fraus enim ſemper dicit illa, quæ fit contra iuris diſpoſitionem, a liqua mediante palliatione, *l. fraus, ff. de legibus, gloſa in eodem citato §. ait Prætor.* ſi-
12 mulationẽ, verò inquit *Carolus de Graſſis in except.* 12. *num.* 11. *eſſe imaginem fraudis, ac medullam ipſius, ſuperficiemque veritatis*, vel ſic, *Eſt fictio intentionis, & operis*, videlicet, cum quis fictè ſit Monachus ad hoc, vt per medium monacationis fiat deindè Abbas, tamen Monacus eſt; licet ficta, nõ autem ſincera ſit eius intentio, vt ait *gloſa in can. quod interrogaſti, diſtinct.* 27. *Abb. in cap. officij, de elect. in* 6. *not.* 3. operis verò ſimulatio ſit, quãdo
13 aliquid fieri fingitur quod non fit, *cap. per laicos* 26. *quæſt.* 2. *l. ſimulatè, ff. de vitu nupt.* videlicet, quando ſimulat rem vendere Dominus, & verè, ac realiter minimè eã vendit, ſed donat, vel remanet penes, ſe, de quo apud *Annam in prælallegata alleg.* 78. & *Menoch. de arbit. lib.* 1. *centur.* 1. *caſu*
14 39. *Maranta ex noſtris in dicta diſputatione* ſua celeberrimam, & quomodo probetur ſimulatio, vide *Menoch. de arbitrar. caſu* 116. *num.* 8. & *caſu* 247. *Vide. deciſ.* 108. & 289. *Crauet. in conſ.* 2. *num.* 90. & in quibus equiparentur fraus & ſimulatio, vide *Pract. Papien. in foro libelli in actione reali, in gloſa veris, ac legitimis*, ideò ait *Benedel. in textu ſimulatè, in §. ideòque illi, num.* 3. æquiparari dolus, &
15 fraus, ac ſimulatio, ſed illa dicitur propriè fraus, quæ fit contra fidem, vt ſit dolus, ità *Corn. in gloſ.* 181. *uiſa, liter. F. Bald. in l. quæ fortuitis*, col. 3. *C. de pignorat. act. gloſa, & Bart. in dicta l. iuris gentium, §. fraudandi* ità *Diuus Thomas in* 2. 2. *queſt.* 60. *ar.* 5. inquit *Eſſe exequtionem iniuſtitiæ in factis*

Ideoque detecta iſta fraude in his contractibus, certum eſt, ius congrui habere locum, vt inquit etiam *Afflict.* hic.
16 Si verò in dubio præſumitur fraus, vel ne *Maranta vbi ſupra, n.* 23. *textus* verò inquit, quod non in *in l. merito, ff. pro ſocio*, ſic etiam *Surdus in deciſ.* 299. etiam ſi alterij præiudicium foret, vide *Beccium conſ.* 52. quem ipſe citat, *Præſi. de Franch. in deciſ.* 435. *num.* 37. qui mouetur per *textum in d. l. merito.* videas *Carauitam ſuper Ritibus Magnę Curiæ Vicariæ, in Ritu* 228. 6. *qu. n.* 22. qui vltra cæteros Scribentes, caſus triginta quatuor enumerat in eodem Ritu, ex quibus fraus indagatur, limitando ſupradictam regulã, quod nunquam fraus præſumitur in dubio, *Gozzadinus* ſic etiam fatetur in *conſil.* 52. *num* 13. alios enumerant *Lucas de Penna in l. quemadmodum, C. de agricalis, & cenſit. libro* 11. *Frezza de liquidatione inſtrument. parte* 7. *quæſtione* 7. *Petrus Rauenna in ſuo Alphabetico, verſ. fraus, Angelus in l. fin. de ſtipul. ſeru.* immò nota quod ex celeritate actus præſumitur fraus inquit *Robertus Maranta in dicta diſputatione nota. num.* 23 & *Dom. Petera ad Grammatici additionem, in deciſ.* 59. *num.* 1. videas eũ-
17 dem ad *Grammatici deciſionem*, 10. *num.* 12. & omninò *Antonium Fabrũ in ſuo ſolemni Cod. de accuſationibus, lib.* 8. *tit.* 2. *definito* 8. vbi *num.* 1. inquit, *Fraudem*

Digitized by Google

eſſe probandum, non præſumendam, vbi etiã quibus ex coniecturis ſit probanda allegat *Clarum in q. 78. n. 16. & 17. l. in exceptionibus, §. qui dolo, ff. eodem tit.* in contractibus feudorum an veniat in conſideratione fraus, & quando eſt permiſſa, & qualiter conſideranda reſpectu Domini, vel ſucceſſoris, vide *Romanum Roxitum in Regia*
18 *Pragmatica 4. de feudis num. 117. & in Rubrica de titulorum abuſu in ſcribendo, Pragm. 1. nu. 129.* & quomodo in materia relevationum fraus præſumatur, videas *Regentem de Ponte titulo 8. §. 4. num. 15. de refutationibus feudorum.*

SVMMARIVM.

1 *Factum in fraudem, quando admittatur?*
2 *Actus ſimulati, & fraudulenti in tertii præiudicium an admittendi?*
3 *Nocere uni, & alteri opilaturi, non eſt permittendum, quia fraus eſt.*
4 *Fraus ſemper excipitur in quolibet tamẽ actu.*
5 *Fraus quando præſumatur in præiudicium tertii?*
6 *Fraus in donationibus inter coniunctos an præſumatur.*
8 *Fraus in actu geſta ad utilitatem agentis, an præſumatur, licet cedtoa tertium?*

1 AD 2. Notabil. vide *Beccium in prædicto cõſ. 52. num. 25.* & quod in fraudem factum admittatur dic numquam admittis; in eo enim temper ineſt dolus, & ſi in præiudicium tertii minimè ſit, *textus* eſt in *cap. qui peccat, 23. quæſt. 4.* regula
2 enim eſt vt ſimulari actus, ac fraudulenti etiam in tertii præiudicium nulli ſint, cùm nullius ſint roboris, ac momenti, minimè valent, *textus* eſt in *l. ſimulatè, ff. de ritu nupt.* fraus .n. nocere uni, ac opitulari alteri non eſt permittendum *textus* eſt in *c.*
3 *ad noſtram, tit. de empti. ac vendit.* in quolibet enim actu ſemper fraus excipitur, inquit *Nouellus in eodem hoc tract. §. 4. nu.* 39. per *textum in l. creditor, §. Lucius, in fin. ff. mand.* & quod fraus præſumitur, vel nè in præiudicium tertij, vide *Ginrbã deciſ. Sicil. 58. num.* 11. & circa hanc mate-
4 riam fraudis quando, præſumatur & quomodo detegatur, vide *Tiburum in voto* 22. & quommodo inter perſonas coniunctas videlicet inter parentes, & libros, & ſi
5 circa donationes præſumatur fraus, *Anton. Faber. in tit. 20. C. de inofficioſis donat. definit. 1. per totam, libro 3.* & licet alicui tertio afferatur damnum facto aliquo actu ad
6 vtilitatem agentis, non præſumitur fraus in tali actu geſto *Gratian. in diſcept. fo-*
7 *rens diſcept. 970. num. 23. & diſcept. 132. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Fraus ſit de contractu ad contractum, & de perſona ad perſonam, de re ac rem, de tempore ad tempus.*
2 *Fraus, aut ſimulatio in inſtrumento an præſumatur ex occultatione.*
3 *Fraus in donatione inter virum, & vxorem præſumitur.*
4 *Fraus in publicis inſtrumentis an præſumatur*
5 *Prohibitio facta vxori, ut non relinquat viro, qualiter intelligatur.*

1 AD tertium Notabile, quod ſcilicet fraus ſit de contractu ad contractũ vide *Benedellum hic, in §. ideoque illi, ſuper textum*, ibi, *ſimulatè egiſſe, num. 4. & textum in cap. quantò, de priuileg.* quem refert *Ripa in ſuo 25. reſponſo*, & quando de perſona ad perſonam, & de re ad rem, & de modo ad modum, & tempore, ad tempus, videas de omnibus apud *Benedellum in ſequentib. num. tit. loc.* quando verò præ-
2 ſumatur fraus, ac falſitas in contractibus, & ſi diù ſtetit occultum inſtrumentum, an fraus, ac ſimulatio in contracto commiſſa præſumatur, vide *Cepollam in tractat. de ſimulatione contractus, præſumpt. 10. num. 67. & in conſilio criminali 26.*

3 Ad id, quod in contractibus donationis fraus pluries adeſſe ſolet, & quando fiant inter virum, & vxorem, videas *Maſcardum in præcitata concluſ. 446. num. 12.* cũ ſit prohibita talis donatio inter has perſonas, ſecundùm eumdem *Maſcardum in concluſio. 186. num 14.* & apud *Doctores in toto tit. de donat. inter virum, & vxorẽ,*
4 maximè quando fuit inter eos celebratus contractus emptoris, & venditionis, vt ait *Fontanella de pactis nuptialib. clauſ. 5. gloſa 8. par. 4. num. 65. & in clauſ. 4. gloſa 1. nu. 72. cum ſequentib. tomo 1.* & an fraus præſumatur in publicis inſtrumentis, dicas, quod non, vt dicit *Baldus in cap. illud in fine, num. fin. de præſump. num. 7. & Maſcard. in dicta concluſ. 607. num. fin. de probat.* fraudis enim materia eſt odioſa, ideoque niſi conſtet de ea clarè non præſumitur, iuxta tradita per *Innocentium in capit. ſuper his, de accuſat.* argumẽto *l. quoties, 1. qui dolo, ff. de prob.*

5 Et facta prohibitione vxori, vt non relinquat viro, an ſit intelligendum tàm inter viuos, quam in vltima volũtate, videas *Gratian. diſceptation. forẽſ. in diſcep. 124. num. 3. & 9.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Fraus numquam præsumitur, nisi probetur.*
2 *Onus probandi fraudem spectat ad allegantem*
3 *Fraus quomodo probetur, remissiuè.*
4 *Fraus probatur per læsionem enormissimã per iuramentum.*
5 *Iuramentum conceditur ob inopiam probationum.*
6 *Iuramentum an Iudicis arbitrio refrenandum.*
7 *Iuramentum quibus casibus sit deferendum.*
8 *Probatio per iuramentum tunc propria est, quando defertur per iuris dispositionem, aut statuti.*
9 *Iuramentum quando habet vim donationis inter coniuges.*
10 *Probatio simpliciter admissa, an intelligatur mediante iuramento.*
11 *Iuramentum suppletorium an exigatur contra vicinum habentem præsumptionẽ contra se.*
12 *Iuramentum cuitanda ob periculum animarum.*
13 *Auari non debet offerens iuratoriam cautionem.*
14 *Suspectus de fuga non admittitur in iuratoriam cautionem.*
15 *Periuriũm semper euitandum.*
16 *Exemplum creditoris, qui induxit debitorem ad periurandum, ostenditur.*
17 *Peccat magis deferens iuramentum periuro quàm homicida.*
18 *Periurium apud Gentiles erat magnæ cõsiderationis.*
19 *Iuramentum deferens periurauro an peccet, vel suspecto.*
20 *Iuramentum pauperi an deferendum.*
21 *Iuramentum ad deferendum homini malę famæ, vel rixosi.*
22 *Iuramentum suppletorium an detur, vbi requiritur liquida probatio.*
23 *Iuramentum an possit recusari, vel non.*
24 *Exceptio simulati contractus an possit opponi, stante iuramento appositio esse vera.*
25 *Exceptio simulati contractus est perpetua.*
26 *Contractus simulatus an confirmetur iuramento.*
27 *Iuramentum præstitum per venditorem, an noceat emptori.*
28 *Iuramentum habet vim specialis expressionis.*
29 *Iuramentum in damnum tertii, an sit dãdum.*
30 *Probationes cum iuramento factæ quam probationes faciant.*
31 *Princeps statuæ an possit, vt iuramenta probationem faciant.*
32 *Fraus probatur per confessionem patris.*
33 *confessio partis est melior omnium probationem.*
34 *iudex an possit proferre sententiam aduersus confessum.*
35 *Confessioni partis magis standum, quàm mille testibus.*
36 *Confessio principalis attenditur etiam aduersus sententiam, quæ facit trãsitum in rem iudicatam.*
37 *Probatiões requisitę à iure an adimpleatur per confessionem partis.*

1 AD quartum Notab. & sic de modo probandi contractum fuisse, factum in fraudem vicini. fraus enim nunquam præsumitur, nisi probetur, vt in *dict. l. merito, & in dict. l. quoties, §. qui dolo, & in l. 1. §. denique ff. de aqua pluuia arcenda, Bart. in consil. 65.* incipit, *Petrus Nicolaus, num. 30. in vers. sed ad hoc, lib. 1. Paris. cons. 13. nu. 57. volum. 1. & in cons. 25. num. 27. volumin. 2. Calcaneus cons. 35. volumine 3. Ioannes de Amicis consil. 24. Grat. cons. 110. Tematale est, & Dec. in cons. 313. Pomisisti Domine Ioannes, nu. 5. ver. sed potest responderi*, onus enim pro-
2 bandi fraudem ad illam allegantem spectat *Bal. in l. nam ità Diuus, ff. de adopt. col. vltima & in cap. sancimus, in fin. 1. quæstione 7. vide Natt. in cons. 597. præmissio, num. 7. Præsid. de Franch. in decis. 435. num. 38.* & quomodo probetur fraus, vide *Cacheranum in cons. 385. num. 5. Castr. in cons. 82. volumine primo num. 2. Alexan. in*
3 *cons. 68. in principio, volumine 2. Corol. Rouin. cons. 4. num. 10. volumine 3. num. 2. Alex. Tiraquel. de retractu consanguinitatis, in §. 26. glosa prima, num. 32. Beccium in cons. 72. num* 10. vbi citat alios item *Dom. Camillum de la Ratha* meritissimum Iudicem M. C. V. in suo *cons. dec. 98. num. 4. ex Baldi* autoritate in *l. si consul. ff. de adopt.* vide etiam *Bardum in tract. de iure protomis. in 5. notab. num. 12. §. 7. Afflictum in constit. Regni, Summo peritalo, tit. de Sacramento præstando à campionibus, num. 8.* per *textum in l. si vir. §. fin. ff. de priuil. credi. & Bart. in l. post. contractum, vers. quintò præsumitur, ff. de donat.* probatur etiam per enormissimam lęsionem, vt apud *Fontanellam in clausul. 4. glosa 12. num.* 89. probatur etiam per iuramentum, secundùm *Afflict.* hic vbi inquit esse istam veram, ac iustam, legitimamque probationem, sicut etiam dixere

Digitized by Google

4 Iuriſconſulti in *l. 1. & l. ad monendi, ff. de iureiur.* & hoc iuramentum ſiuè deferatur à lege, ſiuè à parte, ſemper procedit, vide *Maſcardum in dicta quæſt. 9. num. 4.* licet *Boer.* ſecus teneat per Doctores allatos in *dec. 83. num. 2.* dicens eſſe potiùs releuationem ab onore probandi, ſicut etiam tenet *Theſ. in deciſ. 256. num. 2. & Maſcard. in*
5 *concl. 709. num. 12.* iuramentum enim hoc conceditur propter inopiam probationum, vt in *l. bonæ fidei, C. de reb. cred.* & ad hoc, vt ipſi iuramento deferatur, requiruntur plura, ſecundùm *Marantam in ſpecul. par. 6. actu. 9. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 2. caſu 190.* & an ſit refre-
6 nandum Iudicis arbitrio iuramentum, vide *Maſcard. ſing. 322. Boer. dec. 243. Crau. conſ. 198. volumine primo, Cepol. centur. 2. 10. Viuium dici. 108.* & quibus in caſibus ſit deferendum tale iuramentum, &
7 quibus perſonis, videas omninò *Additiones nouiſſimas ad Capyc. in dec. 35. a nu. 1. vſque ad 2.* vbi etiam habes materiam huius iuramenti ſuppletorij, & item in *deciſ. 38.*

8 Benè verũ eſt quod iuramentum, quod præſtatur in certis caſibus per iuris diſpoſitionem, vel ſtatuti, tunc propria eſt vt dixit *Maſcard. in eadem queſt. 9. num. 11.* ſic etiam in caſu, quo vir iurauit ſibi fuiſſe numeratas dotes ab vxore, ſiuè eius dotante, tale iuramentum in hoc caſu habere vim donationis, iuxta *textum in l. ſi filij, cum ſequ. C. de don. inter viuos*, ſi deindè conſtiterit dotem minimè numeratam fuiſſe, vel dubitaretur, ità *Menoch.* refert in
tit. de præſumpt. in præſumpt. 12. lib. 3.
9 *num. 15. Theſaur. dec. Pedem. 112. num. 3.* maximè ſi ante contractum matrimonium præſtitum ſit iuramentum, *Alex. cõſ. 142.* de veritate tamen huius dicti videas omninò *Cõſtantinum de Rogeriis in eius tract. de dote §. 5. impreſſo inter tract. de iure dotium diuer. verſ. quid ſi iuratum fuit, num. 41. cum ſeqq.* immò nil admittendũ, aduerſus hanc probationem, quæ iuramento inducitur, vt ait idem *Theſaur. dec. 240. nu. 1.* ex authoritate *Decij in cap. 3. num. 6. & 8. de probat.*

10 Prolato hoc verbo probationis ſimpliciter ſi comprehendatur, ac intelligatur de probatione facta mediante tali iuramento, vide *Capyc. in dec. 91. num. 3.* Quid uerò ſi vicinus habet aliquam preſumptionem
11 contra ſe, an ab eo tale iuramentum exigatur, quod ſuppletorij probationis nuncupatur videas *Cacheranum in dec. 71. nu. 3. & Boe. deciſ. 95. nu. 7.* & in citata ſupra alia *dec. 85 fin. n. Maſcard.* in præcitata *queſtion. 19. num. 47. & concl. 496, num. 18. Marantam*, qui in *diſput. 9.* de materia etiam huius iuramenti tractat *nu. 27. in fine*, dicens, & exclamans euitanda eſſe hæc iuramenta propter periculum animarum ex cauſa peiurationis tollendę, cũ ſit quid ſpeciale, *cap. finali, de iura. calũniæ in 6.* immò etiam in caſu dictante ſtatuto, *de Marſil. in ſingul. 74. & 458.*

12 ſic etiam offerens iuratoriam cautionem minimè auditur, & maximè de conſuetudine in criminalibus, *Boer. dec. 340.* neque debitor ſuſpectus de fuga, eſt admittendus ad eam, ſecundùm *Cornaz. in dec. Lucenſi 59. Puteus* omninò videndus in
13 *deciſio. 117. libro primo, Guid. Papa dec. 250. de Franch. in deciſ. 317. Miſinger. obſeruatione 11.* inquit etiam *Dom. Riccius in collectanea 138.* vbi per *textum in l. cum non facile, ff. ſi cui plus, quàm per legem falcid.* in quo adeſt materia huius iuramenti, & narrat caſus, in quibus admittenda eſt, vel ne hæc cautio iuratoria,
14 & in quarto caſu, ità in cauſa dotis ex *Viuij dec. 147.* quod in anno 1651. ſic audiui fuiſſe obſeruatum in Sacro Regio Cõſilio in cauſa Baronis Lofrani in aula Regij Cõſiliarij Gamboæ. Actuarius de Carbone, patrocinante meritiſſimo iuuene V. I. Doctore Marcello Graſſo; ſemper enim euitandum eſt periurium, vt ait *Afflictus in conſtitutione Regni. cum circa, titul. de iudic. ordinandis, rubrica 71. num. 17.* vbi narrat id, quod ſatis ad rem à Diuo Auguſtino relatũ in libro de ſermone Dei, & cauſa euitandi periurium, ſcientes aliquem eſſe periuraturam, abſtinere debemus illi deferre iuramentum, & ſic inquit accidiſſe quodam in loco, ubi quidam ho-
16 mo iuſtus facit ſuum debitorem conueniri, illeque negauit eidem ſuo creditori debitum; voluit creditor ſtare iuramento illius, & tamen ſciebat, quod ille juraret falſum, quia erat homo cupidus bonorum temporalium, qui iam iurauit falſum, negando debitum, & ſic ille iuſtus homo perdidit cauſam; in nocte verò ſequenti iſte iuſtus homo fuit raptus coram Iudice ſu-
17 premo, vbi fuit ualdè crudeliter verberatus, & reprehenſus, dixitque ei magnus Iudex, quod melius erat ei debitum perdere, quam animam illius falſa iuratione perimere, & euigilans plagarum veſtigia propter uerbera in ſuo corpore intuebantur: vide ergo quantum Deo omnipotenti diſpliceat falſum iuramentum, ideoque benè inquit *Afflictus*, eſſe euitantum, & ab illo omninò debemus eſſe procul; magis enim peccat deferens iuramentum periuraturo, quam homicidia, *cap. ille qui 22. queſtione 6. Cardi. in clementia, vnica, de iureiu-*

ran-

Digitized by Google

18 rando, *Viuius decisione* 109. *num.* 6. Immo erat olim tantæ considerationis peritrium apud Gentiles, ut Plato suis legibus iuramenta litigantibus prohibuit, vt Dialogo decimo secundo de legibus Sed (proh dolor?) quanti sunt in his temporibus, qui iurant in dies? verum in Tribunalibus S. C. à Procuratorib. iuramentum præstatur in manibus. Spectabilis Præsidis eiusdem Sacri Consilij pro executione litterarum regalium: Iudex autem si peccet, vel ne deferens iuramentum verisimiliter
19 periuraturo, *Menochius* omninò videndus *de arbitrarijs Iudicũ, casu* 192. *Bust. Rosa: parte* 3. *titulo de periurio sermone* 17. non enim deferendum est iuramentum personæ suspectæ de periurio, ac male famæ, *glosa in cap. significatiuè de homicidijs,*
20 *c. paruuli* 22. *quæstione quinta*, an sit, vel ne deferendum pauperi, & si dicatur periurare, vide *Andream de Isernia in cap. pri-*
21 *mo*, §. *indè quæsitum*, *titulo de feud. defunct. milit.* & si erit deferendum, vel ne hominibus, & personis rixoris, videas *Episcopum Riccium in decisione Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ* 164. *in quarta parte.*

22 Et si iuramentum defertur, an erit suppletorium, quando vera, ac liquidissima probatio requiratur per legem, vel statutum in supplemendum ipsius probationis, videas *Marinum Frecciam de præsentatione instrumentorum, parte* 16. *quæstione* 2. *num.* 6. in qua disputat articulum, si vnus testis, qui semiplenè probat, possit coadiuuari, cum tale iuramento suppletorio, ità vt faciat deindè plenam probationem, vbi concludit, quod non.

23 Si autem tale iuramentum possit recusari, vel ne, & quando est deferendum uideas *Tesaurum in decisione Pedemontana* 256. *per totam*, & an sit præstandum parte præsente, videas eumdem *in decisione* 68. *num.* 1. & 2. & prestito tali iuramẽto omnia, & singula esse vera in contractum an per partem eamdem possit oppo-
24 ni exceptio simalati contractus, *Afflictus in decisione* 60. concludit negatiuè, vide *Grammaticum in decisione* 89. *Cappell. Tholosan: in decisione* 373. licet exceptionem ipsius contractus simulati perpetuam esse inquit *Vitalis de clauſ. in clauſul. qua-*
25 *liter simulatio probetur*, *Calà de modo articulandi, & probandi, glosa* 5. *nu.* 193. *Crauett. cons.* 81. & simulatio existente contractu, ac confirmetur per iuramentũ vide *Ioannem Campegium in tract. de dote, parte prima quæstione* 53. *num.* 4. & *Constan. de Roge*: vbi supra, & prestito tali
26 iuramento per venditorem, si noceat, vel ne emptori, affirmatiuè concludit *Surdus decisione* 225. *num.* 13. ex *Tiraquello de retractu consang.* §. 1. *glo.* 9. *nu.* 128. habet enim vim inquit, specialis expressionis ve-
27 ritatis, secundum *Baldum*, & *Salicetum in l. prima. C. commodati*, vt ait idem *Surdus* loco citato, *num.* 12. & si tale iuramentum sit in damnum tertij, eiusque prę-
28 iudicium, an exigatur, *Mascardus in concluſ.* 184. *nu.* 30. & si recipiantur tales probationes per iuramentum, & quibus in casibus plenam probationem faciant, vi-
29 deas omninò *Mascardum cõclusione* 954. *num.* 25. & *in quæstione* supra citata 9. *num. xx.* & si in deferectum probationũ,
30 admittatur tale iuramentum, idem *Mascardus in concluſio.* 832. *num.* 5.

31 Et si Principis possit statuere, vt tale iuramentum probationem faciat, idem *Mascardus in conclusione* 956. *num* 2. & in quibus casibus, & inter quas personas fit deferendum, item in *conclusione* 957. per totã, & apud *Masullum ad Capycium*
32 *ia decisione* 35. *num. primo*, & *decisione* 91. *num.* 2. & 3. fraus etiam probatur per confessionem partis, quia omnium maxima est probatio, *Leum C. de liber. cau.* ac
33 melior omnium probationum est illa cõfessio quæ ex principalis ore oritur, *Preses de Franchis in decisione* 220. *num.* 6. legitimamque probationem appellat *Gomez de delictis in genere, in libro variarum resolutionum cap.* 12. *num.* 3. ac omnem pro-
34 bationem superare inquit *Surdus in decis.* 326. *nu.* 28. & *in cons.* 60. *num.* 1. & *Baldus in cons.* 192. quem ipse allegat *volumine* 2. ità vt Iudex propter efficaciam huiusmodi probationis, possit aduersùs, confessum iudicialem sententiam promulgare, *cap. multi vers. noluit* 2. *queſt.* 1. *cap. at si clerici, extra de iudicijs*, & est tantæ efficaciæ, vt per eam dicta illorum in-
35 fringuntur, ità vt magis standum sit partis confessioni, quam mille testibus in contrarium affirmantibus *Vrsillus ad Afflictũ super decis.* 364. *n.* 4 & 5. sic etiam est tantæ efficaciæ confessio principalis vt etiam aduersus sententiam, quæ facit transitum in rem iudicatam, admittatur, secun-
36 dùm *Mascardum quæst. x. num.* 53. item ait *Afflictus super constit. Regni*, *Quia frequenter*, *sub tit. de hominibus non tenentis, num.* 6. & quando statuta, vel legea requirant plenam probationem, an adimplebitur per confessionem partis tantum
47 talis plena probatio, vel per instrumenta publica, de quo apud *Mascardum in præcitata quæstione x. num.* 76.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta parte absente, an valeat, & probet;*
2 *Confessio per testes, vel iuramentum repellit omnem allegationem in contrarium*
3 *Iuramentum conualidat confessionem extraiudicialem.*
4 *Quot testes requirantur ad probandam dictam confessionem;*
5 *Confessio geminata an plenè probet, & quid fauore fisci, vel pia causæ, & in foro pœnitentiali.*
6 *Confessio extraiudicialis parte absente facta an ex coniecturis probet;*
7 *Confessio in testamento facta testamento facta de incertis, & malè ablatis pro exoneratione conscientiæ, an valeat*
8 *Confessio pro exoneratione conscientię nocua alteri an teneat:*
9 *Confessio facta in vltimis voluntatibus an præiudicet confitenti;*
10 *Confessio facta in testamento an probet debitum si de eo non liqueat.*
11 *Confessio debiti recepti inducit liberationem.*
12 *Confessio cum querela partis an sufficiat ad condemnandum;*
13 *Confessio criminis hæresis an sufficiat ad condemnandum reum, si de eo non constet.*
14 *Confessio facta coram Iudice non sedente pro Tribunali, an valeat;*
15 *Confessio quando sit iudicialis, vel extraiudicialis;*

1 AD *vers. item, num. 6. in fin.* ibi, *confessio facta parte absente*, adde, quod hoc item dixit *Afflict. in sua decis.* 164. *num.* 5. quod ait hic, & in alijs locis, vt in *decision.* 337. *num.* 4. vbi tenet, semiplenè
2 tantùm probare authoritate *Bartoli in l. admonendi, de iureiur.* nisi per duos testes probetur, vel per iuramentum suppletorium, quod repellit omnem allegationem in cõtrarium *Cacheranus decis. Pedemontana* 96. *num.* 4. *Afflict. vbi supra num.*
3 4. tale enim iuramentum conualidat confessionem extraiudicialiter factam quæ alias esset inualida, & quando prodest cõfessio hæc extraiudicialis, videas *glosam confessus, in cap. fin tit. de confessis*, &
4 quot testes requirantur ad hac confessionem probandam, nam *glosa supracitata* inquit *Quad est probanda per testes*, vide *Fabrum in titulo, C. si certum petat. de fin.* 4. vbi ait, *quod quinque testes requirantur.*

5 Geminata verò confessio si plenè probat, vel ne vide *Surdum decis.* 10. *num.* 8. etiam sit contra successores, hæredisq; agatur, vt in *num. sequenti*, sic etiam *Tessaur. in suis quæstionibus forensibus, quæst.* 77. *num.* 6. etiam si ad fauorem Fisci facta parte absente, plenè probat, ità *Gomez variarum resolutionum cap.* 11. *num.* 6. *de cõtractib.* vt ait *Peregrin. de iure fisci. lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 38. ad fauorem piæ causæ an plenè probet talis cõfessio, dixit *Tiraquell.*
6 quod sic, *de priuilegijs piarum causarum, priuilegio* 112. & 116. item in foro pœnitentiali effectum producit plenæ probationis, nam seruatur ius canonicum, ità per *Episcopum Ricciuum ibidem in eius additione nouissima ad eumdem Tiraquell. in priuileg. cita.*

7 Quando autem adsunt aliquæ cõiecturæ talis confessio extraiudicialis, ac parte absente facta, si prohibet, vel ne, *Capyc.* tenet, quod sic in *decis.* 179. *num.* 2. vbi plenàm facit fidem, inquit, cui adde *Marantam parte* 6. *actu.* 5. *Afflictum ad eundem & Vrsillum in dec.* 12. & 106. *Roman. cõs.* 291. & 373. *Marsil. singular.* 292. *Viuium decis.* 149. & 191. & *alios apud Tiraquellum rubr. res inter alios acta*, & *apud Addentes ad eamdem decisionem Capy.* de viribus verò iudicialis confessionis uide *Menochium de recuper. & adipisce. possess. remed.* 1. *nu.* 217. *Marantam vbi supra, Gomez omninò vbi suprà cap. vltimo, nu.* 81. *de testib.* vbi resolutiuè respondit, sic etiam *Cassaneum de retract.* §. 12. *in textu* ibi, *Pourceque souuent. num.* 4. vide *Grabie. com. opin. conclus.* 1. *tit. de confes. Guidon. Pap. dec.* 76.

8 Ad id, quod habetur hic *num.* 7. adde *Domin. de Thoro in sua copiosissima additione ad priuilegia Tiraquelli, vt in priuileg.* 117. vbi meminit de quadam decisione in puncto & ad rem cuius Auctorem, refert fuisse *Fabrũ in suo Codice intit. de vsuris in ciffinitione.* 36. & *D. Io. Maria Nouar. ad priuilegium* 15. *de incert. de malè oblat.*

9 Sic etiam nota talem confessionem factam in testamento in articulo mortis, de incertis malisque ablatis etiamque de usuris, & si facta fuerit sine causa à testatore subsistere prò exoneratione ipsius testatoris conscientiæ, vt habetur apud *Nozariũ in dict. tract. de incertis, ac malè oblatis in priuilegio* 38. per totum, & quando similes confessiones pro exoneratione conscientiæ, vel animæ uxoris respectu uiri, apud eumdẽ *Nouarium in priuilegio* 41. vbi etiam quid si confessio hæc erit nociua pupillis, & si possit reuocari, vide

eum-

Digitized by Google

eumdem *Nouar. vbi ſupra num. 3. & in priuilegio* 38. & confeſſio tutoris de recepto, an præiudicet pupillo quando non conſtat de numeratione, videas *Grat. in diſcept. forenſ. diſceptatione* 766. *nu.* 59.

10 Et an tales cõfeſſiones factæ in ultimis voluntatibus præiudicent confitentibus, & ſi plenè probant, adde ſingulare dicti domini de *Thoro* 42. *impreſſum poſt priuilegia, Tiraq. fol. mihi* 267. fuit alias, & an tales confeſſiones probent debitum relictum in teſtamento, & ſi non cõ-
11 ſtat de debito, an inducant legatum videas *Gomez. var. reſolut. cap.* 12. *tom.* 1. *de legatis n.* 81. qui reſolutiuè, & magiſtraliter reſpondet, *quod non probant debitum, niſi verè, ac realiter cõſtet de eo per inſtrumenta, vel teſtes, &c.* ſed quod illa confeſſio reſoluitur, in legatum, & fideicommiſſum ex tacitamente defuncti, & tanquam
12 legatum, & fidei commiſſum peti poteſt per *text. in l. Lucius la ſeconda, ff. de legatis* 2. *in §. quiſquis il ſecondo*, ſicut confeſſio ſola debiti recepti liberationem inducit iuxta, *l.* 1. *C. de falſ. cauſa adiecta leg.* Item talem confeſſionem extraiudicialem eſſe indicium ad torturam, inquit *Afflict hic* cui adde eumdem *Gomez de delictis cap.* 13. *tom.* 3. *num.* 8. *in tit. de tor-*
13 *tura reorum*, & an hec conceſſio cum quærela partis ſufficiat ad condemnandum in delictis, in quibus ſigna, & veſtigia nulla remanent adde *Maſcatellum in rubrica* 9. *praxis criminalis de cognit. ſeù probat. delictorom in genere*, & quid in confeſſione criminis hæredis an ſufficiat ad condemnandum inquiſitum de tali crimine ſola eius confeſſio eumdem *Muſcatel. in titul. de crimin. læſæ Maieſt. Diuinæ num.* 10.
14 & 11. vbi negatiuè, niſi conſtet de ſua hæretica cognitione non autem ſi ſimpliciter, & in genere ſe fateatur eſſe hæreticum; facta coram Iudice incompetenti, an probet, vel ſaltim ſit indicium, quoad torturam uideas *Laurent. deciſ. Auuen.* 138. *nu.* 4. *Boer. deciſ. Butrigal.* 90. *num.* 3. vbi quærit de confeſſione facta coram iudice non pro tribunali ſedente, ut in *num.* 8. quando verò confeſſio dicatur iudicialis,
15 & extra iudicialis, & quando probat, vel non videas *Marſil. in ſingul.* 202. *Ludouic. in dec. Peruſ.* 82. *& in deciſ.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Fraus, & ſimulatio poſſunt probari per teſtes.*
2 *Probare item eſt per teſtes quod per confeſſionem.*
3 *Simulatio, quando ſit probando in ſcriptis,*
4 *Item operatur probatio teſtium, ac inſtrumentum.*
5 *Probatio quelibet admittitur ad probandum fraudem & fictionem.*
6 *Simulatio per teſtes probari, an poſſit cõtra inſtrumentum.*

1 *AD verſ. ſecundo Dico*, vbi poteſt probari fraus, & ſimulatio per teſtes adde *Bald. in l. non dubium, C. de legibus, lo: Andr. in cap. ad noſtram de empt. & vendit. & cæteros DD. in l. poſt. contract. ff. de donat.* item eſt probare per teſtes, velut ſi
2 per partis confeſſionem probaretur *tex. eſt in l. qui, ff. de inoffic. teſt. l. Titia ff. ſolut. matrimon.* & quod per ſcripturas ſimulatio eſt probanda videas *Afflictum in deciſ.* 72. *num.* 8. & quod item operatur probatio teſtium, ac operatur probatio per inſtru-
3 menta *text. in d. l. inexercendis, l. pactum, quod bona fide, C. de pactis, l. quoniam de hæretic. & cap. inſtitutionis* 22. *q.* 2. *ad dicta per Iſerniam in conſtit. Regni, incipiente in cauſa depoſiti*, & vbi requiritur probatio per confeſſionem poteſt etiam fie-
4 ri per teſtes, *ff. de iud. l. cum prætor. ff. ſol. matr. l. ſi verò, §. de viro.* & an probatio in contrarium admittatur aduerſus præſtiptionem iuris, & de iure, vt ait hic *Afflictus*, & quibus in caſibus, videas *Maſc. in q.* 10 *num.* 73. & 74. & *in concl.* 225. *nu.*
5 85. & ideò inquit *Bard. de iur. cõgr.* quod quælibet probatio admittitur ad fraudem, & fictionem hanc probandam, cum difficiles ſunt probationes ipſarum, vt in *§.* 7. *notab.* 5. *num.* 12. *verſ. attenta igitur, &c.* videas *Alex. in conſ.* 21. *num.* 14. vbi quę-
6 rit ſi poſſit probari ſimulatio per teſtes aduerſus inſtrumentum prout ex coniecturis, & ſi cauſa ſimulationis erit probanda ad hoc, vt contractus dicatur ſimulatus *Grat. diſcep. forenſ. c.* 628. *n.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Fraus, vel ſimulatio non ſolum per coniecturas, ſed per præſumptiones probatur.*
2 *Iudicis arbitrio remittitur, quando probationes ſunt difficiles probari.*
3 *Probationes debent eſſe luce meridiana clariores.*
4 *Simulationes probari, & præſumuntur in contractibus ſtante pacto, vt expenſe ſoluãtur, per venditorem. quando ex ſtatuto erint ſoluendę,*
5 *Fraus in contractu arguitur, quando emptor illico poſt emptionem tradit vel locat venditori.*

Digitized by Google

6 *Simulatio quomodo detegenda in contractu.*
7 *Simulatio arguitur fauore vicinorum.*
8 *Fraus, ac ſimulatio coniecturis, & indicijs probatur.*
9 *Confeſſio mariti de dote recepta in dubio præſumitur fraudulenta, & an præiudicet ſibi & hæredibus ſi ante, vel poſt matrimonium facta fuerit num. 10. & an præiudicet fiſco n. 11.*
12 *Confeſſio, quando fraudulenta, vel non cognoſci poſſit.*
13 *Deciſio M. C. & S. C. affertur contra confeſſionem mariti de dote recepta.*
14 *Confeſſio viri de dote recepta in fraudem creditorum præſumitur.*

AD *verſ. Tertio probatur fraus, & ſimulatio*, vbi tractatur de modo probandi fraudem, ac ſimulationem in contractu,
1 adde *Maſc. in concluſ.* 815. *num.* 2. *Afflictum in ſua dec.* 402. *Aimon. Cravetta in conſil.* 156. *num.* 14. & alios quos colligit *Surd. in deciſ.* 5. alias alibi *citato in fine*, *Cacher. in deciſ.* 42. *num.* 2. vbi non ſolum per coniecturas, verum per præſumptiones non tantum legis, ſed hominis præſertim, ſi adſit læſio circa tertiam partem pretij, vel medietatem ipſius, vt idem *Cacher. vbi*
2 *ſupra nu.* 4. immò propter difficultatem probationum ſuper admittuntur probationes præſumptiuè, in ſimulatione præbãda, & per coniecturas *tex. eſt in cap.* 1. & 2. *de renunciat. in* 6. *Angel. in l. C. quorum bonorum Bartol. & DD. in l. ſi quis ex argentarijs, §. penultim. ff. de edendo, Alexand. conſil.* 198. *libr.* 7. *num.* 7. 8. & 9. item *in conſ.* 111. *lib.* 4. & *conſ.* 28. *nu.* 12. *lib.* 5. *Capoll. conſil.* 63. *Abb. Panorm. conſil.* 49. vbi varios modos detegẽdi fraudem, atque ſimulationem ponit, & ſi per
3 teſtes poſſit probari, hæc ſimulatio, vide annotata ſuperius, cumq; eius probationes difficiles ſunt; ſtandum erit Iudicis arbitrio, conſiderantis qualitatem perſonarum, loci, famæq; & antecedentia, ac ſubſequentia tempore contractus ſecundum *Menoch. de arbrit. iudicium lib.* 2. *cent.* 3. *caſu.* 247. *Magon. deciſ.* 25. *nu.* 5. 6. & 7.
4 licet ſecundum *Caſtrenſ. in conſ.* 339. *vol.* 2. vbi hac in re, ait probationes debere eſſe, lucè meridiana clariores, ſic etiam per *Ancher. in conſ.* 385. *col.* 1. & *conſ.* 340. *col.* 1. *vol.* 1. & 382. *vol.* 5. *Aymon. Cravetta conſ.* 21. *n.* 4. *vol.* 1. qui inquiunt, quod ſimulationes probantur; ac præſumuntur in contractibus ſi forſitan adeſt pactum, vt expenſæ ſoluantur per venditorem, quę
5 per ſtatutum eſſent ſoluendæ per emptorẽ, vt apud *Surd. in deciſ.* 34. *num.* 2. ſic etiã arguitur fraus in contractu, quando emptor illicò poſt emptionem tradit rem, vel ipſamet locat eidem venditori, ex poſſeſſione, pænès venditorem poſt contractum; remanſa præſumitur ſimulatus contractus, vel ſi poſſideat venditoris nomine *Rom. in conſil. vbi ſupra* 5. *Capoll. in eodem* 63. & *Abb. ibidem* 49. *Bald. in l.* 1. *C. de donat. antè nupt.* quomodo autem, & quibus mo-
6 dis eſt detegenda talis ſimulatio, & ſi ex ijs, quæ in continenti fiunt *Benedell. hic in text. ſimulatè egiſſe in §. ideoque num.* 5. & 6. & ſi propter victum, præſumitur ſimulatio *ad tex. in c. vtilem ſimulat. ex. q.* 2. & ſi fauore vicinorum arguitur ſimulatio, vel præſumatur, adde *Rendell hic in*
7 *verſ. ſimulatè donauerit in §. cauſa verò dotis*, ſi autem aduerſus inſtrumentum dotale ſimulatio probatur per teſtes, vide *Napod. ſuper cõſuetudines noſtras Neapol. in conſuetud. dos, & quarta in §. contra inſtrumentum gloſs. inſtrumentum nu.* 113.
8 *verſ. videlicet, titul. de iure* 4. *Præſ. de Franch. dec.* 367. *addentes nouiſſimos ad cõſuet. cit. de iure quartę*, & quod hæc ſimulatio, & fraus coniecturis, varijſq; indiciis probetur occultè. n. ac clam cõmittitur alterq; probari non poſſet ad *text. in l. quia autem, §. non ſimpliciter, ff. ſi quis omiſſa teſtam. Oltrad. conſ.* 324. *Bald. conſ.* 46. *vol.* 1. *Aimon. Cravetta in conſ.* 148. *vol.* 1. *nu.* 12. ex quibus alijs fraus colligi poſ-
9 ſit in cnntractibus iſtis videndus eſt *Speculat. titul. de donat. inter virum, & vxorem, in §.* 2. *verſ. etiam ſic notauit Bald. in l.* 3. *C. plus valere, quod agitur, Sylua. nupt. in lib.* 6. *tit quomodo Iudex pro com. opin. num.* 16. *fol.* 567. & ſi confeſſio mariti de dote recepta in dubio præſumatur fraudulenta, videas *Egregium Fontanell. in clauſ.* 14. *gloſs. vnica part.* 2. *num.* 55. & 56. & ſi confeſſio mariti de dote reſtituenda pacta antè contractum matrimo-
10 nium, vel poſt, vel eo ſoluto, ſi præiudicet ſibi, vel eius hæredibus, propter eandem confeſſionem dum agitur de ea reſtituenda vide *Bartol. in l. aſſiduis, verſ. quęro circa legem noſtram. C. qui potior in pignor. & in l.* 2. *§. pen. ff. ſi certum petatur, Cyn. in authent. ſed iam neceſſe, C. de donat. antè nupt. vide Conſtan. de Rege. in tract. de dote in* 5. *§. Ioann. Ant. Campeg. de dote quæſt.* 57. *num.* 2. & ſi hæc confeſ-
11 ſio mariti præiudicet Fiſco, *Afflict. in cõſtit. Regni cauſa num.* 5. & *in deciſ.* 402. vbi talis confeſſio operat cauſatque deductionem dotis, etiam aduerſus fiſcum, ità *Pereg. de iure fiſci titul. de publicationibus bonorum libr.* 5. *num.* 82. ſecus ſi talis cõfeſſio erit ſubſequens facta poſt delictum

Digitized by Google

ab eius viro, nam arguit fraudem, idem
2 1 *Peregrin. vbi ſupra num.* 184. per *text. d. l. ſi quis poſt. hac, & in l. res vxoris C. de donat. inter vir. & vxor.* & ad cognoſcendam, quando talis confeſſio erit fraudulenta; vel nè; & ſi noceat creditoribus, qui hoc mediante, tempore, contraxerunt cum viro, videas *Mangon. deciſ.* 68. *num.* 10. *Rotam Auenion. deciſ.* 25. *Fachin. allatos per Domin. Reg. Sanfeliciam in deciſ. nuper ædita part.* 2. 152. Et in cauſa vertente in Magn. Cur. Vicar. quæ deindè per appellationem introducta in fuit S. C. inter creditores quondam Stephani de Campora, contra Apolloniam Abenantem eius vxorem, quæ pro excludendis creditoribus dicti eius viri, quorum vnus erat meus genitor Iulius Rummus ſuo loco graduatus, necnon, & Catherina Clemente vxor
3 I. V. D. Domini Ianuarij Groſſi omni ſcientia ornatiſſimi, & Orioſorum Academiæ pro ea Patrocinante dicto eius viro, filia, & hæres Patrocinante dicto eius viro, filia, & heres quondam Gratiæ Chiaeſæ, ac qu. Belliſarij Clemẽtis I. V. D. olim in C. S. Aduocati Primarii, dicta Apollonia petierat exequtionem ſententiæ aſſiſtentiæ obtentæ ſuper nonullis bonis dicti ſui mariti pro eins, dotibus ducatorum 800. vt in inſtrumento dotali vbi apparebat confeſſio receptionis partis dotium duc. 300. in pecunia numerata verum prodictis creditoribus ad impediendam dictam exequutionem ſententiæ aſſiſtentię plura in facto, & in iure fuerunt in S. C. allata, & in ſpecie ad fundandam fraudem dum cõfeſſio prędicta poſt multum tempus, ſcilicet ſpatio 22. annorum erat facta, & poſt promiſſionem ſubſecuuta, infra quod tempus dicebant creditores debita plura contraxiſſe dictum Stephanum, vt ex eiſdem actis videbatur, & ideò prædictam confeſſionem fuiſſe factam in fraudem, & inter cęteros DD. allegatos; fuit doctiſſimus, & magnus *Menoch. de præſumptionibus lib.* 3. *preſũption.* 12. *nu.* 29. *verſ.* 3. *vbi dictum articulum diſputat, ità Bald. Nouellus tract. de dote par.* 10. *num.* 12. *verſ. ſi autem*, *Alex. in conſil.* 80. *lætatus num.* 1. *lib.* 7. *Vrſill. in præc. dec.* 402. *ad Afflict. Cuttierez lib.* 1. *pract. qq. quæſt.* 120. *Dom. de Frãch. deciſ.* 86. *Farinacc. dec. Rotæ Romanæ* 77. quos refert *Regens Rouitus in pragmatic.* 2. *de appellat.* deciſio cuius adhuc pendet in eodem S. C. coram Regio Conſiliario Franciſco Antonio Muſcettula viro patritio, ac S. R. C. Decano licet decreto S. C. ad relationem eiuſdem M. C. V. fuit pro nunc ordinatum, vt procederetur ad venditionem; omnium bonorum præcedente appretio, & in pretio audiantur omnes creditores. Actuarius de Sollatio nunc Clauellis in anno 1637. adde etiam ad hunc articulum Doctiſs. *Fabrum in ſuo Cod. in titul. de dote cauta, non numerata tit.* 5. *lib.* 10. *definit* 1. & ad cognoſcendum, ſi per confeſſionem hanc præcedente promiſſione dotis tollatur exceptio non numeratæ dotis *Fachin. lib.* 8. *controuerſ. cap.* 81.

SVMMARIVM.

1 *Dicta in præcedentibus intelliguntur repetita in probationibus, & qualiter.*
2 *Prefationes arguunt cauſam finalem, ac diſpoſitionem teſtatoris.*
3 *Creditor in pecunia, an teneatur accipere bona ſtabilia à debitore, vel hæredibus.*

AD verſ. Item ſi probetur num. 13. adde *Bartol. in l. retenſionem, C. de vſuris*, vbi inquit, quod in probationibus dicta in præcedentibus intelliguntur repetita in ſequentibus dummodo non adſit in-
1 teruallum in repetitione, *Specul. titul. de inſtrument. edit. §. nunc autem videndum in verſ. item excipitur.* quãdo verò ſtatutorũ præfationes ipſa ſtatuta reſtringant, videas *Bartol. in l. cum hi in princip. verſ. item nota, & in §. eum ff. de tranſact. Bald. in l. fin. de hæred. inſtitut. text. in l. Titia, §. item reſpondit, ff. de verbor. obligat. & ſi præfationibus, ſtatutorum ſit credendũ, vel ne Imol. in cap. penult. de cler. coniugat. Anchar. conſ.* 22. *colum.* 2. *verſ.* 15. *Gozzad. conſ.* 7. *Caſan. conſ.* 58. *Beltran. conſ.* 121. *volum.* 3. *Car. Ruinus conſ.* 95. *vol.* 5. *Grat. reſponſ.* 44. *Viſiſ. col.* 2. *volum.* 2. & ſignanter *Caſan. in conſuetud. Burg. in proœmio in verbo iſtud eſt proœmium.*

Sed quanto tales præfationes arguant
2 cauſam finalem, ac diſpoſitionem teſtatoris *Bald. in l. noſtram col.* 1. *C. de teſtamentis, Cacheran. deciſ. Pedem.* 23. *num.* 31. *Dec. conſ.* 600. *num.* 2. immò quod ſemper colligatur ex eis intentio loquentis, ac finalis cauſa, vide *Nattam in conſ.* 164. *nu.* 18. *Angel. conſ.* 180. & ſic nota has præfationes ſemper in vſu fuiſſe antiquorum, *Specul. refert in titul. de aduocatis in §. nunc de exordijs*, & ſine eius nõ eſſe incoandum, ait *Bart. in rubrica, ff. de acquirend. hæred. per tex. in l.* 1. *ff. de origin. iuris*, dant enim intellectum legibus, & ſecundum eas lex conſtringitur refert *Regens Rouitus in commentar. pragm.* 4. *de poſſeſſionibus adinuicem nõ turb.*

Digitized by Google

num. 39. citatus per bonam memoriam *Matthei Patigni olim Consiliarij integerrimi ad prag.* 15. *de milit. num.* 28. pænès quẽ plura circa effectus, harum præfationum *Afflict.* etiam in hoc *vers. de datione insolutum* adde *Reg. Sanfelicium in decis.* 268. vbi tractat *si creditor in pecunia tenetur accipere bona stabilia à debitore, vel eius hæredibus*, circa materiam *auth. hoc nisi, de Franch. decis.* 81. & ad materiam præfationum, quando dicta iuris censeantur in subsequenti contractu repetita, & quando ex eis contractus intentio dignoscitur, & mentem contrahentium; videas *Gaspar. Thesaur. in quæstion. forens. quæst.* 1. *per totam*, qui eandem ad quæstionem venit.

SVMMARIVM.

1 *Suspitio fraudis in datione insolutum, an detur.*
2 *Fraus ex affectione presumitur.*
3 *Delinquens excusatur à delicto ob actionem.*
4 *Suspitio fraudis in contractibus cõiunctorum cessat.*
5 *Aditus, seu introitus ad domum, quæ habet vnum aditum, an detur data diuisione domus, & quid in venditione domorum habentium claustrum commune num.* 6.

AD *vers. item præsumitur nu.* 14. adde *Rendellam hoc idem dicentem in vers. simulatè donauerit in eodẽ. tract. Gloss. causa vero dotis num.* 15. *Benedellum in*
1 *§. ideòq; illi num.* 6. *vers. ex his*, & sic nota in datione insolutum regulariter, & omninò suspitio fraudis non presumitur, eum sit necessaria, vt voluit idem *Rendella* hic si præcisè causatiuè saltem, & *D. de Frãchis in decis.* 488. & ubicumq; actus habet necessitatẽ cessat fraudis suspicio, secundum allata per *Gabriellum cons.* 58. *num.* 23. *num.* 2. & si datio hæc insolutum fuerit plus debiti, omninò tollitur, & inutilis erit secundum *Bart. in l. si non fortem, §. si centum, ff. de cond. indebiti, Curt.*
2 *iunior. in cons.* 170. *vol.* 2. *num.* 3. quod limitatur secundum *Marant. in suo specul. part.* 6. *actu* 3. *num* 20. & 21. duobus modis, videlicet in tenuta, & in actione hypothecaria, sic etiam ex affectione arguitur fraus *Afflict.* hic, cui adde, quod affectio semper cadit in rebus antiquis, ac maiorem nostrorum, *tex. est inl. cum seruus. ff. mandati, Cyn. in l. quoties, C. de fideicommiss. Castr. in consil.* 16. *Molin. de primogentis Hyspanorum lib.* 3. *c.* 5. *n.* 53. *habetur in lib. de Regibus* 4. *c.* 21. *vbi legitur Notab. noluisse vineam vendere, quia*
3 *fuit eius parentum*, sic nota etiam affectionem esse tantæ efficaciæ, vt excusantur delinquentes à delicto, ità per *Tiraquell. de pœnis caus.* 22. & *Barsat. cons.* 346. *nu.* 24. *vol* 4.

Sed facta datione insolutum cõsanguineo, an præsumatur fraus in ea commissa; in contractibus enim coniunctorum omnis fraudis suspictio, ac metus præsumptio cessat, inquit *Alex. & Bald. in l. transactionem*
4 *, vbi glos. C. de transact. Natta. in cõs.* 192. *volum.* 1. *num.* 22. & *in alio cõs.* 137. *num.* 6. *vol.* 1. inquit, sic etiam *Afflict.* hic in medio.

Ad id vero, quod *Afflict.* inquit in medio huiusmet *vers.* videlicet, *si vendatur medietas*, domus lateribus retẽtis in frau-
5 dem vicini, quæ domus non habet, nisi, vnum introitum, quæro incidenter, quod si deindè facta est diuisio totius domus, vel fundi, & non fuit conuentum, vt vnus habeat introitum per eandem domum, an hoc tacitè intelligatur Respondetur, quod nisi hoc expressè inter eos fuerit conuentum, minimè præsumitur, *tex. est in l. etiam constitui, §. quæcumque*; ubi *DD. de seruit. verb. prædiorum*, vide *Cæpollam in tract. de seruit. cap.* 37. *de itineris seruit. fol. mihi* 100.
6 *col.* 2. quid verò in venditionibus duorũ domorum habentium claustrum, seù porticum commune, vidé eundem *Cæpoll. vbi supra in cap.* 44. *fol.* 129. *num.* 7. vbi inquit *annexorum, & connexorum eadem esse natura*, vt per *tex. in l. cum actu* ibi *Planè si quod connexum fuerit, ff. de negot. gest.* & habetur in *cap. quando, ibi in textu (Ita coniuncta, & connexa) extra de iudiciis*, & alia notata, apud *Cæpol. in tract. de simulat. contr. in* 5. *principal. casu num.* 98.

SVMMARIVM.

1 *Fraus, an præsumatur in donatione facta, postquam emptor fuerit citatus ad relaxandum, & quid in donatione necessaria ante iudicium motum, num.* 2.
3 *Donatio facta lite pendente censetur in fraudem facta.*

AD *vers. Item dico.* Adde ea, quæ supra fuere adnotata in 3. §.

Ad id verò, quod per *Afflict.* hic dicitur videlicet, vt fraus præsumitur in do-
1 natione facta, postquam emptor fuerit citatus ad relaxandam rẽ vicino ex causa

Digitized by Google

ſa iuris congrui, vel alio modo, videlicet, ſi donator retinet poſſeſſionem rei, *Bald. in l. 1. C. de don. ante nupt. Maſc. in concluſ. 559. num. 12. & 14.* & per nos ſupra, & in alia *concluſ. 446. nu. 12.* ità *Napod. in conſuetud. 1. gloſ. poſſidet num. 45. in fin. Marant. optimè in ſua diſp. ſolem. 9.*
2 *num. 25.* ſed quid in donatione neceſſaria habente cauſam vetuſtiorem ante Iudiciũ motum, vt etiam poſt inceptum iudiciũ, quod valeat, & teneat talis donatio facta fraudis machinatione ceſſante, *Vivius deciſ. 320. quam Dominus Epiſcop. Ricius in collectan. 2300. & in collectan. 6.* refert *Cacheran. deciſ. Pedem. 168. num. 12.* ſic propter neceſſitatem, etiam vaſſallus poterit alienare feudum, etiam in vita ſua ſecundum *Parid. in titul. de res integr. verſ. quæro de quæſtione, fol. 68. num. 2.* allatum *à Iacobo Maſullo ad Capyc. in deciſ. 99. num. fin.* in fine eundem *Maſull. 8 deciſ. 85.* ubi tractat materiam donationum factarum in fraudem ſucceſſorum, & de iis, quæ fiunt perſonis coniunctis ſi in eis fraus poteſt ſuſpi-
3 cari, vel nè, *Surd. in deciſ. 172. num. 8.* vbi donatio facta lite pendente in fraudẽ cenſetur facta, ità *Auguſt. Berous in conſ. 120. n. 33. vel. 1.* vel facto ab eo, cui mox erat lis mouenda, item *Berou. in eodem conſ. n. 10.* & quid ſi donatur perſonæ cõiunctæ, add. *Scip. Buccin. ad conſuetud. Neap. primam in eodem titul. de iure congrui incipit. Nota hìc,* & circa modum, detegenti fraudes, ac ſimulationes *Bartol. Soccin. in conſil. Solemni 264. & Ancbar. in deciſ. 369. & Maſcard. in concl. 555, 556. & 557. nu. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum probatorium eſt neceſſariũ, & purgatiuum quod datur in defectum probationum.*

2 *Emptor dum aſtrictus venit à vicino ad deferendum iuramentum me, & iurat ſicut in iuramento calumniæ.*

3 *Iudicis Officium imploratur aduerſus emptorem iurare volentem contra vicinum, vt illum defraudet.*

4 *Probationes, an admittãtur aduerſus iuramentum cauſa euitandi periuria, & num. 6. & 8.*

5 *Appellatio, an detur à iuramento calumniæ.*

7 *Statutum diſponens, vt ſtetur iuramento alicuius ſi contrarium probatur, an illi ſtandum erit.*

8 *Probatio offerenti denegãda non eſt.*

9 *Via periurantibus non eſt aperienda*

10 *Probationes aduerſus iuramentum, quarè admittantur*

19 *Exceptio aduerſus iuramentum, an admittatur.*

12 *Dictio poſt cuius ſit natura.*

AD quintũ notabile, adde ea, quæ per nos adnotata fuere ſupra in 4. notab. circa iuramentum, quod exigitur ab emptore rei per vicinum, ac etiam *Theſaur. in quæſtionibus forenſibus in quæſt. 81.*
1 *lib. 4. num. 5. & 6.* vbi circa huius not. materiam, ait iuramentum iſtud eſſe neceſſarium, & purgatiuum, quod datur in defectum probationum, vt etiam inquit *Rendella hìc in §. cauſa vero dotis gloſ. poſt. iuramentum n. 2. verſ. item alijs*, & quod aduerſus hoc iuramentũ admictuntur probationes contrariæ, quemadmodum per inſtrumenta denuo reperta hoc iuramentum retractaretur, ex neceſſitate enim emptor iurat dum coactus venit à vicino ad deferendum hoc iuramentum ſicut in iuramẽto calumniæ, vt apud *Benedell. hìc in §.*
2 *ideòque illi alijs*, & ideò admictuntur fauore vicinorum, nam certi emptores vti immemores ſalutis æternę dum eis defertur iuramentum potius periurarẽt cauſa euadenti ius cõgrui quod eſſet in vicinorum fraudem, & ſic locupletarentur cum iactura aliena, & fruſtra daretur eis iurãentum, ad euitandum, ergò hoc probationes,
3 & iudicis officium aduerſus eum imploratur *Maſcar. de probationibus cõcluſ. 955. vbi nu. 13.* ampliat hoc etiam aduerſus ſẽtentiam prolatam, ità *Theſaur. vbi ſupra* eiuſque genitor refert fuiſſe deciſem in *Senatu Pedem.*, vt non obſtante iuramento teſtes, & probationes admictantur, ità per *Affictum habetur in deciſ. 64.* vt aduerſus iuramentũ admictantur probationes,
4 ne ager volenti prędudatur via dicentem; eſſe euitanda periuria, vt dixi in 4. *notab.* de cuius pœna habetur in *Conſt. Regni eos, qui ſcienter*, ſed quid aduerſus iuramentum calumniæ, ſeù iudiciale, ac litis deciſorium, *tex. in l. 2. l. admonendi ff. de iure iurand. cap. & ſi Chriſtus tit. eod.* à quo iuramento certum eſt appellationem non dandam eſſe *l. generaliter, C. de reb. cred. & iure iurando §. 1.*

6 Quod aduerſus ſupra dictum iuramentum admictantur probationes habetur per *tex.* eiuſdem noſtræ conſtitutionis, ibi. *Si autem poſt. iuramentum, probandum fuerit contra Conſtitutionem noſtram, ſimulate. Hoc egiſſe venditor, & emptor pœnam periurij ſubſtinere debet.* clarè ergò appareret, quod admittuntur probationes ex diſpoſitione eiuſdem legis noſtræ aduerſus

Digitized by Google

7 iuramentum factum per emptorem, & hæ ſunt verba legis, quæ ſunt intelligenda ſecundum propriam eiuſdem ſignificationẽ *tex. eſt in l. ità vulneratus, ff. ad l. aquiliam, vbi Bartol. in verſ. item nota*, & quod ex ſtatuti diſpoſitione ſtatur iurãento alicuius; vt ſi ex aduerſo probetur contrarium, non credatur amplius dicto iuramento, apud *DD. in l. qui bona, §. quidam, ff. de damno infecto, Bald. in l. 1. C. de reb. cred. & in l. ſi tutor, C. de periculo tutorum, Angel. in l. qui reſtituere, ff. de rei vendicatione, Innoc. in t. fin. quod met. cauſa Barb. in c. propoſuiſti de prob.* quæ proba-
8 tio offerenti deneganda non eſt, *l. quinquaginta, ff. de excuſat. tutorum* vbi *Bald.* & ad hoc vt poſtea irrogetur pœna periurij periurantibus. Benè igitur in hoc 8. *not.* diſponitur, vt admictantur probationes, aduerſus iuramentum venditoris, ſicut *Afflict.* tenet omiſſis obiectionibus in contrarium, quæ per ſcribentes ſuper hanc extrauagantem afferentur, tamen pro veritate huius, videndus *Maſcard. de probat. in cõclus. 472. num. 41.* vbi etiam probatur hoc dictum ſuperius circa probationes aduerſus iuramentum, admictendas, nam talis fraus velata, & in preiudicium vicini
9 machinata per contrahentes non poſſet niſi per ſolum Deum detegi, cum ex delatione ſolius iurementi nunquam ſcire poſſit veritas, & conſequenter deluſus eſſet vicinus per periurium comiſſum, immò viam aperiretur periurantibus, quod non eſt permittendum *Specul. titulo de offic. omnium iudic. in §. poſtremo verſ. 6. cap. cum dilectus quod metus cauſa*, niſi contrarium admicterentur probationes; ità *Theſaur. vbi ſupra loco citato*, probationibus in quam multum leges, fauorabilis ſunt, & arctandæ enim non ſunt, ſed potiùs eis ampliatio
10 tribuenda, *l. generaliter ff. de reb. creditis authent. de teſt. §. & quoniam ſcimus l. quoniã, C. de hæreticis, & Manichæis.* ſic probatur poſtremo tales probationes eſſe admictendas aduerſus hoc iuramentum, quia iſtud iuramentum à lege fuit introductũ, ſeu ſtatutum, quod idem eſt; & confutatur per contrariam probationem, ſicut tenet *Couarr.* qui teſtatur de communi in *tract. uariarum reſolut. lib. 2. capit. 13. §. 1. num. 4. verſicul. 4. concluſio.*

Et ſi exceptio aduerſus iuramentum ſit
11 admictenda, vel nè *Carau. ſuper ritibus in ritu 166. num. 45.* & ſi ſit hæc exceptio incontinenti probanda, vel ex interuallo, dic ſecundum *Anton. de Caputis ex interuallo* per dictionem *Poſt*, quæ ſignificat interuallum temporis, iuxta *gloſ. in l. non erit, §. fin. ff. de iureiurando* quæ dictio adeſt hic, quid verò ſi periurauerit vẽditor, vel emptor, an periurium unius noceat alteri, vide *Surd. in deciſ. 225. num. 13.* circa verò modum detegenti fraudem ſimulationemque contractus, videas *Rendellam in eodem tractat. de iure congrui* hic *in verſ. probatum ſimulatè egiſſe.*

SVMMARIVM.

1 *Periurium, quid nam ſit, & an ſit crimen Eccleſiaſticum num. 2.*
3 *Periurius, quis ſit, nu. 25.*
4 *Periurus, an ſit infamis.*
5 *Periurus, an poſſit eſſe teſtis.*
6 *Periurus qualiter excuſatur.*
7 *Paupertas excuſat à periurio.*
8 *Pœna aduerſus periurantes, quę ſit.*
9 *Agi, an poſſit criminaliter pro periurio.*
10 *Pœna periuri, an tranſmictatur ad hæredes qui tenentur ad obſeruantiam contractus num. 11.*
12 *Iuramentum, an liges reſpectu Eccleſiæ & Vniuerſitatis ſi à Prælato, vel Sindico fuerit præſtitum*
13 *Periurium remicti, an poſſit per partes.*
14 *Iurans pro cauſa iuſta, an ſit periurus.*
15 *Periurus, an puniatur per Iudicem laicum.*
16 *Cauſa periurii, an dicatur cauſa criminalis.*
17 *Dolus eſt delictum.*
18 *Qualitas delicti ex genere pœnarum dicitur.*
19 *Iudicium criminale eſt, quando pœna applicatur Fiſco.*
20 *Procurare diſplicet Deo, & quare.*
21 *Periurium quot modis committatur.*
22 *Exceptio periurii, an repellet agentem.*
23 *Cauſam periurii, nemo dare debet.*
24 *Iurans falſum credens eſſe verum eſt periurus.*
26 *Conſtitut. eos qui ſcienter, an comprehendat periurantes aduerſus Principem.*

AD 6. *notab.* Pro ornatu huius notabili, circa periurii definitionem, videas *gloſ. in cap. tua nos, de iure iurando, & Bald. in l. fin. C. de reb. creditis, Boer.*
1 *deciſ. 305. num. 1.* vbi periurium dicunt *eſſe mendacium iuramento firmatum*, ità etiam definitur ſecundum *Angelicum Doctorem Diuum Thomam Aquinatum in lib. 4. ſentiarum diſtin. 39. quæſt. 4.* & dicitur Greçæ *exiopia*, & per *Bellouiſum*

in l.

Digitized by Google

in l. 2. C. de iureiurando, & an ſit crimẽ
2 Eccleſiaſticum, videas, quę apud *Io: Bertach. in verbo periurium eſt*, in ſuo ampliſſimo repertorio, & quis dicatur periurus, vide *Bart. in l. pupillus, §. verbum, ff. de verb. ſignific. & Marant. in ſuo ſpeculo par. 6. mem. 7. num. 9. & parte eadem*
3 *actu 4. num. 17.* vbi principalis examinatus cum iuramento non punitur, ut periurus, ex *Rit. M. C. V.* ſi falſum deponat, & plenius apud *Bertach. loco ſup. cit. lin. 40.* & ſi dicatur, ac exiſtimatur pro infame periurus, quod ſic per *tex. in l. ſi quis maior, C. de tranſact. Bald. in authẽtica, & ſi dicatur, C. de teſt. Lanfranchus de Oriano in cap. quoniam extra de*
4 *probat. et habetur in 6. quæſt. 1. cap. infames*, ità *Card. Pariſ. in conſil. 26. num. 3. cap. 3. Afflictus in conſt. Regni dementia num. 17. in medio libr. rub. 3. & Abb. antiquus in capit. quærela de iure iurando, Bart. & Angel. in l. Lucius*,
5 *ff. de infamia*, & apud alios, & an poſſit eſſe teſtis, vide *Oitrad. in conſ. 91.* & per *Felinum in capit. ex parte de teſtibus*, & quoad Deum an hoc periurium, ſit maius celictum homicidii, videas *Bart. in conſ. 217. Aymon. Crauettam 209. num. 18. volum. 1. & text. in cap. Merui, verſ. Ecce quidam, & capit duo diſt. 13.* & an Deum contriſtare faciat, videas *authent. cui relictum, vbi Bald. colum. 4. C. de indic. vid. tollend.* quomodo ergò excu-
6 ſetur, docet *Surd. in deciſion. 58. num. 6. & 7.* & quod in dubio eſt capienda interpetratio in bonam partem pro excuſatione, & cauſa euitanti periurium, ità *Surd. in eadem deciſ. num. 4. & Cacher. in deciſ. Pedem. 73. num. 3.* attenta bonitate, ac qualitate perſonæ cum per malam vitã præſumitur potius periurus, quam contra,
7 ità *Aſſlict. in deciſ. 36. num. 3.* & ſi paupertas excuſet à periurio, vel nè, ſic quod ſic eſtque vnum de priuilegiis ipſius paupertatis, vide *D. Petram in add. ad. Capyc. in deciſ. 85. num. 9.* de penæ verò periurii quæ, & qualis ſit principaliter videas, *gloſ. in cap. Rex 23. quæſt. 5. in verbo, & periuros*, & apud addentes *in d. dec. 6. q. 1. cap. quincumq; & 12. queſt. 1. cap. præ-*
8 *dicandum, & cap. monet in verbo periurij, & apud eundem Surd. in deciſ. 17. & Socin. in conſ. 7. num. 4. vol. 1.* & latiſſiè apud *Viuium in deciſ. 120. Iaſon. in l. ſi Auo patroni, §. fin. ff. de iure iur. & Maſcar. in concluſ. 1173.* penes quos multos modos periurii, ſic etiam per *Cacheran. in alia deciſ. Pedemont. 66.* vbi refert pœnas quas dabant antiqui aduerſus periurantes, & de modo iurandi, & de pœna, quæ olim, *vt num. 10. & in deciſ. 72. nu. 2.* ſic etiam apud *Afflictum in deciſ. præc. 36. & in alia* 30. & 220. cæteroſque apud *D. Caranitam in ritu M. C. 133. 171. & in ritu* 182. & *per Scalionẽ ſuper eiuſd. M. C. ritibus in ritu 365. nu. 7.* & apud eundem *Afflictum ſuper commentarijs conſtitut. Regni eos. qui ſcienter num. 2. & per Foller. in frag. praxis crimin. num. 203. titul. de periurij*, & nouiſſimè *p. r D. March. Regentem Carolum Tapiam in 5. libr. ſui ampliſſimi Codicis iuris Regni titul. de periurio in add. num. 11.* vbi varias pœ-
10 nas periurii refert, & licet erat olim amputatio hodiè tamen eſt redacta ad pecuniariam pœnam; vt per eoſdem ſupracitatos DD. & an prò periturio agi poſſit criminaliter, *Caranita vbi ſupra in d. ritu* 182. & reſeruata pœna periurii, an poſſit pars inſtare, pro declaratione illius *D. de Franch. in deciſ. 181.* & ſi hæc pœna tranſmictatur ad hęredes periuri, vel nè videas omninò *Ant. Gal. de abſolut. à iuramento, §. 2. num. 31. Marinum Freccian de liquid. inſtrum. in titul. de præſcript. par. 11. q. p. num. 3.* vbi concludit *negatiuè*, licet ab obſeruationem contractus teneantur hæredes, prò veritate tamen videas omninò *Capy. in deciſ. 75. Afflict. noſtrũ, & Bartol. de Capua in d. conſt. Regni eos,*
11 *qui ſcienter & Vrſill. qui citat alios in annotatione ad Afflictum ſuper dec. 381. num. 5. Carau. ſuper rit. M. C. 128. D. de Ann. in alleg. 28.* & quid in Prælato reſpectu Eccleſiæ, vel in Syndicis reſpectu Vniuerſitatis an liget hoc iuramentũ præſtitum per eos, videas *Romanum in conſ. 369. Corneum conſil. 45.* quos refert in additione ad eamdem, *deciſ. Capyc. 75. Proſp. Petra num. 14. & 15.* & ſi per partem remictitur hoc periurium videas *Afflictum in deciſ. 35. ſupra citata, & Crauettam in conſil. 151.* & alios, quos refert idem *Petra ad Capycium in deciſ. 85. nu. 1.* vbi per *text. in cap. debitores de iureiur.* tenet negatiuam opinionem, & à quò abſoluatur periurius, die à Summo Pontifice, *Ripa in reſp. 55. Viui. præc. deciſ. 120. & Anna in allegatio ſupra citata 28. Carolus Grimaldus*, qui fuit Aduocatus Neapolit. in ſuo tempore, deindè tribunus plebis huius Ciuitatis *in add. ad pract. Tarta-*
13 *gliæ in cap. 1. num. 134.* & deferens pro cauſa iuſta, an dicatur periurus, *Afflict. tenet negatiuè in conſt. Regni inquiſitiones, titul. de inquiſitiones faciendis num. 11.* & tale, crimen periurii, an puniantur per Iudicem ſecularem, maximè ſi coram eo fuerit periuratus, *Boer. videas in præc. deciſ. 305. n. 1. Benedell. num. 10.* cauſa

ve-

Digitized by Google

verò periurii, an dicatur; causa criminalis,
14 vel nè *Afflict. dicit eſſe criminalem, ut in deciſ. 64. num. 2. & in conſtitut. Regni clementia*, & probatur ex hoc, nam quis dicitur in dolo per periuriſi, & dolū certū, eſſe delictum vt per *tex. in l. item exigit in fine, ff. de dolo*; & vbi delictum ibi ſequitur pœna, correlatiua enim ſunt per *tex. in l. Sancimus de penis* immò ex genere pœnarum indicitur qualitas delicti, vt ait *Carauit. in ritu* 109. *num.* 3. *ſecutus à Cand. in tractatu maleficiorum* apud eumdem *Carau.* maximè cum pona hic applicatur Fiſco, quia à delicto dependet *tex.*
15 *in l. quod ait. vbi Bart. §. 1. de adulteriis, & in cap. vltimo extra de ſent. excommunicatio, gloſ. in §. 1. volum. 3. inſtitut. de pœnis, quæ ex delicto naſcuntur*, ſic apud *Peregrin. de iure fiſci lib. 4. titul. 8. nu.* 8. vbi inquit, quod pœna, quæ applicatur fiſco iudicium criminale eſt per *text. in l.*
16 *locatio, §. quod illicitè ff. de publicanis*, ità per *Salyc. Alber. Bald. Abb. Alex. Iaſon. & Bart.* variis in locis allatos per eumdem *Peregr. vbi ſup. de iure fiſci.* licet per *Rendellam* teneatur contrarium, vt *hic in aerſic. fiſco applicabitur num. 6. Benedell.* verò tenet eſſe delictum priuatū ſimplex, vt in loco ſupra *cit. num.* 10 & nequè criminale, nequè ciuile, ad quod probandum mouetur auctoritate *Iſerniæ, & Caſſanei,*
17 *vt apud eumdem Benedell.* & nota quod periurare multum diſplicet Deo eſtque cōtra Religionem Chriſtianam, & in Dei cōtemptum, ſolumq; ipſum Deum vltorem habet vt *C. de reb. cred. l. 2.* infamiſq; is reputatur *d. l. ſi quis maior, C. de trāſact.* & ille, qui iurauit in dolo proximi non aſcendit in montem Domini, neque ſtabit in loco Sancto eius, nec à Domino bene-
18 dictione accipiet, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo, ſed ille aſcendit in montem Domini, & benenedicentur à Deo, miſericordiamq; conſequitur qui innocens manibus, eſt, & mundo corde, & non accepit in vano animam ſuam, neç iurauit in do-
19 lo proximi ſui, vt ait *Salmiſta in pſal. 33. & 12. q. 2. cap. monetur in verbo periurii autem*, etiamque adde *Io: Iacobū Anichinum I. C. Neapolitanum*, olim cauſarum patronum *in tractatu de præuentione inſtrumentaria, ſiue commentariam ad prag. Regni huius malitiis de præuent. moder.* quem poſt opus præuentionis in lucē editum mors, in iuuentute immaturè prænenit, quid eſt vita hominis? vt ait Prophe-
ta (niſi ventus, & fumus) *Iob. c.* 13. vt in verbo iuramentū vbi plura circa hanc materiam iuramenti affert.
20 Sic etiam quib. modis cōmictatur periurium habetur *in d. cap. mouet. eadem*
21 *quæſt.* & tanta eſt turpituto huius periurii, vt quis potius ſuſtinere debet quodlibet damnum temporale, quam iuramentū violare, vt docet *Doctor Angelicus Diuus Thomas 2. 2. q. 78. articul. 6.* an exceptio periurii repellat agentem à limine iudicii,
22 *Fontanel. de pactis clauſ. gl. 2. part. 7. num. 4. Carolus de Graſſis in except. 4. n. 52.* & ſi repellet agentum tamen excipientem minimè repellit, item *n. 7. vbi ſupra, auth.*
23 *ſine proibitione matres, § quia verò multa col. 2.* & nemò cauſam periurii dare debet, *auth. de nuptiis, §. nos igitur col. 4. & dict. auth. vt matres, §. quia verò*, & de aliis modis committendi periurium, vide *gloſ. antiquam Antonii Caputi impreſſam in opere Rendellæ in gloſ. pœnam periurii num. 3. vbi nu.* ait *quod. iuras falſum putans, eſſe verum, etiam dicatur periurus*, adde etiā *Regentem Tapiam*, vt ſupra citatum *in lib. 5. Codicis iuris Regni in titul. 28. tit. de*
24 *periurio, vbi num. 8.* in eius annotationibus ſuper dicta conſtitut. *qui ſcienter* diuerſimodè variiſque modis declarat, quis dicatur periurus, quæuè debent concurrere ad hoc, vt quis in periurio incidat, vt in *num. 7. & etiam in num. 11.* plures pœnas, quibus periurii ſunt puniendi refert, & quid ſi conſtitutio illa cōprehendat periu-
25 rantes aduerſus Principem, vide eumdem *Tapiam in numeris ſequentibus eodem loco, vt ſupra in principio Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Euictio non datur ſtipulato contracta contra legis præceptum, etiam ſi fuerit expreſsè promiſſa. n. 2.*
3 *Emptor rei feudalis de euictione agere non poteſt poſtea euicta.*
4 *Euictio non datur in alienatione rei feudalis, quia contra præceptum legis facit.*
5 *Prætium, an erit reſtituendum à venditore rei feudalis abſq; aſſenſu.*
6 *Emptor excuſatur, dum pro ſe habet regulam generalem.*
7 *Euictio nulla debetur ſublatata re iure contractus.*
8 *Euictio venit conſecutiuè.*
9 *Actio duarum perſonarum, una ab emptore, altera à venditore, quomodo procedat in iure remiſſiuè.*
10 *Pœna duplicata, quando, quis puniri poteſt.*
11 *Fiſcus, an ſit præferendus aliis creditoribus delinquentis in exactione pœnarum, & quid ſi pœna applicatur parti, & Fiſco. n. 22.*
13 *Pœna una apposita, altera relicta arbi-*

tra-

Digitized by Google

traria, an ipſa maior ſit.

14 *Pœna duplex exigi, an poſſit, vel non.*

15 *Delinquens cum armis prohibitis, an duplici pœna puniatur.*

16 *Euicta re à Fiſco vendita, an euictio procedat.*

17 *Pretium, quod nam inopicitur, vel præſens, vel præteritum.*

18 *Confeſſio ſpontanea, quando valeat.*

19 *Pœna minor imponenda erit in delictis.*

20 *Pœna quando minuitur per confeſſionem.*

AD 7. *notab. Afflict.* in hoc notabili cõcludit *emptorẽ, nullã habere poſſe aduerſus venditorem pro euictione actionem*, cui adde ſatis ad rem *Teſſaur. filium in ſua ſolemni. quæſt. forenſi* 23. vbi in *nu.* 2. ait *quod ſtipulato contractu contra legis præceptum nullam euictionem in eo cadere*, ex doctrina, *Tiraquell. de retractu proxim. in* §. 1. *gloſ.* 1. *num.* 12. *Rubeum cõſ.* 162. *Caball. de euict.* §. 4. *num.* 50. quod verò hæc venditio figurata ſub inſolutum datione ſit facta contra præceptum legis

1 noſtræ patet, nàm *Conſt. noſtra Sancimus*, vocat prius perſonas per eam numeratas, vt ſcilicèt, ipſi requirantur ſi velint emere, vel nè vt preferantur cæteris extraneis, & ni ſeruetur hìc ordo, ſequitur omninò inualiditas, actus alienationis, immò quod peius, & pœna, de quà *in* §. *niſi*, *verſ.* & *inſuper*. hoc etiam in tali contractu euictio minimè cadet, licet fuerit expreſsè promiſſa, & ad eam venditor minimè abſtringitur ait, *idem Teſſaur. quæſt. citat.* auctoritate *Iſerniæ*, & *Aluarotti in c.* 1. *tit. ſi de vaſſall. feudi fuerit controuerſia*, & *Tiraquell. de tractu conſangu. in fine num.* 56. ſic etiam per *Surd. in deciſ.* 290. *nu.* 16. & alios; hoc idem confirmant *Laurent. de*

2 *Fano in l. in quorum. col.* 12. *de pignoribus*, *Angel.* & *gloſ. in l. ſi filia*, *C. fam. erciſcund. l. neceſſario*, §. *fin. ff. de periculo*, & *commodo rei venditæ l. ſi quis domo*, §. *huic*, & *l. ſi ſeruus*, *ff. de euict.* videns *Bald. in Lucas dubitatur in fine*, *C. de euict.* & *in c. verſ. denum*, *ed prohib. feudi alie-*

3 *nat. per Federicum*, ubi enim habetur emptorem de euictione minimè poſſe agere ex venditione rei feudalis poſtea euictæ, ſciebat enim feudalis rei naturam qualitatemuè ipſius ideoquè non emere debebat, ex eo quia feudalis, cuius alienatio prohibita eſt, *c.* 1. vbi *Bal. de proih. feudi alie-*

4 *nat. per Federicũ*, & alienãdo facit contra præceptum legis, & conſequenter contractus dicitur ſtipulatus cõtra iuſſũ ipſius legis propterea euictio nõ datur in eo, etiã ſi fuerit promiſſa, vt ex *l.* 2. §. *fin.* vbi *Bald.*

5 *C. commun. de legat.* immò nec ad pretii reſtitutionem, quando mala fides, & culpa vtriuſque interuenerit, & manifeſtus colus cum animo fraudandi Dominum de re ſua, quæ ob non impetrationem, aſſenſus colliguntur, vt per *Thomam de Marinis in citat. c.* 1. *num.* 12. licet ex æquitate prætiũ emptori nulli dubium eſt eſſe reſtituendũ ſecundum, *text in l. emptorem*, §. *qui autẽ*, *ff. de act. empt.* & *Teſſaur.* vt ſupra *nu.* 3. & 12. vbi inquit magis veuditoris, quam emptoris eſſe culpam, & ideò rem pretiumuè amittit, & ſic, potiùs emptori erit ſuccurrẽdum, vt non amictat ſolutum pretiũ quam dicto venditori, vt dictum eſt; emp-

6 tor enim excuſatur per *textum*, & *Gloſſ. generalem*, *l. nec emere*, *C. de iure delib. l. inuitum C. de contrah. empt.* & *vendition. l.* 1. & *per totum*, *C. eod. l. fin. C. de iure deliberandi.*

Et quod de euictione, dictus emptor aduerſus venditorem minimè agat, ita cum *Afflict. tenet hic Rendella*, *Benedellus in rubrica nu.* 63. & 64. *in verſ. an re vẽdita*, ea ratione ſecundum *Affl.* hic per *cap. quia* 38. *diſtinctione*, vt in medio notabilis huius, & quamuis eiſdem ſupra dictis iuribus, poſſet ſe tueri venditor, obſtat tamen ei diſpoſitio huius noſtræ conſtitutionis, quæ vult, vt res cum effectu vendantur vicinis per Dominos ipſarum dummodò in eis nõ commictantur fraudes, ac ſimulati contractus fiant, ideò adhibere ad hoc pœnas poſt probationes aduerſus iuramentũ prolatum per cõtrahẽtes, tã venditori, quã ẽptori ex cauſa periurii commiſſi per eos ibi, & *inſuper rem vẽditor amittere debet*, & *emptor pretium*, & *Fiſco applicabitur*; patet ergo ex apertis verbis *tex. conſtit.* iubentis, emptorem etiam eſſe debere in pœnam amittenti pretium propter pœnam periurii, & cõſequenter, nec poteſt pro euictione age-

7 re nam ſublata re iure retractus nulla debetur euictio, refert *Tiraquell. de retractu lignag. gloſ.* 9. §. 1. *num.* 34. *fol.* 54. ſi enim minimè ad pretii reſtitutionem, (quod plus eſt) quomodo ad euictionem? cum

8 euictio venit conſequutiuè arg. *l. oratio*, *ff. de ſponſ.* vltra pretiũ rei & ſic pro damnis, & intereſſe, iam paſſis *Roman. ſingul.* 383. eo magis. quod iſti contrahentes ambo, vt ait *Afflict.* fuere in culpa, & non ſolus venditor, ideòque cuncti etiam debent eſſe in pœna arg. *l. Sancimus*, *ff. de pœnis.*

9 Dum verò dicit, *text.* (& *Fiſco applicabitur*) vt in fine *huius* §. quomodo poſſet hoc procedere de iure, vt permictatur exactio duarum pœnarum, ſcilicèt, vna ab emprore, altera à venditore, vide *Annan in alleg.* 40. *n.* 1. *Cayllum pract. obſeruat.*

lib.

Digitized by Google

lib. 2. obseruat. 59. Minsyng. centuria 1. obseruat. 17. & quando quis duplicata pœna plectatur, videas *Foller. in rubrica pœnis debitis feriatur in praxi criminali part. 4. principalis num. 40. & 41.* & si in exactione pœnarum Fiscus sit præferendus aliis priuatis creditoribus delinquentis, & quid si concurrit Fiscus, & priuatus, super pœna imposita pro multa, delinquentis, an ambo cõcurrunt, vel diuiditur, & quis sit præferendus, facit *Peregrin. in tract. de iure fisci in titul. 8. de pœnis, & multis, num. 11. & 12.* vbi tractat quæstiones has, & alias similes, & si pœna pecuniaria, vel similis à lege, vel statuto introducta applicetur parti, vel Fisco, vide *Marant. in suo speculo par. 4. in dist. 1. nu. 4. in tit. iudiciorum tela*, & imposita vna pæna alterauè rencta arbitraria, an arbitraria maior sit, dic quod non, secundum *Clarum in quæst. 83. fin. §.* prò veritate tamen huius, si duplex pæna exigi possit, vel nè, vide *Dom. Illustrissimum. Ricc. in sua decis. 42. part. 2.* & delinquens cum armis prohibitis, an duplici pæna puniri debeat .s. pæna armorum prohibitorum exportationis, & delicti perpetrati, vide *decis. Lucens. 61. eundem Riccium decis. 57. eadem parte 2.*

Et euicta re vendita à Fisco, an erit locus euictio, dic quod tantum ad pretii restiturionem agitur speciali eius fauore, *Peregrin. de iure fisci lib. 6. titul. 4. num. 36.* & quando actio pro euictioue detur emptori, vel nè vide *Dec. cons. 74. col. 2. Tiraquel. de retract. consanguinitatis in fine num. 48. Gramm. cons. 22. in ciuilibus num. 5. Rolan. cons. 67. nu. 4. volum. 4. Becc. cons. 106. nu. 17. & Surdus in decis. 22. num. 1.* re autem euicta, quod prętium attentatur, præsens ne, vel præteritum, *Domin. de Franchis decil. 297. per totam.*

Ad id verò, vt si hi contrahentes sponte confessi sunt, vt mitiori pœna in eis infringatur, & sic nota plus prodesse spõtaneam confessionem, quam per torturam, vel metu extortam, spontanea enim confessio minimè nocebit, neque probat, nisi confessus in ea perseuerando ratificauerit, ità *Mascard. in conclus. 353. n. 36. & 37. Gomez variar. resol de delictis in genere, c. 12. tomo tertio, num. 6. in tit. de probat. delictor.* minoremque pœnam esse imponendã tenet *Felinus in c. afferte, & in c. literis, num. 7. extra de præsumpt.* & vide ad hoc *Petrum Follerium in praxi criminali, parte prima. tertiæ partis in tit. & confitebuntur, num. 82.* quando verò pœna propter confessionem minuitur, vide *Bald. in l. ea quæ, in quæstione 11. C. de condit. indeb. & in l. contra negantem, ff. ad l. Aquiliam Bart. in l. eum qui, in princip. in prima col. vers. secundò nota, ff. de iureiuran. Felin. in c. de hoc de simon. 2. col. in capite.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna omnis Fisco applicatur.*
2 *Pœna statuta à lege, vel statuto cui applicetur, & quando inducitur pro nomina dupli nu. 3.*
4 *Pœna fraudantis gabellas quæ sit, & cui applicetur.*
5 *Pœna à statuto imposita, an eius medietas Fisco, & altera parti detur.*
6 *Statutum dicens pœnam partim fisco, & partim accusatori dandam, an tota fisco applicetur.*
7 *Pœnam quæ nam sit.*
8 *Pœna statuti semper seruanda est, & tollit pœnam iuris.*
9 *Pœna statutaria an possit esse maior, quàm arbitraria.*
10 *Pœna ordinata in statutis respectu vendentis, an extendatur ad emendum.*
11 *Pœna imposita in Constitut. Sancimus, an possit remitti à vicino.*
12 *Pœna, quæ fisco applicantur, in eis summariè proceditur.*
13 *Pœna imposita promittentibus dimicare armis, eorum controuersiam, an fisco debeatur.*
14 *Differentia inter pœnam, & mulctam.*
15 *Pœna, quæ applicari debent fisco, vel Baroni.*

AD 8. notab. ibi, *Omnis pœna fisco applicatur, &c.* vide *Menoch. de arbit. Iud. quæstione 82. Iulium Clarũ in praxi criminali, quæstione 2. Viuium commun. opin. opin. 122.* & quando pœna simpliciter prolata à statuto, vel à lege, cui applicetur, vide *Bald. in d. l. 2. C. de Episcop. aud. Angel. in auth. vt nulli iud. §. vt autem, col. 1.* & quod in dubio applicetur fisco, patet ex dicta lege, ità *Peregrinus de iure fisci, in tit. de pœnis multis, & maleficijs, nu. 8. lib. 4* vbi ampliat etiam quando lex indicit pœnam per nomina respectiuè, scilicet dupli, tripuli, quadrepli, & similia, tamen nota, quod limitatur hoc circa pœnas fraudantium gabellas, cum gabellario debentur etiam quando factum est tele, quod non cadit in crimine, tunc pœna debetur priuato, ità *Guliem. & Bald. in l. si Ecclesię, C. de Episcop. & cler.* quod verò pœna fraudantium gabellas applicetur gabellario, probatur etiam per *Baldum in l. 2. C. de fruct.*

&

Digitized by Google

& lit. expenſis, *& in cap. 2. tit. de cogn.*
4 *feudor. Alexan. in dicta l. agrariæ*, & plura circa pœnam fraudantium gabellas, & quænam, ſit, & cui applicetur nouiſſimè apud *Nouarium in collectam. 228. ſuper Pragmaticis Regni*, *in Pragmat. 5. ſub rubr. de veſtigalib. nu. 123. & Illuſt. Marchionem Fuluium de Conſtantio Regentem olim meritiſſimum ſuper tribus vltimis libris Codicis*, *in tit. de pœnis fiſcalibus*, *num. 25. & 26.* & ſtatutum ſimpliciter ſtatuens pœnam, an medietas applicetur par-
5 ti, & altera medietas fiſco, vide ad hoc, *Bart. in l. 3. ff. de ſepulchro violato*, *Flerianũ in l. fin. §. hoc autẽ, ff. de his qui deiecerunt, vel effud. Alex. in l. ſi quis id quod, col. vltima, de iuriſdictione omniũ iudic.* vbi in dubio tenet sẽper fiſco eſſe applicãdam, & ſtatuto dictante, vt pœna applicetur fiſco partim, & partim accuſatori, debetur tota ſolutio fiſco, & à fiſco partem ſuam deindè petat accuſator, *Bart. in l. 1. C. de*
6 *uendendis rebus fiſcalibus*, *libr. 10. l. 3. vbi Salic. C. ad legem falcid. Regens Rouitus in ſuis commentar. Pragmat. Regni*, *ſuper Pragmat. nota de aleatorib. num. 3.* vbi allegat inter cæteros *Cabal. reſolut. crim. caſu 202.* pœna autem quænam ſit ſecundũ *Viuium. deciſ. 132.* eſſe delictorũ caſtigationem, & ſecundum *Reg. de Põte de poteſt. Proreg. in tit. de abundantia ciuitatis §. 3. nu. 3.* eſſe illam, quæ punit, vendicat-
7 que per *textum in cap. pœnitentiæ*, *extra de pœnit. diſt. 3.* & quòd pœna ſtatuti, vt eſt iſta, quæ imponitur hic, ſemper eſt ſeruanda, tollitque pœnam iuris communis,
8 *Franc. Mar. deciſ. 907. parte prima*, *Caball. reſolut. crim. 2.* & pœna ſtatutaria an poſſit eſſe maior, quam illa arbitraria, vt puta ſi ſtatuat certam pœnam, & deindè dicit aliam, iudicis arbitro remittimus, vide nouiſſimas Additiones ad *Capyc. in deciſ. 149. & ad Gramat. 36. num. 3.* ſi
9 verò pœna adiecta in contractu priuati applicetur, vel ne fiſco, vidè *Theſaur. in deciſ. Pedemont. 98. num. 3.* qui allegat, *Fran. Mar. in deciſ. 411. num. 19. & Bart. in conſ. 53.* & pœna ordinata in ſtatuto reſpectu vendentis, ſi eadem extendatur ad
ementem, *Boer.* ait quod ſic in *deciſ. 48. n. 4.* ſic etiam è contra, vt ex allatis per Do-
10 ctores, quod idem *Boer:* fundat loquendo etiam reſpectu iuris congrui; hæc verò pœna hic ſtatuta ſi poteſt remitti à vicino an præiudicium fiſci tàm emptori, quàm venditori, quod non, argumento *l. ius publicum, C. de pactis* argumento *l. Lucius, §. pen. ff. ad municip. l. poſt mortem, §. fin, eod. tit. fin. ff. de pact.*

11 In iudicio autem pœnarum quę applicatur fiſco, nota, quod proceditur ſummariè, & abſque figura iudicii, ſiuè per ſtatuta, ſiuè per alia fuerint impoſitæ, nec datur appellatio in eo, vt in *gloſa 1. in cap. Regis*
12 *Caroli 2.* incipiente, *Ab olim*, *lin. 3. col. 2. fol. mihi 339.* & quod in duobus promittentibus dimicare armis eorum controverſiam ſub certa pœna an dicta pœna debeantur, & exigatur, ac fiſco applicetur, videas *Vrſil. ad Afflict. in deciſ. 135. in n.*
13 *fin.* & in alia eiusdem 206. pœna minorata cui applicetur Regi, vel ne, videas *Calper. in contraria cauſa fiſci vt cauſa 11. deciſ. 2.* inter pœnam, & mulctam quæ ſit differentia, & quæ applicentur fiſco, quę Baro-
14 ni, & quando non ſit dictum cui applicari debetur, videas *Illuſt. Marchionem de Conſtantino ſupra citatum in tribus libris Codicis, tit. de pœnis fiſci, lib. 6. nu.*
15 *7.* & per ſequentes ad materiam facientes.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitio, & tranſactio pro eodem ponuntur.*
2 *Compoſitio quænam dicatur.*
3 *Compoſitio vnde ortum habuit.*
4 *Compoſitio in delictis qualiter fiat.*
5 *Pœna ſunt ipſarum legum miniſtri.*
6 *Intereſt Reipublicæ delicta puniri.*
7 *Occaſio delinquendi non eſt præbenda.*
8 *Compoſitio in alijs locis non eſt in vſu.*
9 *Compoſitiones ſubſtinent vices pœnarum.*
10 *Compoſitiones per quas perſonas faciendæ.*
11 *Compoſitiones vt valeant, quæ requirantur.*
12 *Compoſitiones non excedunt quantitatem.*
13 *Cap. exercere volentes ponderatur.*
14 *compaſitio an facienda ſit ante cõteſtationem litis.*
15 *Componere poſt ſententiam ſpectat ad Regem, & ratio aſſignatur, nu. 16.*
17 *Lata ſententia, omnis ſpes commutandæ pœnas ceſſat.*
18 *Rex ſolus facit gratiam poſt ſententiam.*
19 *Compoſitio vt valeat, plura ſunt neceſſaria.*
20 *Caſus, in quibus inconſulto Prorege fieri non poteſt.*
21 *Ordo in compoſitionibus faciendis in quibus non ſeruatur.*
22 *Compoſitio in quibus delictis cadit. & nõ cadit.*
23 *Remiſſio requiruntur in cõpoſitione facienda.*

Digitized by Google

24 *Remiſſio partis an requiratur in vira bonę famę*
25 *Remiſſiones faciendæ à quibus perſonis habenda erit intelligendum.*
26 *Ferdinandi Rouiti laudes.*
Remiſſio an requirantur vbi nulla quęrela interfuit
27 *Iudex an poſſit facere compoſitionem inuita parte.*
28 *Neceſſe an erit, vt liqueat de delicto pro compoſitione.*
29 *Remiſſio delicti an fieri poſſit in prędudicium Reipublicę*
30 *Crimen falſi an cõprehendatur in indulto generali.*
31 *Fiſcus an poſſit procedere ex officio contra delinquentem, non obſtante remiſſione.*
32 *Delictum an dicatur confeſſatura abſolutionem, & compoſitionem.*
33 *Compoſitio an fiat cum eo, qui pluries deliquit.*
34 *Principes an poſſit abſque remiſſione partis, gratiam facere delinquenti, exemplo oſtenditur, nu. 29.*

1 AD verſ. ſed ſi fiſcus admiſit emptorem & venditorem ad compoſitionem. iuxta *cap. Regis Ferdinandi de recept. latron.* Adde quod compoſitio, & tranſactio pro eodem ponuntur, vt in *l. ab accuſatore, ff. ad Senatuſc. Turpillianum*, & *extra de tranſac. cap. fin. Carauita ſuper Ritib. M. Curiæ Vicariæ in ritu 276. num. 3.* & *per Regentem Rouitum in rubr. de compoſit.* & compoſitio eſt illa condemnatio certa pecuniaria, quam facit iudex, vt in *Conſtit. Regni, Aſperitatem*, habetur, ibique
3 per noſtrum *Afflict. n. 11.* licèt eas diuerſimodè eſſe teneat idem *Carauita citato ritu 276. num. 3.* ex opinione *Luce Penneſis in l. 1. C. de deſertor. ciuitat. lib. 12. Muſcatell. in tract. de delictorum cognitione, in tit. de priuileg. & pœnis, & in tit. de vuln. lætal. nu. 22.*
4 Ex quo enim iure ortum habuit compoſitio, à *cap. Regni, Ad preuerſorum, in tit. de declarat. conſt. prob. comp. & à cap. exercere volentes, tit. de compon.* emanatis à Rege Roberto, & ideò dicuntur compoſitiones pœnarum commutationes, de
5 quibus loquuntur dicta capitula, quas faciunt iudices habentes poteſtatem componendi de illorũ delictis, accedente partis remiſſione, quæ in dies practicantur, ait *Afflict. in tit. de fratrib. de nouo benefic. inueſt. num. 22. & 23.* cum remiſſio ſit an-
6 tiphona, ait *Muſcatel. loco citat. in tit. de pœnis, n. 14. dicto tit. 1. de vulnerib.* pœnæ enim ſunt ipſarum legum miniſtri, & ſunt exequendæ, *Baldus in l. etiam, C. de fur-tis, Afflictus loco citato, num. 165.* nam Reipublicę intereſt delicta, & inſontes punire, ait *textus in l. ità vulneratus ff. ad legem Aquiliam, & in l. ciuitatio, §. quod illi-*
7 *citè, ff. de public. iudic. & cap. vt fama, extra de ſentent. excom.* occaſio delinquẽtibus non eſt præbenda, iuſtitia hoc abhorret; *capit. exigunt. 1. queſt. 3. Pariſ. in §. quæro, in verb. compoſitio*, licet aliis in locis minimè ſit in uſu talis compoſitio,
8 vt teſtatur *Peregrin. de iure fiſci, in libro 4. num. 4.* ſed omnia eſſe arbitraria, *idem loco eodem, n. 26.* quod compoſitiones ſuſtinent vices pœnarũ, & commutationes earum ſunt, ait idem *Carauita in ſupradicto citato ritu 276. num. 7.* per quas perſo-
9 nas fiant compoſitiones, habetur in Conſt. Regni Neap. incipiente, *caſus, tit. qualiter Iuſtitiarij ſe gerere debeant*, & apud *Pariſ. in verb. compoſitio, nu. ſupra citat. to, in tit. de ſindicat. & in eadem conſtit.* ibi, *Iudex*, & *Notarius*, & *in d. cap. ad preuerſorum.*
10 Ad validitatem compoſitionis quę requirantur, vt ſint iuſtè factæ, vide *Lucam Pennenſem in l. 1. C. de ſertor. ciuit. lib. 12. Pariſ. in tract. de ſind. in verb. compoſitio, & dicto cap. ad preuerſorum*, & *exercere*
11 *volentes, in tit. de componendo*, & compoſitionis ſumma quanta eſſe debeat, remiſſiuè apud eumdem *Carauit. cit. ritu 276. num. 19.*
12 Et an ſit facienda antequàm lis conteſtetur, idem *Carauita in ritu 272. nu. 19.* & conſultatione Dominorum Iudicum & non abſolutè per Dominum Magiſtrum Iuſtitiarium Magnæ Curię Vicarię expreſ-
13 sè enim ei prohibetur per dictum *cap. Regni, vt in* dicto *cap. exercere volentes*, ibi in verbis, *cum conſilio Iudicis, & actorum Notarie.*
14 Et ad id ſi ſit facienda ãte, vel poſt ſententiam, idem *Carauita*, vbi ſupra, & dict. *cap. exercere volentes, & Lucas de Penna, & Pariſ.* citati ob eodem *Carauita, vt ſupra, & Afflict. noſter in conſtit. Regni*
15 *Vſurariorum. in notab. 4. n. 4.* ad Regẽ dum taxat ſpectat poſt ſententiam componere, vt in *l. relegati, in fine, ff. de pœnis*, & ex aliis notatis per *Carauitam in loco ſupra-citato, num. ſeq.* rationem ipſe affert, nam
16 pœna, que ex lege indicitur pro delicto poſtquam irrogata fuerit, Iudicis minimè remittere poſſunt; neceſſe enim eſt, vt dictæ pœnæ deſeruiatur, *textus* eſt in *l. pœnam, C. de pœnis, l. index poſtea quam, ff. de re indic.* lata enim ſententia, omnis ſpes
17 commutandi pœnam ceſſat, ait *Bart. in*

Digitized by Google

dicta l. iudex oppoſit. 1. & *Alexan. ad eundem in addit.* quos citat *Peregrin. loco* ſupra citato, eodem *tit.* 8. *num.* 20. *Idem Bar. in l. acta, num.* 1. *ff. eodem, de Anna in ſuo ſingulari* 458. incipit, *Rex*, vbi cõcludit, quod ſolus Rex poſt ſententiam
18 indulget, non autem barones, & ità obſeruari per *textũ in l. prima, ff. de poſtulan.* ſic cõſulitur Iudicibus per *gloſam in dictis c. ſup. citatis*, & per *Carauitam in citato ritu* apud *gloſam* ordinariã *Follerii ſuper Pragm.* 4. *de compoſit. num.* 102. *Scaglion. ad cit. ritu* M. C. & *Pariſ.* cuius auctoritas maxima eſt in Regno, vt ait *Carauita in tract. de ſindic. in verbo, compoſitio, col.* 2. *Rouitus in Pramat.* 11. *de officio*,
19 *Magiſtri Iuſtit.* vbi etiam quæ requirantur ad faciendam compoſitionem, de quibus etiam habetur apud *Solam ſuper conſtit. Sabaudiæ tit. de accuſat. inquiſit. & pœnis, parte* 2. quæ ſummatim ponuntur per *Dom. Regentem Tapiam in annotat. ad dictum cap. exercere volentes, in verb. componere, à num.* 13. *cum ſeq. in C. Ius Regni Neap. compilatione, et per Pragmat.* 1. *de compoſit. Berard. Muſcatell. de delictorum cognitione in genere, in tit. de vulnere lætali, et de priuileg. prædict. num.* 21. *et* 22. *Vrſill. ad Afflict. decil.* 287. & apud eundem *Rouitum in dicta Pragmat.* 1. in quibus vero caſibus requiratur ordo Domini Excellentiſſimi Proregis, & in quibus non idem *Rouitus* loco citato, *Afflict. deciſ.* 2. & per *Foller.* ſuper dicta *conſtitut. Regni, poſt mundi machinam num.* 58. caſus verò, in, in quibus incon-
20 ſulto Domino Prorege, minimè poſſunt fieri compoſitiones, habentur nouiſſimè apud *Dom. Nouarium ſuper collect. Prag. Regni, in collect.* 62. *ad eamdem Pragmat. primam*, & apud *Regentem Rouitum in*
21 *dicta pragm.* 1. *num.* 2, & in quibus non requiratur iſte ordo, videas *Afflictum in deciſ. ſupradicta* 287. & quid in receptatoribus malefactorum, an in tali delicto componendo, iuxta *pragmat.* Regis Ferdinandi, ſub *tit. de recept. latro.* requiratur licentia Proregis, ut dictum eſt ſu-
22 pra in *pragmat.* 5. *tit. eodem*, & in quibus delictis cadit compoſitio, & in quibus nõ apud eundem *Regentem in ſupracitata rub. de compoſit. num.* 4. 5. 7. & 8. remiſſiuè, & in *rub. de crimine blaſphemiæ, num.* 3. hoc idem fuit ſeruatum in Curia Magn. Admiratiæ refert ipſe in eadem Pragmat. 2. ordine, ac decreto Sacra Regiæ Maieſtatis exequuto per Excellentiſ-
23 ſimum Dominum Proregem D. Petrum à Toleto, *Carauita* in eodem *ritu* 272. *queſtione* 2. *num.* 4. & vt legitimè fiant, præcipuum requiſitum eſt, vt interueniat partis offenſæ requiſitum eſt, vt interueniat offenſæ remiſſio *Afflict. in conſti. tit. Si quis aliquem*, quem citat idem *Muſcatell. num.* 15. *necnon eumdem Berard. Muſcatell. in loco ſup. citato, nu.* 27. vbi numerat Doctores Regnicolas teſtantes de communi, vt requirantur remiſſio partis, ſed quid
24 ſi ſumus in viro bonæfamæ, ac cõditionis, & in delicto, in quo membri mutilatio nõ eſt ſequuta, an requirantur hæc partis remiſſio iuxtà terminos *dict. cap. Ad peruerſorum*, vide eundem *Muſcatel. in num. ſequent. loco eodem citato*, & *Petrum Foller in ſuis frag. p.* 1. *vulnerabit. aliiſq; pœn.* quod etiam ordinatur per *Pragmat.* 4, *tit. eodẽ* & *per Ritum M. Cur.* 272. 273. 274.
25 & 275. & à quibus ſit facienda hęc remiſſio, & de quibus perſonis intelligendum., videas *Pragmatic.* 8. *titul. eodem*, vbi narrantur perſonæ, ibique *Regentum Rouitũ nu.* 58. *eiſque natum Ferdinandum Rouitum Iudicem in criminalibus*, ac deindè ad officiũ Secretarii Regni huius, qui morte præuentus in immatura ætate, partum antea fuit per Catholicam Regiam Maieſtatem decoratus titulo Ducis Caſtri Saraceni, in ſuis *allegationib. ibidem impreſſus*, in facti cõtigentia in Terra Atripaldæ *Ca-*
26 *rauita in dicto ritu* 172. ſuper articulo, quibus competat ius vindictæ, & in *d. ritu* 276. *quæſt.* 4. quem copioſiſſimè, ac doctè, optimèque ipſe commentauit, & præcipuè de hac materia compoſitionem *Dom. de Franchis omnino in deciſ.* 611. & *in alia* 362. *Clarum in quæſt.* 58. *ſupra cit. per Do. Rouitum, Dom. Regen. de Ponte in tract. de poteſtate prorezia, in tit. de prouiſionib. fieri ſolitis, num.* 33. & 27. & *Lucium Follerium & Tartagliam in Pragmat.* 4. & 8. *tit. eodem, Afflict. & Vrſillum ad eundem in præcitata deciſione, nu.* 187. & *nouiſſimè apud Præſid. Anellum de Amato in conſ. deciſiuo* 18. quid ſi nulla
27 adeſt querela partis offenſæ ſeù illorum, quorum intereſt querelare, loquendo tam de iure cõmuni, quàm municipali, an hæc remiſſio vt ſupra requiratur, vide *Dom. Regentem de Ponte vbi ſupra, Dom. Regentẽ Sanfelicium deciſ.* 53. *num.* 8. vbi teſtatur de obſeruantia fieri ſolita in tali caſu, & de modo componendi videas *Adden. ad Carauitam nouiſſimè per Conſtant. Papam in dicto ritu* 273. & *Regentem Rouitum in*
28 *dicta prag.* 7. *tit. de compoſit.* & an iudex poſſit facere compoſitionem inuita parte, & abſque ipſius remiſſione, videas dictam *deciſ. Afflict.* 287. & *deciſ. Theſaur.* 12. & an ſit neceſſarium, vt liqueat de delicto, & delinquente, *Maſcard. de probationib. in*

Digitized by Google

concluſ. 1135. *n.* 5. & 6. *Afflict. in conſtitut. Licentiam, lib.* 3. *de dotarijs conſtitut. tit.* 13 *quæſt.* 4. & an poſſit in præiudicium Reipublicæ fieri hæc remiſſio per priuatũ, quando tota Reſpublica dicitur offenſa per delictum videas eumdem *Maſcardum vbi*
29 *ſupra*, & *Afflictum in tit. de fratribus denuo beneficio inueſtit. in cap.* 1 *in verbo pœnarum, num.* 36. & facta remiſſione omnium delictorum propter indultum generale à Rege, in dicto indulto ſi includatur crimen falſi *Afflict.* ait, quod non in *deciſ.* 404. *num.* 22. *per l. Lucius, ff. ad Turpillianum. vbi Addent. & ibidem Grammat.*
30 *in eius addition. lit. B.* Fiſcus verò ſi non obſtante tali remiſſione, poſſit ex officio procedere contra delinquentem, vide *Berard. Muſcatel. in tract. de cognitione delictorum in genere, in tit. de iniurijs ac famoſis libellis, num.* 31. *cum ſequentib.* & an dicatur delictum eſſe confeſſatum propter compoſitionem, ac ſolutionem factam Cu-
31 rię videas *Follerium in praxi criminali, in prima parte tertiæ partis principalis, in verbo, & confitebuntur, nu.* 145. & hæc compoſitio ſi fit facienda cum eo, qui pluries delinquit, videas *Grammat. in vot* 33. & ſi Princeps poſſit abſque partis remiſſione gratiã facere delinquẽti, vel ſi poſſit limitari, ac minorari id, quod pars offenſa
32 pro remiſſione petierit, videas pulchras *deciſ. Ludouici a Peguera* 39. & *deciſ. Gabedi* 75. & *Teſſau. vbi ſupra deciſ.* 21. *Teſſaur. filium in quæſt.* 9. *forenſ.* vbi diffuſè circa materiam hanc tractat, quos colligit *Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Do. Epi-*
33 *ſcop. Riccius in ſua collectan.* & hoc ſeruatum fuit in diſceſſu Excellentiſſimi Domini Comitis Montis Regij Proreg. huius Regni in anno 1637. qui facit multas gratias, etiam abſque partis remiſſione, minorando, & commutando, pœnas delinquentium, & nouiſſima apud *Dom. Regentem*
34 *Sanfelicium in* 53. *deciſ. par. prima per totam*, vbi diſputat, ſi hoc Princeps poſſit facere, vel ne abſque partis remiſſione cõſiderato intereſſe eiuſdem, vbi affirmatiuè concludit, ac refert deciſum *num.* 36. verum cauſa cognita,

SVMMARIVM.

1 *Iudex. an poſſit pœnam minorare ſimiliter remittere deminuare, & componere, nu.* 2. *& an ex cauſa poſſit hoc facere, num.* 3.
4 *Iudex an poſſit poſt latam ſententiam pœnas minorare.*
5 *Barones an poſſint cõponere, & pœnas minorare*
6 *Iudices quando poſſint abſq; licentia Proregis pœnas minorare ſine partis remiſſione.*
7 *Compoſitio cur abſque partis remiſſione.*
8 *Princeps tàm ante ſententiam, quàm poſtea poteſt pœnas commutare, & componere.*
9 *Proprium eſt Principis pœnas irrogare.*
10 *Princeps arbitriam a cęleſti motu accipit.*
11 *Princeps eſt lex animata in terra.*
12 *Princeps quando legem tollere poteſt, etiã abſque cauſæ. cognitione.*
13 *Princeps quando poteſt minorare pœnam.*
14 *Princeps habet poteſtatem reuocandi ſententiam, exitum tranſactum in rem iudicatam.*
15 *Princeps poteſt remittere pœnam parti applicandam ſolo motu, etiam ſine partis remiſſione, & quando. num.* 16. *& ob bonum publicum, num.* 17. *caſus referuntur occurſi, num.* 18. & 19
19 *Pœna minoratur propter ſenectutem.*

AD id, quod *Afflict.* ſequitur, dicens *Quod pœnam iuris Officialis nõ poteſt mutare ſine Principis permiſſu.* adde
1 quod pœna impoſita per legem, vel ſtatutum poteſt per iudicem minorari, *Baldus in l. prima, C. ſi aduerſus delictum, Alexand. in l. quia ergo, §. pœna grauior, ff. de infantib. expoſit. in l. hos accuſare, §. omnibus, ff. de accuſation. Ioann. Immolenſis in l.* 2. *ff. de public. iudic. Angel. in l. fin. C.*
2 *de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 12. & an iudices inferiores Principis poſſint pœnas, multaſque remittere diminuere, vel ſuper eis cõponere. videas *Peregrin. de iure fiſci in artic. ſupra cit.* 8. *in lib.* 4. *de pœnis, & malefic. num.* 19. *cum ſequentib.* qui valdè ſolemniter diſtinguit multas à pœnis, *Proſper. Carauita ſuper ritu citato* 276. & 272. & *Afflict. ſuper conſtitut. Regni, Vſurationum, in* 4. *notab. & Theſſaur. in deciſ.* 223. *Dom. de Franchis deciſ.* 348. *nu.* 6. an verò ex cauſa poſſit hoc facere, videas eumdem *Peregrin. nu.* 24. *de iure fiſci, & apud Dec. in cap. conſuluit extra de appellatio. Alciat. conſ.* 452. *num.* 18. *l.* 1. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Bart. in l. ſi diuino, ff. de pœnis, Iacobin. in l.* 1. *C. de publica lætitia, lib.* 12. *tex. in §. ſed quod*
4 *Principi in fine, vbi gloſ. & DD. & in ſpecie Aretin. ibidem Inſtitut. de iure gentiũ natural. vel ciuil. alioſque apud Caſſaneã in catalogo gloriæ mundi, & Grammatic. deciſion* 33. *num.* 15. & *in alia deciſ.* 42, *num.*

Digitized by Google

num. 1. qui mouentur per *textum in cap. inter ſollicitudines extra de pignoratione canonica. Troiſium ſuper ritu Mag. Cur.*
5 276. vbi affert etiam plures cauſas mouentes iudices ad diminutionem pœnarũ, aliaſque reperies apud *Peregrin. de iure fiſci, ſup. cit. & ar. n.* 25. & ſi poſt latam sẽtentiam poſſint minuere pœnas iudices, videas eundem *Carauitam, & Peregrin.*
6 *ubi ſup. in locis citatis* concludentes negatiuè, quod ſecus in Baronibus habentibus merum, ac miſtum imperium, nàm plenam poteſtatem componendi, remittendique, & minorandi pœnam habent, vt apud eumdem *Carauitam in ſupra cit. ritu.* 272. & *Follerium in ſupra citata Pragmatic.* 8. *num.* 97. *uſque ad* 100. quod intellige, parte concordata, qua poteſtate abuti per eos, inquiunt ſupra citati DD. & maximè, quando ſunt delicta atrocia, vt idem *Foller.* ait *num.* 69. &
7 97. *loco ſupra cit.* quid autem concurrentibus iuſtis de cauſis, ſi iudices poſſint commutare abſque Proregia licentia, ac partis remiſſione, vide *Regentem de Ponte in loco ſupra cit. num.* 6. 7. & 8. §. 4. & *Muſcatel. in tractat. de delictor. cognit. in genere, in praxi crimin. tit. de pœnis delictorum vulnerum lethalium, vel nõ lethalium, num.* 23. *cum ſequentib. fol.* 25. cati.
8 ſæ verò cur abſque partis remiſſione non poſſit fieri compoſitio, habentur in *cap. ad peruerſorum, & Afflict. in conſtitut. Regni, Si quis aliquem*, & optimè apud *Menoch. de arbitrar. iudic. libr.* 1. *quæſt.* 88. & optimè apud *Marant. in diſputat.* 3. *per totam*, in Principe verò ſecus, nam
9 ſemper poteſt minuere, vel cõmutare pœnam, etiamque componere ità *Clarus in quæſt.* 83. *lib.* 4. §. *fin. Peregrin. de iure fiſci vbi ſupra, num.* 17. *verſ. pœnas irrogare*, propriũ enim eſt ipſius Principis hoc facere, cum in eo omnes pœnę ſunt arbitrariæ, inquit *Cacheran. in deciſ. Pedemont.*
10 80. *num.* 18. auctoritate *Bald. Salicet. & Aretin. in l. final. C. vbi Senatores, vel Clariſſimi.* quod arbitrium ſumit ipſe à cœleſti motu, ait *Afflict. noſter in conſtitut. Officiales in tit. de offic. Reipublic. rubr.* 35.
11 *num.* 4. cum ſit Princeps lex animata, *Auth. de conſulib. vbi gloſa. §. pen. Surd. deciſ.* 2. *num.* 5. & Rex poteſt tollere legem, ait *Cephal. in conſ.* 342.
12 Et quando abſq; cauſæ cognitione hoc poſſit facere Princeps, vel ne, videas *Aſſl. vbi ſupra proximè citatum, Auguſt. ad Angel. de maleficijs, num.* 46. *Farinac. de delict. & pœnis, quæſt.* 13. *par.* 1. *num.* 39. allatos à *Regente de Põte de poteſt. Proreg. vbi ſupra, nu.* 14. *cum ſequentib.* vbi refert nonnullos caſus, in quibus Princeps
13 minuit, & ampliat pœnam vſque ad mortem naturalem, habita conſideratione ad qualitatem perſonæ temporis, ac loci, alios affert *Præſens de Franchis in deciſ.* 504. & *Franciſc. Marc. in deciſ.* 509. citatos ab eodem *Dom. de Ponte vbi ſupra*, Prin-
14 ceps habet poteſtatem reuocandi ſententiam etiam tranſactam in rem iudicata, vt ait *l. C. in l. Diui fratres ff. de pœnis, Bald. DD. & gloſa in l. fin. C. ſentent. reſcind. non poſſ. l. imperiũ, C. de iuriſdict. omnium iudicum*, immò penã quæ eſt parti applicanda
15 etiam poteſt remittere ſolo eius motu qui eſt iuſta cauſa, ità *Cynus, & Baldus in lege reſcripta, C. de precibus Imper. offer. Abb. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. & in cap. niſi ſpecialis, de offic. delegat. gloſa in ritu Mag. Cur. Vicar. in medio, column.*
16 1. & ſi propter res benè geſtas poſſit commutare pœnas, etiam propter cauſas eius iuſtiſſimam mentẽ mouentes abſque partis remiſſione videas *de Ponte vbi ſupra in tit. de ſaluoconducto. titul.* 11. *num.* 3. & *in tit. de commutatione pœnarum corporalium, & idem de Ponte in tit. quæ ſint regalia, in verbo bona committentium, poſt num.* 75. vbi inquit hoc poſſe facere abſque peccati ſcrupulo propter bonum publicum; publicum enim præfertur priuato, & in publico adeſt priuatum, vt idem *de Ponte in tit. de prouiſionib. num.* 25. & non obſtat hoc eſſe in præiudicium tertij, nam, vt ſupra in §. 1. adnotauimus, plura circa hoc quod Princeps, poteſt propter publicum bonum etiam ius tertii aufere.

17 Quod obſeruatum fuit in cauſa illorum de caſali Arſani huius Ciuitatis, qui plura perpetrarunt homicidia, aliaque delicta, & ex cauſa indultus criminis falsæ pecuniæ detecti in perſonam N. vna cum complicibus dicti delicti, quos tradiderunt in ſortis Curiæ, qui in foro magno fuere ſuſpenſi ipſe verò N. principalis fugam arripuit, eſique parte non poterunt, propter quod Magna Curia Vicarie dixit, at decreuit, vt dicti de Arſano inquiſiti, vt ſupra gaudeant dicto indulto, & hoc fuit in ano 1620. Actuarius fuit de Roſa in criminalibus, & commiſſarius magnificus, ac circumſpectus Marcus Antonius Ruſſinus Iudex in criminalibus, non obſtante remiſſione partis.

18 Sic etiam propter ſenectutem, minuitur pœna, ac commutat in ritiori per Principem, vel delegatum ipſius, vt inquit *textus* valdè notabilis, ac aureus, in *l. relegati ff. de pœnis, ibique Bart.* allatus a *Dec. in l. fere in omnibus ff. de regul. iuris, &*

tex-

Digitized by Google

textus in l. 2. ff. de term. mot. vbi ſimiliter habetur, etiam quod tempus relegationis minuitur ſenibus, & pœnitentia iniũgenda ſenibus, habetur ratio ad ſenectutem, vt in *cap. tempora penitudinis 26. quæſt. 1. & in cap. magnæ, extra de voto*, vbi in voto peregrinationis deferuntur ſenectuti plura priuilegia, quæ etiam, refert *Ludouic. Roman.* notabiliter in *repetition. l. ſi verò*, §. *de viro ff. ſolut. matrim. in fallent.* 53. &
19 per *Dec. vbi ſupra in dicta regul. l. ferè*, per *Clarum in praxi crimin. quæſt.* 60. ſic etiam minuitur pœna, quando delictum eſt perpetratum per minorem, *Dom. de Franchiſ.* 230. de quibus ſupra dictis videas omninò *Grammat. dec. 23. n. 11. Theſaur. deciſ. Pedemont.* 166. *Boer. deciſ.* 63. *Clar. in quæſt.* 60. *in praxi crimin.* qui etiam loquuntur in ſene, & furioſo; & in minore, aliiſque perſonis, in quibus pœna eſt minuenda.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus tenetur vendere rem retractam, & pretium recipere de ea.*
2 *Princeps acquiſitum per contractum poteſt alteri auferre.*
3 *In dubio an præſumatur aduerſus conceſſionem factam à Principe.*
4 *Cauſa debet declarari qualis ſit, quod Principis mens moueatur, vt auferat ius tertio.*

AD 9. notab. ibi, *Inter, &c. fiſcus autem vendat rem illam illis, qui habent ius prothomis. &c.* adde, quod ideò diſponitur in *textu*, vt fiſcus vendat rem illis, quibus ſpectat prothomiſim, ideſt vicinis, cum ſit iam eis ſquæſitum ius, & iuri quæſito derogari nemo poteſt, immò, nec Princeps, vt ſup. dictum eſt in *rubr.* & conſequenter neque fiſcus, cum idem ſint Princeps, & fiſcus, ait *Baldus in l. 1. §. cum autem, C. de caduc. tollen. Cachera. in deciſ. Pedemontana* 38. *num.* 16. niſi cauſa cognita, vel de plenitudine poteſtatis, *Dec. in conſ.*
1 506. *Menoch. in quæſtion.* 69. *de arbitr. iudicum, Felinus in cap. cum olim column. 2. ac ſentent. & re iudic.* etiam ſi agatur de modicu præiudicio, *Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum column. 9. num.* 197. *Peregrin. in lib. 5. tit. 2. nu. 59. & tit. 1. nu. 27. de iure fiſci*, immò in generali conceſſione nunquam intelligitur derogatum iuri tertij, inquit *Do. Camill. della Rattha in ſuis conſiliis deciſiuis nouiter impreſſis in conſ. 5. num.* 20. & ad tollendum ius quæſitum tertio, requiritur magna ac gra-
2 uiſſima cauſa, inquit *Affl. noſter in conſtitut. Inſtrumentorum robur. nu. 29. de fide inſtrument.* igitur dum vicinus illam rem vult retrahere propter ius congrui fiſcus ei omninò tenetur vendere, & pretium recipere, ſicut per *Imperatorem* hic ordinatur, neque dici poteſt, quod dictam rem fiſcus lucratur propter pœnam contrahentium, ex cauſa periurij & pœnam eſſe de regali-
1 bus, vt ait *Clarus in quæſt. 65. verſ. nunc videamus, & Rendella in §. ideòque illi applicabitur, in verſ. fiſcus dicitur, nu. 13. in fine, in eodem tract. de iure prothomiſ. & DD. in l. agrariæ ff. de termino mot. & in l. 3. ff. de ſepul. violat.* nam, & ſi rem amittit fiſcus lucratur pretium ei ſolueudũ
3 per vicinum ſic etiam Princeps, nec quæſitum per contractum poteſt alteri auferre, ità *Cephal in conſ. 302. nu. 116. quem citat Surd. in deciſ. 274. num. 7.* quid verò in dubio præſumatur aduerſus conceſſionem factam à Principe, vel ſi Princeps recedere vellet ab ea, & iuri tertio quæſito derogare, videas *Fontanell. de pact. nuptialib. in clauſul. 4. gloſa 10. part. 2. nu. 35.* ad materiam verò quando iuri tertij quis, vel ſi priuatus ſit, vel Princeps derogare poſſit, vide *Fulgoſ. Romanum, Corneum, Iaſon. & communiter Scribentes in l. ſi teſtamentum, C. de teſtamentis, & ſpecialiter Regentem Rouitum ſuper Pragmaticam Regni Neapolis, in Pragmatica prima, n.*
4 *1. vbi de delictis quis conueniri debet*, qui declarat legitima cauſa qualis ſit, per quã Principi licitum ſit ius tertij auferre, & etiam refert id quod fuit ſeruatum in Regiis Tribunalibus M. C. V. in criminalibus in facti contigentia, penès Actuarium Ambroſiũ Rummũ Patruũ meũ, olim eiuſdem Magnæ Curiæ Vicariæ Actuarium in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus nec loco hæredes, ac pro hærede habetur, & quare.*
Et an teneatur ad onera, num. 2.

AD *num. 25. in eodem notab.* ibi, *Fiſcus ſuccedens in bonis ex aliquo delicto habetur pro herede*, adde *Dom. Aſſ. in Conſtitut. Regni, Ob filiorum culpam, tit. vt pater forindicati ex delicto filij, rubr. nona nu. 1. Fontanellam de pactis, clauſula 4. gloſa 4. num. 66. & 67.* qui tenet, quod fiſcus minimè loco hæredis, ac pro hærede habeatur, rationem eſſe inquit ad diluendas maximas quæſtiones, quas ponit
1 *Barboſa in repetitione l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrimon.* videas *Alexand. Trentacinqu. variar. reſoluto lib. 1. titul. de iure fiſci, reſolut. 2 per totam*, quem citat

idem

Digitized by Google

idem *Fontanella qui supra*, videas etiam *Afflictum in decis. 285. vbi Vrsill. Rendella in §. causa verò dotis, in vers. fiscus autem vendat, nu. 6. in eodem tract. de iure protomis. & glosa Antonij de Caputis*, quę de verbo ad verbum concordat cum dictis per *Dom. Afflict. hìc*, quæ eadem videntur esse, qua de re idem *Rendella* ait *Afflictum* expilasse *dictam glosam Antonij de Caputis* quod non est credendum, cum id, quod scripsit *Caputus Afflict.* non ignorabat, adde ad supradicta *Peregrin. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. de publicat. bonor. nu. 53. & 60.* vbi per plura argumenta nititur probare fiscum loco hæredis non esse tamen licèt loco hæredis non sit, tenetur tamen ad onera, ad quæ tenetur hęres, vt apud eumdem *Peregrin. per num. sequent. ibidem*, & quæ transeunt, vel non ad fiscum, & de iis, quæ sunt auferenda delinquenti, vel eius hæredibus, ibidem habentur.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus non tenetur nisi ad simplum, qualiter intelligatur, num. 2.*
3 *Fiscus, an sit in expensis condemnandus, vel puniendus, quando succumbit.*
4 *Fiscus victor non exigit, nec succumbens soluit expensas.*
5 *Laudes Philippi Pascalis Regii Consiliarii, & eius mors.*

1 *D vers. sed quæro, & ibi fiscus non tenetur, nisi ad simplum, vt Afflictus* hic ait *esse verbum peregrinum*, cui adde *Peregrin. de iure fisci, in lib. 6. tit. 4. num. 36.* hoc etiam asserens, vbi citat *textum in l. si procurator, & glosam in l. si dictum, ff. de euiction. & Paris. in cons. 101. num. 14. Caball. in tract. de euiction. §. 1. num. 88. Rebuff. de dilationi. art. 2. glosa prima, n. 32.* quod intellige, quando
2 fiscus vendit rem uti suam fecus sui debitoris, de quo vide eundem *Peregrin. nu. 37.* & an fiscus, siue eius procurator sit in
3 expensis condemnandus, vel ne, ac puniendus, quando succumbit in causa, videas remissiue apud *Grat. cap. 33. num. 40. 41. 42. & 43.* qui in fine inquit *Quod fiscus victor non exigit, nec succũbens solvit expensas litium*, allegat *Baldum, & Peregr. de fisci privilegijs*, circa autẽ pri-
4 uilegium *l. benè à Zenone, & l. omninò, vt hìc per Affl.* adde *decis. Dom. de Franchis 377. & eumdem Afflict. nostrum super constitut. Regni, Exceptione in quæstion. 5. nu. 6. tit. de exceptionib. dilatorijs, & in decis. 361. & Vrsil. ad eumdem in nu. 41.* vbi asfert limitationes ad *dictam l. benè à Zenone, & fin.* sicut etiam alias refert *Decius in cons. 357. & Felinus in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 34. & 35. de constitutionib.* ac etiam *Grammat. in decis. 65. nu. 35. Petrus Duen. in regula 283.* & signanter *Carol. de Grassis in tract. de exceptionib. in except. prima, num. 25. Surd. decis. prima, Boerius decis. 8. num. 4.* & finaliter ne
4 mittas videre *Philippum Pascalem de viribus patriæ potestatis par. prima, cap. 3. nu. 51.* qui fuit Iudex maritissimus tam in ciuilibus, quam in criminalibus in Magna Curia Vicariæ, deindè parum antea quam fuit creatus Regius Consiliarius Sacri Regii Consilii Sanctæ Clariæ, morte præuentus, benè ergo inquit *Propheta, Quod homo nunquam in eodem statu permanet, &*
5 *fugit velut vmbra, & quasi flos egreditur, conteritur, eique aliud non supereſt, nisi sepulcrum, Iob. cap. 14.* & videas *Afflict. in tit. de vaſſall. decrepitæ ætatis, quæst. 2. vbi Isernia ibidem.*

SVMMARIVM.

1 *Iustum pretium est Iudicis officio declarandum*
2 *Iustum pretium qualiter dicatur;*
3 *Iudex debet accedere super faciem loci, & quare.*
4 *Iudex potest cogere partis, vt eligant estimatores.*
5 *Iustum pretium quodnam dicatur;*
6 *Pretium quot modis dicatur?*
7 *Pretium plurifariam accipitur.*
8 *Pretium iustum est a singulis partibus rei desumendum.*
9 *Aestimatio an possit crescere, vel decrescere, ea facta. pro pretio iusto, & qualiter intelligatur, num. 10.*
11 *Pretium conuentum præsumitur iustum.*
12 *Pretium iustum præsumitur re vendita.*

1 AD X. Notab. & in textu ibi, *De iusto pretio*, adde iustum pretium circa hanc materiam esse Iudicis arbitrio declarandum secundum *Menoch. de arbitrarijs, lib. 2. centur. 2. casu 143. & Tiraquell. de retract. cõsanguinitatis, in §. 2. glosa prima, num. 25.* videas omnino *decis. Dom. de Franchis 54. nu. 8. et mun. 9.* vbi iustum pretium circa retractum iuris congrui esse
2 considerandum per tabularios Sacri Consilii qui considerant iustum pretium secundum rei qualitatem, ac secundum quantitatem introitum, iuxta *textum in l. si fundum per fideicommissum vbi Bart. & Va-*

po

Digitized by Google

podan. in gloſa conſuet. prima eodem tit. in verbo prout fuerit, nec valere inquit æſtimationem, quæ per ſubhaſtationem fit, nã ex ea minimè probatur iuſtum pretium, ac rei valorem; animoſæ enim ſunt licitationes inquit *Præſ. de Franchis in eadem deciſ.* videas etiam circa hoc *Bardum de iure prothomiſ. ſupra Bulla Sixtina. in §. nos igitur 2. in ordine, notabil. 3. num. 8. verſ. ex quo notatur, quod iudex*, vbi inquit, quod iudex debet accedere ſuper loci differentiam ad videndum, & conſiderandum qualitatem ipſius, iudicando ſecundum eius conſcientiam, citatis, ac auditis partibus ſicut hodie fit quod etiam docet *Rota Romana in deciſ. 342. in nouiſſimis*, immò Iudex poteſt cogere partes iam citatas ad eligendum æſtimatores, ſi ipſe non vult æſtimare, vel vt eligat ipſemet, ſecundum tradita per *Bart. in l. ſed ſi ego, iuxta finem, ff. de legat. 1.* & iuſtum pretium dicitur illud, quod ab omnibus communiter æſtimatur, non verò quod ab vno, vel duobus volentibus emere, vt inquiunt *Alexand. Raph. Cuman. & Angel. in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verbor. obligat. in verſ. rei valor, Baldus in l. 2. C. de reſcendenda vendit.* pretium verò quot modis accipi poſſit, dic pluribus modis, & in tempore penuriæ in rebus cõeſtibilibus quomodo eſt ſumentum dictum pretium propter publicum bonum, vide diſtinctionem *Menochij in conſ. 137. num. 18. & 22. lib. 2. & apud Gratian. in diſceptat. forenſi, diſceptat. 811. num. 17.*

Pretium enim pluribus modis accipi poteſt, videlicet pretium iuſtum, iniuſtum, ac rationabile, & iuſtum, ac rationabile ſimul, ſecundum *Bardum in Bulla Sixtina, in tractatu de iure prothomiſeos in §. 7. notabil. 3. num. 9.* vbi declarantur, & conſiderantur, nam hic ponere non licet, quia eſſet tranſcribere, & paginam implere, & quod pretium iuſtum eſt à ſingulis partibus rei deſumendum, ità per *Surdum in deciſ. 155. num. 5.* & facta æſtimatione pro pretio iuſto cognoſcẽdo an talis æſtimatio poſſit deinde creſcere, ac decreſcere, vide *Bartholomæum Capellam Veronenſem in tract. de ædilitio edicto, ſuper l. iuſtiſſimè, § in redhibitoria, num. 4.* qui tenet, quod non, quia poteſt decreſcere, ità nec accrescere, quod intelliget, inquit ipſe, quando vẽditor non peccaſſet in tradendo rem, at ſecundus ſi in tradendo, & male tradendo, nam tunc benè poteſt creſcere vſque quãtitatem intereſſis, & quod pretium conuentum præſumitur iuſtum, per *textum, in l. in minoribus, C. de reſtitut. in integrum, & poſtea §. ſi. minor. ff. de iureiurando, Gratian. in diſceptation. forenſi. cap. 723. num. 16.* & iuſto pretio præſumitur res vendita, eumdem *Gratian. capit. 703. num. 12.* & quid ſit pretium iuſtum, videas eumdem in *cap. 706. num. 62. & 65.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia an requiratur ad annullandum contractum irritum ob ſimulationem, ac fraudem.*

2 *contractus in fraudem vicinorum celebratus eſt ipſo iure nullus.*

3 *Contractus nullus quando dicatur.*

AD verſ. ſed quæro, nu. 28. adde *Rendellam in verſic. venditio fies irrita, n. 1. cum plurib. ſequentib. in tract. de iure pretomiſ. in §. cauſa vero dotis*, qui in n. 30. tenet, quod requiritur ſententia ad annullandum talem contractum irritum, propter ſimulationem, ac fraudem, ſed in hoc dicerem, quod quoties lex annullat contractum, ipſo iure contractus eſt nullus abſque alia ſententia, *l. à Diuo Pio, ff. de ritu nupt. l. non dubium, C. de legib. Baldus in l. prima, col. 1. C. plus valere quod agitur, & in §. ad hæc, de pace iuramento firmata, col. 2. verſic. item etiam in vſib. feudor.* lex enim noſtra ideſt *conſtitutio Sancimus* expreſſè vult, contractum in fraudem vicinorum celebratum vti contra *Cõſtitutionem*, ac eius requiſita eſſe ipſo iure nullum, prout ibi, in textu, *contra Conſtitutionem noſtram.*

2 Et ad id, quod contractus ſit ipſo iure nullus ex defectu diſpoſitorum in ſtatuto, & in conſuetudine quando conſenſus propinquorum deficit, ſicut diſponitur in hac *Extrauag. Sancimus*, vt denuncietur prius venditio parentibus, & agnatis, & cognatis, iuxta ordinem, & gradatim, & deinde ſociis, vt in *textu* ibi, *Niſi prius denuncietur illis*, & ibi, *in primis*, adde ad hoc *Baldum in rubric. C. de reſcin. vendit. in medio, in verſic. quandoque requirantur*, & *eumdem Baldum in l. comparationes, colum. 2. C. de fide inſtrument.* & *in l. 1. C. vt in poſſeſſ. legatorum*, & *in l. ſi iudex, C. in quibus cauſis. in interg. reſtitutio nõ eſt neceſſaria, idem Baldus in l. item veniunt, §. Prætor, ff. de hæred. petitõ. Theſſaur. in quæſt. foren. 60.* & *Teſſaur. Putrem in deciſione Pedemontana 66.* allatum ab eodem *eius filio in cit. quæſtione for. 60.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Iurare de iure diuino prohibetur.*
2 *Amen dicto explicatur.*
3 *Iurare an sit omnino prohibitum.*
4 *Reus dimissus sub iuramento redeundi ad carceres nō redeundo, an sit periurus.*

AD MI. Notab. in quo consilium dat *Affict.* contrahentibus in fraudem iuris congrui, vt omnino in quantum possunt fugiant iuramentum super simulato contractu, cui adde, quod iuramentum licet videatur prohibitum, vt in *Euangel. Diui Matt.* 5. & *ex Diuo Iacobo Apostolo cap.* 5, dicente *Nolite iurare omninò per cœlum, quia thronus Dei est, neque per terrā, quia scabellum pedum ipsius, neque per Hierosolimam, quia ciuitas est Regis magni, neque per caput tuum, quia non potes vnū capillum facere album, aut nigrum, & in dict. cap. & si Christus, de iurando*, ibi, *Sit sermo vester est, est, non, nō.* Quamuis iuramentum per se non sit malum, dummodo cadat super veritatem, cōscientiæ, vt ait *glosa in dicto capit. & si Christus*, vt apud *Syluam in tract. de iurē. part.* 1. *nu.* 1. *ex glosa in rubric. ff. de iureiurando, & glosa* 22. *quæstion.* 1 *in principio*, in plurimis locis Euangelii, ibi *Amen dico vobis*, idest in veritate, & sine defectu, vt exponit *glosa in dicto cap. & si Christus, in verbo, amen*, & apud *Apostolum* dicentem, *Testis sit mihi Deus*, *arg. nu.* 21. *distinction. cap. denique, & 37. distinct. cap.* 2 *ideò, & alia*, vt per *glosam in dict. cap. & si Christus, in verbo sequuntur, lit. D.* ideo non omninò est prohibitum iurare, nam vt ostendit doctissimus *Peter Suarez par.* 2. *to.* 2. *in tract. de iurament. & adiurat. lib.* 1. *cap.* 2. *Iuramentum* (ait) *in l. gratiæ non esse simpliciter prohibitum, & in casu necessario non esse malum*, vbi etiam facit, quæ sunt requisita iuramenti, vt *capit.* 3. & an iuramentum sit actus elicitus virtutis, vt In *cap.* 4. vbi etiam alia circa materiam iuramenti per quatuordecim capita, vt apud eum, licet per *Ecclesiastic.* 23. dicatur *Vir multum iurans repletur iniquitate, & de domo eius plaga non discedet*, 3 & alibi, *Ne assuescat os tuum iurationi, vt in citat. cap. & si Christus*, & *Summus Pontifex Innocentius Tertius* monet monachis Capituli Castellionis, vt sine viri perfecti, & in quantum possunt, abstineant se à iuramento, vt in *dict. cap. & si Christus*, queritur autem hic de pulcra quæstione, quam facit *Reuer. Pater Suarez in libro de virtute, ac statu Religionis, in tractatu de Templorum, ac locorum sacrorum Religiosa obseruatione, libr.* 3. *cap.* 2. *sol.* 319. *num.* 20. scilicet quando reus captus sub iuramento liber dimittatur eundi ad carcerem, vel iam carceratus sub iuramento 4 redeundi promittatur exire, si contra iuramentum ad Ecclesiam confugiat, si obstet ei periurium, ac infidelitas ad gaudendum immunitate, vbi negatiuè respondit ex cōmuni Doctorum opinione, sed relaxationē iuramenti precurandā, & immunitate gaudere.

SVMMARIVM.

1 *Confessio alterius contrahentium probat.*
2 *Iuramentum suppletorium non datur vbi est plenè probatum, sed vbi actor habebit semiplenam probationem.*
3 *Iuramentum suppletorium an dari possit, parte non petente.*
4 *Iuramentum suppletorium vsque ad conclusionem peti potest, non postea.*
5 *Probationes debent esse liquidæ in panis, vt committantur.*
6 *Vbi plena, & liquida probatio requiritur, non defertur iuramentum.*

AD *versic.* ibi, *Si dato iuramento emptori, & venditori, & venditor fatetur.* adde quando confessio vnius ex contrahētibus probet, *Mascard. in conclus.* 386. *n.* 1 10. & quando confessio vnius ex contrahentibus alteri prosit, vel noceat, *Bart. in l. ex duobus, ff. de duobus reis in quæst.* 9. *nu.* 32. vbi distinguit.

2 Ad *versic. sed si aliud in fauorem emptoris nō sit, habebit locum iuramentum suppletorium, vt in num.* 20. adde quod iuramentum suppletorium non defertur vbi est plenè probatum, sed vbicumque actor habebit semiplenam probationem, atque præsumptionem, & coniecturam, *Alexan. consil.* 53. *in causa vertente inter Michaelem, circa finem, volum.* 1. *Hippolit. de Marsil. in singular.* 8. *in fine*, & si tale iuramentum ex officio iudicis possit deferri parte 3 non petente *Salicet. in bonæ fidei, colum. antepenultima, ff. de rebus creditis*, & vsque ad quod tempus potest deferri tale iuramentum suppletorium, *Bartol. in dict.* 4 *l. admonendi*, ait *vsque ad conclusionem*, si petatur ante, quia post non petitur, *Bald. in §. item si vasallus, tit. de controuers. inuestitur., Castrens. in consil.* 94. ità etiam *Baldus* inquit *Vsque ad conclusionem causæ, vt in d. l. in bonæ fidei.*

5 Ad id, quod *in penis inferendis iuramentum non defertur semiplenè probanti*, adde, quod probationes debent esse liquidæ, ad hoc, vt pœnæ committantur, vt inquit idem *Baldus in alio loco*, scilicet in

Digitized by Google

cap. 1. qualiter Domini proprietate feudi priuentur, & in l. cum proponas, C. de hæredib. instituend. & quia certa, & clara probatio requiritur, ideò numquam in defectu probationis iuramentum admittitur, vt inquit Bart. in dict. l. 1. versic. ex hoc, C. de his quæ pœn. nom. quem citat Dec. in regul. 97. factum &c. §. in penalibus, num. 3. & alias dixit in rubric. de probation. & in suo cons. 290 Alexan. ab eodem citatus, in eius addition. liter. B. in consil. 33. lib. 2. & Mascard. de probationib. in verbo, probatio, Et hæc satis dicta sint pro Additionibus huius §. 4. sequitur 5. §. datus finis in die 4. mensis Decembris; in qua festum Diuæ Virginis, & Martyris Barbaræ celebratur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta potentioribus an, & quando teneat.*
2 *Potentiores qui dicantur.*
Differentia quæ sit inter titulos de alienan. iudic. & ne lic. pot.
3 *Dare se in adoptionem potentiori nemo potest.*
4 *Vxor dotalis nobil. potest recipere pro alicuius defensione etiam ad iustitiam.*
5 *Iura præsumunt contra potentiores personas.*
Potentiores quid possint, & quas contra eos habeant præsumptiones.
Sanguis ratio excusat, vt donatio non videatur facta in potentiores.
7 *Pater nunquid possit legare filio potentiori ratione officij.*
6 *Comparatiuus restringit suum positiuum.*
Clericus nunquid intelligatur potentior laico ratione officij.
7 *Consequentia non tenet, Officialis potest inferre metum, ergo contractu cum eo est meticulosus.*
Dignitas non præsumit metum.
8 *Liberè agere, nemo in necessitate constitutus dicitur.*
Metus materia vbi in iure tractata.
9 *Promissio beneficij trahit hominem ad suã voluntatem.*
Aduocati promissionibus magnatum credere non debent.
Promissio generalis non ligat promittentem.
Simplex dicitur qui suasionibus credit.
10 *Potentior, qui sibi nonari facit, quomodo puniatur.*
Dictio, & cuius naturę.
11 *Fiscus est, qui imburſat pœnas legales.*

§. 5. Prohibemus

Diuiditur iste §. in tres partes. In prima parte ponitur regula, & exceptio. In secundum ibi, *nemines* ponitur declaratio regulæ. In tertia ibi, *si quis autem* ponitur quæ pœna puniuntur illi, qui faciunt contra regulã. Regula est quod licet in §. tertio fuerit dictum, quod cuilibet licitum fuerit donare inter viuos, vel causa mortis, vel legati, tamen hoc verum, nisi fiat donatio potentiori personæ inter viuos, vel causa mortis, vel vigore legati, vel adoptionis, vel defensionis, & iste est regula quæ fallit, nisi alienatur istis modis in potentiorem, qui sit de parentibus ipsius alienatoris, & iste est exceptio. Declaratio regulæ est, quod illæ personæ dicũtur potẽtiores, quæ nõ solũ sunt potentiores per se, sed etiam sunt potentiores per suos consanguineos, vsque ad secundum gradum, per quos potest inferri timor, aut promissio beneficiorum ipsis alienatoribus; pœna verò, quæ infertur alienatoribus in potentiores est, quia puniantur amissione ipsius rei donatæ vtà cum æstimatione ipsius, & Fisco ipsa res, vnà cum æstimatione applicabitur hoc dicit vsque ad §. *scriptum, est*, & sic iste text. nil facit ad materiam iuris congrui aliqui habent in liter. & Fiscus postea vẽdit iusto pretio illis, quibus competit ius prothomiseos, & secundũ istam literã iste tex. facit ad materiam iuris prothomiseos.

1 Nota primò ex isto text. quod personis potentioribus donatio facta non tenet, siue sit dõatio facta inter viuos, siue causa mortis, siue legatum. Sed iste textus habet quatuor limitationes. Et primò fallit, si bona fide alienat donando, vel legando potentiori, nam tunc donatio valet, & sic iste text. procedit, quando fit alienatione, supradictis modis ea intentione, & proposito, vt potentior, & terribilior appareat, vt notatur in *l. qui stipendia, C. de procur.* ità dicit *Speculat. in tit. de cęs. act. §. primo, versic. quod autem dixi*, & ità refert tenere *Vincent. & Innocent. in cap. secundo extra de alien. iudic. mut. causa fact.* Secundo fallit, nisi fiat donatio, vel legatum, vel hæredis institutio ipsi Principi. Nam licet Princeps sit potentior, tamen vbi sua persona est, cessat omni fraus, vt ex textu ibi notato in *l. penult. ff. de hæred. instit.* Tertio fallit, vt in fallentia huius textus. Quartò fallit, nisi sit potentior ratione diuitiarum, vel dignitatis, vel ratione nobilitatis, vel honoris. Nam istę etiam dicuntur potentiores, vt in *l. 3. C. de cõmer.*

&

Digitized by Google

& *mercat.* & *in l. 2. C. ne raſtic. ad nullum obſequ. lib. vndecimo*, & de iſtis potentioribus non loquitur iſte textus; humani enim moris eſt illum vereri cuius iudicio, & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur, 16. *quæſt. 1. cap. viſis infra medium*, reuerentia enim exigente obedire cõpellimur, 8. *quæſtion. 2. cap. illud.* Secus eſt ergo, ſi eſt potentior ratione officii, & de iſta potẽtia loquitur iſte textus, vt in *l. ſi per impreſſionem, Codic. quod metus cauſ.* & in *l. quicunque, C. ſi quacunque præd. pote.* & in *l.* 1. C. *ſi rec. prouin. ſecundum Innocent. in cap. ſecundo, extra de alien. iudic. mut. cauſ. fac.* Et hoc expreſſe probat iſte textus ibi, dum dicit, *Quod illæ ſunt potentiores perſonę, quę poſſunt inferre timorem alienatoribus*, & ſic non loquitur de potentiori, ratione nobilitatis, vel dignitatis, & ità tenet *gloſ.* & *Bart. C. ne lic. pot. l. 1.* & *Speculat., in tit. de ceſſ. actior. §. 1. verſ. ceterum*, & *Bart. in l. cum miles, ff. de alienat. iudic.* & eſt differentia inter titulum de *alien. iudic. mut. cauſ. fac.* & titulum *ne lic. potent.* quia primus titulus habet locum in potentiori ratione diuitiarum ſecundus titulus habet locum in potentiore ratione officii, ſecundum *Bart. in l. 1. C. ne lic. potent.* Itẽ primus titulus habet locum quando alienatur res, de quia intendebat facere litem, ſecundus verò loquitur etiam ſi non intendebat facere litem. Item inter *tit. de alie. iudic.* & *tit. ne letig.* eſt differentia, nam primus titulus habet locum, vt dixi, quando alienatur res, de qua intendebat facere litem, ſecundus titulus loquitur quando poſt litem motam fuit facta donatio, vt C. *de litig. l. fin.* & dicit *Specul. in tit. de alien. iudic. in fin. Item titulus de alien. iudic.* habet locum quando fit donatio potentiori, *tit. de litig.* habet locum, etiam ſi non fiat donatio potẽtiori. Item *tit. de alien. iud.* datur ad intereſſe, interdum ad expenſas, ut in *l. 1. §. item ſi locum*, & *ibi Bart. ff. de alien. iudic.* ſed per *titul. de litig.* alienans perdit ipſam rem, vt in *auth, litigio. C. de letig.*

3 Secundo notatur ex *text. ibi*, *Adoptionis* quod quis nõ poteſt ſe dare in adoptionem potentiori, vt potentiori, quod intelligitur, vt dixi ſupra in 1. notab. & exponitur hic adoptio, *arrogatio*, quia per adoptionem non tranſeunt bona filii adoptiui in patrem adoptantem, ſed per arrogationem, ſic quoad vſum fructum, vt *Inſtitut. de acquiſit. per arrogat. §. 1.* Tertiò, notatur ex iſto *text.* ibi, *defenſionis*, quod Officialis nihil poteſt recipere pro defendendo aliquem etiam iuſtitiam, immò punitur ille, qui donat, & punitur etiam ipſe Officialis, qui recipit extra ordinariè arbitrio Iudicis, vt notatur in *dict. cap. 2. extra de aliend. iudic.* & *in l. 2. C. me lic. potent.* & *in Specul. in tit. de ceſſ. actio. §. 1. verſ. cæterum*, non enim licet dare pecuniam iudici, vt iuſtam ferat ſententiam vt in *l. 1. ff. de condit. ob turp. cauſ.* immò ſi hoc facit litigans, perdit litem ſuam, & datum vt ibi notatur, & in *l. 1. C. de pæn. iudic.* & notatur in *cap. ſtatutum, in verſ. gratis, de reſcrip. lib. 6.* de quo per *Bart. in l. 1. ff. de calumn.* & *in l. eadem, ff. ad l. Iul. repet. DD. in d. l. 1. ff. de cond. ob turp. cauſ.*

4 Quartò, notatur ex Tex. quod iura præſumunt contra potentiores perſonas quia potentior præſumitur violentiã inferre facilius, vt *C. quod metus cauſ. l. ad inuidiam.* hinc eſt, quod dicitur in *Eccleſiaſt. 8. cap. Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius; non contendas cum viro locupleti; ne fortè è contra conſtituat litem tibi; multos enim perdidit aurum, & argentum, & vſque ad cor Regum ſe extẽdit.* Item potens præſumitur tenuioribus afferre iniuriam, *l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. Preſid.* Item præſumitur, quod opprimat debiles in oppurtunis eorũ neceſſitatibus, vt in *dict. l. 1. C. ne lic. potent.* item præſumitur quod aduocati potentioribus deferant nõ ſuſcipiendo patrocinium contra eos, ſed potius pro eis, ſcilicet potentioribus aduocant, vt *ff. de poſtul. l. prima §. non ſolum.* item iudex præſumitur potius deferre potentioribus, quàm iuſtitiam impotentibus miniſtrare vt in *Authent. vt omnes obed. iud. prou. §. neque lateat.*

5 Quintò notatur ex *text.* ibi, *parentes*, quod ratio, ſanguinis excuſat, vt non videatur facta donatio in potentiores, quanquàm parentes fuerint potentiore ratione officii, vndè valet ceſſio facta clerico conſãguineo, vt dicit *Bal. in l. per diuerſ. C. mũd.* & hic eſt vnus de effectibus cõsãguinitatis, de quibus dixi ſupra in *rubr. de iur. prothomiſ.* & an idem, ſit in patre, vt poſſit legare filio potentiori ratione officii, certè ſic, per id, quod notat *gloſ. in l. ſi ità quis, §. ea lege, ff. de verbor. obligat.* quia de patre ad filium dicitur potius continuatio, quàm translatio, vt in *l. in ſuis, ff. de liber.* & *poſthum.* & ibi, *habuiſtis hoc anno*, & notat *gloſ. in cap. 2. de feud. cognit.* nam appellatione parentum non veniunt filii, ſed aſcendẽtes, vt in *l. 2. §. parentes, ff. ne in ius voc.* & C. *eodem tit. leg. 2.*

6 Seſtò nota ex *text.* quod potẽtiores perſonas appellamus illas, quæ non ſolum per ſe potentiores ſunt etiam illas, quæ habẽt

Digitized by Google

coniunctum potentiorem proprinquiorem vſque ad ſecundum gradum. Nam ſi litera diciſſet propinquos, intelligeretur vſque ad quartum gradum, vt notat *gloſ. in cap. requiſiſti, extra de teſtamen.* & facit quod *notatur in l. licentiam, C. de Epiſcop. & cleri.* ſed litera dicit propinquiores per cõparatiuum, quod reſtringit poſitiuum ſuũ, *vt in l. vbi autem, in princ. ff. de verbor. obliga. & extra de election. cap. cum dilecti, verſ. verum, & notant DD. in l. exigẽdi, C. de procurat.* Sed quid ſi fiat alienatio alicui familiari potentioris domini, certè idem eſt, ſicut ſi fieret potentiori, ſecũdum *Innocentium in dict. cap. 2. de alien. indic. & notatur in dict. l. 1. C. ne lic. potent.* Sed an clericus intelligatur potentior laico ratione officii, videtur, quod ſic, vt patet in *capit. diligenti, cum concordat. extra de foro competent.* vbi propter priuilegium fori, cui per clericum renunciari non poteſt, dicitur potentior laico. Item quia Eccleſia ſimiliter potentior eſt laico, quia nunquam moritur, *vt in cap. 1. & ſi clientulus, de alienat. feud.* in contrarium videtur, quod immò quilibet laicus potentior eſt clerico, vt dicit *Hoſt. in ſum. de alien. indic. §. fi. ex eo, quia terribilior, vt 2. quæſtion. 7. cap. alieni, & notat. Dom. de Rota deciſ. 177. incip. ceſſum facta ſolu. vt dicit Specul. in dicto §. 1. de ceſſ. act. & DD. in dict. cap. 2. de alien. indic. & per Bald. in dict. l. per diuerſas, in vltima colum. per Bartol. in l. prima, ff. de alien. indic.*

7 Septimò nota ex Tex. ibi. *timorẽ*, quod non ſequitur, Officialis poteſt inferre timorem, ergò contractus factus cum Officiali eſt meticuloſus, hoc idem tenet *Bald. in l. ad inuidiam, C. quod metus cauſ.* vbi dicit, quod quando adminiſtratio eſt annexa dignitati, non præſumitur metus illatus per habentem dignitatem in contractu, niſi alia indicia illati timoris, vel metus poſſet probari, quia dignitas non debet obeſſe, ſed prodeſſe, *vt in l. ſi longius in fin. ff. de indic. & ità tenet Bart. in d. l. ad inuidiam,* vbi dicit, quod quando Officialis facit cõtractum nullo metu adhibito, valet, niſi ſit ſolitus alteri inferre metum, de quo per *Bart. & Ludouic. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi Prætori, ff. de nou. oper. nunciat.*

8 Octauò nota ex Tex. quo propter metum adhibitum in contractu, dicitur contractus, peccare in libero conſenſu; nemo enim in neceſſitate conſtitutus dicitur liberè agere, ſecundum *Bald. in conſ. ſchiſmatis, licet coacta voluntas ſit*, vt ibi per eum in *dict. cõſ.* qui multa dicit de materia metus, & in *l. interpoſitas, C. de tranſaction.* & de materia metus habemus Titulos in iure ciuili, & canonico, *ext. de his, quæ vi, metuſue cau. fiunt, ff. eod. & C. quod metus,* ideò hic me non extendo.

9 Nonò, nota ex Tex. quod promiſſio beneficii trahit hominem ad ſuam voluntatem, ſicut etiam dicimus in teſte, vt propter promiſſionem, vel propter pecuniam, quam habuit, præſumitur ſatisfaciſſe deſiderio illius, qui eum corrupit, vt in *cap. 1. §. ſed enim,* ibi, *corrupti fortè odio, gratia, ſed pretio, quid ſit inueſtit.* Sed hoc non cadit in aduocatis ſcientibus id, quod dicit *Io. Andr. in addit. Specul. in tit. de aduocat. §. hic dicendum, in additis quæ incip. dicit, Guil. Angelic.* quod una de cautelis aduocatorum eſt, quod non credant promiſſionibus magnatum, vt *C. de iuſti. lib. tol. l. §. ſimiliq; modo, in fin.* dicuntur enim ſimplices homines illi, qui credunt ſuaſionibus, vt dicit *Bald. in l. 1. in princip. C. ne fil. pro pat.* maximè ſi ſunt promiſſiones generales, quæ non ligant promittentem, vt in *cap. cum veniſſent, circa medium, & ibi DD. extra de inſtitut.* & ideò notant ibi DD. illud vulgare, *quod multos decipit (lo ben ſaremo) qui licitum eſt, de vento ſeruire*, vt dicit ibi *Domi. Cardin.* faciunt ea, quæ habentur in *l. ità ſtipulatus la grande, ff. de verborum obligat.*

10 Decimò nota ex Tex. quod ſi potentior præſumpſerit in ſe fieri donationem per aliquam iuſſionem, quod priuatur re ipſa donata, & præſtabit fiſco eſtimationem eiuſdem rei. Sed an fiſcus habebit ipſam rem, & pœnam? videtur, quod ſic, quia Tex. loquitur per dictionem, &, quæ coniungit, vt in *l. ſi quis ità ſtipulatus fuerit, ff. de verbor. obligationi*, ſed in contrarium facit, quia non eſt addenda afflictio afflicto, *vt ff. de officio Præſ. l. Diuus.* Affligetur enim ipſe alienatus, ſi res ipſa applicetur fiſco, ex quo afflictus eſt patiendo impreſſionẽ à potentiori, & hoc ultimſi videtur verius, in quantum dicitur in *text. ſi quis autem ex potentioribus*, vel ſi habes *ſi quis autem ex alienatoribus*; tunc ſit vera poſitio caſus, vt res, & eſtimatio eius applicetur fiſco, ſi facta ſit donatio in potentiorem eo animo, vt in potentiorem fiat, vt dixi ſupra in *1. notab.* quia tunc ipſe deliquit, & ideò ipſe punitur, probabitur autem iſte animus ex verbis, & factis præcedentibus, ut notat *gloſ. in l. 1. in §. eum, ff. de conſtitut. pecun. l. apud Celſum, in princip. ff. de dol. except. & in clement. 1. de homi. & de probatio. ne animi, per Bald. in l. moueor. C. de ſer. export. & per gloſ. in l. 1. C. de ſicar. & Bart. in l. Fulcinius, & l.*

quod

Digitized by Google

quod autem, ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat. & in l. Labeo, ff. de ſuppel. legat. & gl. in §. aliæ, inſtitut. de action.

11 Vndecimò, & vltimò notat ex Tex. quod fiſcus eſt ille, qui imburſat pœnas legales, de qua materia plenè per *Andr. in cap. 1. quæ ſint regal. & tetigi in §. præcedent. in 8. notab.* & in iſtis pœnis impoſitis à lege iudex debet eſſe ſollicitus in earum exactione, & poſt exactionem curet fiſco ſoluere tenetur, vt in *auth. vt defunct. ſeù fun. eod. §. penult.* poſſem protelare materiam huius §. in longum; ſed quia omnia eſſent extra materiam iuris congrui, ideò omitto, & hìc finiunt verba *Federici*, & ſequuntur quædam leges Græcę loquentes de iure prothomiſeos, & iſtę leges Græcæ non ſeruantur, niſi vbi eſt conſuetudo, vel ſtatutum, quia ſunt leges locales, ideò ſequitur §. *ſcript. eſt.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Potentiores quinam dicantur?*
2 *Contractus initus cum iuramento an teneat, vel non.*
3 *Contractus factus cum potente an præſumatur violentus.*
4 *Donatio facta domino caſtri in loco meticuloſo an in fraudem cenſeatur.*
5 *Ceſſio facta in potentiorem an teneat.*
6 *Potentioribus non licet habere prædia aliena commendata.*
7 *Notarii interuenientes in contractibus geſtis cum potentioribus puniuntur.*
8 *Aduocati potentiores prohibentur facere, vt contrahatur cum potentibus.*
9 *Regulæ Cancellariæ prohibent fieri ſubrogationes beneficiorum in perſonis potentibus*
10 *Contractus annullantur inſticũ potentioribus, & quare.*
11 *Contractus celebratus cũ potentioribus, reſcinditur pro vicino.*
12 *Metus ſemper preſumitur in potente.*
13 *Ceſſio facta per potentiorem in beneficium æquè potentioris an valeat.*
14 *Potentiores opprimunt inferiores, vndè intereſt, ne fiat contractus.*
15 *Potentioribus nemo parificatur, niſi alius potentior æqualis ſit.*
16 *Hiſtoria Iexabelis refertur.*
17 *Fideiuſſores nobiles eſſe nequeunt, & quid in praxi ſeruatur, & qualiter practicatur cum illis, nu. 18.*
19 *Nobiles deſiderant plebem dominare.*
20 *Laudes Regentis Caroli Tapia.*
21 *Potentia quænam ſit.*
22 *Officiales, & Fiſcus dicuntur potentes.*
23 *Alienationes factæ pendente iudicio, an valeant.*

Ad §. Quintum

AD id circa alienationem rei factam in fraudem iuris congrui in manibus perſonæ potentis ad cõgruum conſequendum,
1 vbi etiam tractatur de pœna alienationis propter donationem, vel legatum facti in potentiorem hominem, adde, quod potentiores dicuntur illi, qui ſunt familiares Cardinalium, ideoque alienatio facta in dictos familiares Cardinalium lite, ac controuerſia pendente, etiam dicitur facta in potentioribus, *DD. ſuper cap. 2. de alienation. ind. mat. cau. fact.* ità habetur apud *Car. Pariſ. in conſ. 96. num. 16.* ità etiam qui ſunt potentiores, declarat *Speculat. in §. 1. de ceſſion. act. in verſ. quid ſi aliquis plebeius, & verſ. quid autem*, dixit *Iaſon in l. ſi ità quis, §. ea lege. col. 3. ff. de verbor. oblig.* vbi quando his fiat ceſſio, ſi teneat, *Speculat. in titul. quod metus cauſa, in fin.* & per nos infra de iſtis perſonis potentioribus in 6. *notab.*

2 Ad primum Notab. in primis ſi contractus initus cum tyranno teneat, vel ne, *Bart. in tract. de tyrannide in 7. quæſt. princip. Bald. in authent. decernimus, ultim. colum. verſic. venio ad tertium, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & ſi cenſendus,
3 vel præſumendus ſit fraudulentus contractus factus cum potente, vides *Dynum in conſ. 23. num. 7. & conſ. 27. quæro Menoch. lib. 3. de præſumptionib. in præſumpt. 129.* quos citat *Rendel. in principio huius §. in verb. prohibemus num. 12. verſ. an autem*, & ſi donatio facta donatio caſtri
4 in loco meticuloſo in fraudem cenſeatur, vide *Alex. in conſ. 116. par. 2.* immò neque ceſſio facta in potentiorem, qui ratione officii eſt potentior, tenet; actio enim amictitur, vt in *l. 2. C. ne liceat potentiori, & in authen. minoris, C. qui dare poſſunt. tut.* hoc etiam habetur per *Afflict.* vt
5 ipſe inquit, in *Conſtitut. Violentias, quæſt. 2. num. 7. & 8. & deciſ. Pedemont. Cacheran. 144.* ſic etiam non licet potentioribus perſonis habere prædia aliena commenda-
6 ta, & in eis titula potentiora ponere, vt in *l. 1. C. de his, qui potentio. nom.* ità *Benedel. hic, in §. prohibemus nu. 24.* vbi etiam hoc aſſerit, contractus autem initos cum
7 his perſonis potentibus eſſe nullos, & Notarios interfuentes in eis eſſe puniẽdos, iux-

ta tex-

Digitized by Google

8 ta *textum in l. fin.* C. *vt nemo ad ſuum patrocinium, lib.* 11. ſic etiam Aduocati potentiores hoc facere prohibentur, vt in *tit. ne liceat potentioribꝰ &c. & gloſ. in Caſtit. Regni, Cum vniuerſis, in tit. de homin. affid. non tenendis, in verb. recommendatos, lit. B. & in addit.*] vbi declarat, qui dicã-
9 tur recommendati, ſic etiam per regulam Cancellarię Apoſtolicę proibẽtur fieri ſubrogationes beneficiorum in preſonis potentioribus, ſeu habentibus iuriſdictionem aliquam, vt apud *Gomeſ. ſuper eandem regul. Cãcellar. in regul. de ſubrogandis collitigantib. vbi in* 1. *quæſt.* tractat de perſonis potentibus, & quæ ſunt dictæ perſonæ, notat idem *Gomez loco cit. ver. dicitur potentior.*

10 Et quod hi contractus annullantur, ſi ſunt initi cum potentioribus, ex eo, quia in fraudem cenſentur, vt in *l.* 1. C. *ne liceat in potentioribus*, cum in his potentioribus
11 datur metus, qui deindè infertur vicini volentibus rem emere, ideò propter hoc contractus reſcinditur, *Grammat. deciſ.* 18. *num.* 11. *Maſull. ad Capyc. in deciſ.* 159. *num.* 14. vbi affert *textum in l. nam*, & *Seruius*, ff. *de negot. geſt.* in quo tali contractu præſumitur adeſſe promiſſionem de
12 inferendo vicino metum, iura ſemper præſumunt contra potentes, vt idem *Benedell. hic num.* 25. & habetur in *dict. l.* 1. C. *de his, qui potent. nom. in fin. qui Benedell.* limitat illud ſupra dictum per *textum in dict. l.* 2. de ceſſione facta in potentiorẽ
13 non habere locum, quando eſſet facta ceſſio in potentiorem in præiudicium æquè potentioris, & hoc ratione æqualis potentiæ inter eos, quia non videtur factum in fraudem, vt per *Baldum*, & *Salicetum in dict. l. ſecunda*; potentes enim opprimũt
14 inferiores, publicèque intereſt, ne hoc fiat, vt in *l.* 1. C. *de cenſib. lib.* 11. & ſunt crudeles, *l.* 3. ff. *de donat. cauſ. mort.* iuxta illud, quod habetur in pſalmo: *Liberauit pauperem à potente, & inopem, cui non erat adiutor*, & in Cantic. B. Mariæ Virginis, *Depoſuit potentes de ſede.* vicinus proximus eſt, & ſecundũ legem naturæ, quod pro nobis facimus, tenemur, & ſimiliter pro noſtro proximo facere, & è contrario, quod nolumus pro nobis, nec debemus pro proximo, vi iubet Deus, ergò omninò tales alienationes permittit non tlebentur in manu potentis; potentioribus enim nemo parificatur niſi alius potentior, ſi æqualis re-
15 peritur, vt per *Afflict. in dec.* 265. *n.* 95. & alibi habetur, quod his hominibus Deus reſiſtit, humilibus verò gratiam tribuit, ſic etiam habetur in ſacra Scriptura in 3. Regum c. 21. vbi legitur crudele faciunt Ie-
16 zabelis Reginæ vxoris Regis Achab, in Naboth. innocentem, nam carnes poſtea, vbi ſanguinem dicti innocentis Napoth. linxerunt, ibi, & carnes eiuſdem Iezabellis deuorauerunt, quia hæc Iezabella impia tranſeunte Iehu triumphante, dum ipſa nimis ornata manebat in feneſtra ſui palatii, quæ depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum, & reſpexit dictum triumphantem, quæ viſa, ab eodem fuit ordinatum eunuchis, vt deorſum proiecerentur, qua proiecta, & ignominioſè in mediopiateæ mortua, venerunt canes, & comederunt eam, relictis tantum modo caluaria, ac pedibus, manibuſque eius, vt 4. *Regum cap.* 9. (Ores mirabilis) diſcant nunc tales homines potentes, vt ait *Diuus Ambroſius*, ſuperbi, ac pauperum oppreſſores finem huius impiæ Reginæ, ne alienas res per vim capiant defraudendo proximum, & vicinum, nobiſque conuenit ſimiles homines fugere, vt Rex noſter iubet in *Ritu Mag. Cur. Vic.* 160. prohibendo, ne fide-
17 iuſſores dentur nobiles Sedilis Capuanæ, ac Nidi, eò magis ſimiliter, & potentes curialeſue ſint. Rationẽ huius, ac Regis mentem aſſignat *Carauita ſuper eodem cit. rit. num.* 1. & *Afflict. noſter in conſt. Reg. M. Cur. in ver. curialium.*

18 Sed hodie nonnulla ſunt introducta ad fauorem nobilium., & nobiles ſemper ple-
19 bem dominare deſiderant, item *Carauit. loc. ſupracit. num.* 2. & *ex Luca de Penna in l. militarium, in princip.* C. *de decurionib. lib.* 10. vbi plura de his perſonis nobilibus, & ne litiges cum eis, ne forte incidas in manibus illorum, iuxta dictũ *Salomon. in prouerb. cap.* 8. *Et ne litiges cũ viro locuplete, ne forte contra te litem conſtituat.* ſed id, quod diſpoſitum reperitur in *cit. rit.* ait idem *Carauit.* quod hodie ab aula receſſit, nam iuſtitia æqua lance procedit tàm erga nobiles, & potentes, quam contra debiles, ac ignobiles, imò magis eam timent potentes, quàm non potentes, illis magis eſt in bonis, quàm iſtis, ideoque Magna Curia Vicarię hodie libentur ſuſcipit hos potentes, qui plus habent in bonis in fideiuſſoribus, vt dictum eſt: nã hodie noſter Rex potentiſſimus, ac inuictiſſimus Monarcha plus poteſt, quam veteres olim illi Reguli, ideoque in *Rit. ſupra cit.* benè inquit *Carauita, ac Regens Tapia ſuper eo-*
20 *dem Rit. in C. Ius Regni, tit. de fideiuſſor.* quod diſpoſitio illius Ritus non obſeruatur hodie circa fideiuſſiones capiendas fuit enim conditus tempore, quo Reges Regni huius non erat tantæ potentię, indigebantq; Baronibus, eiuſque auxilio, idem *Carauit. loc. ſup. cit. nu.* 2.

Po-

Digitized by Google

21 Potentia verò quomodo definitur, dicesse partem fortitudinis, *Afflict. in constit. Regni Eor. num.* 1. item & fiscus secundum eundem *Afflict. in decis.* 88. *num.* 1.

22 vbi dicit, quod non sit idoneus fideiussor fiscus ad conueniendum, sed inabilis, vt etiam ait in *Constit. Regni Humanitate*, *notab.* 4. *per Bart. & Castrens. in l.* 2. *ff. de his, qui satisd. cogant.*

23 Circa id, quod ait *Afflict.* de alienationibus factis pendente iudicio, adde *Giurbã in dec.* 62. *Guid. Pap. dec.* 81. *Qzasob. Carcher. decis. Pedemont.* 69. & quando alienatio non censetur facta in fraudem, videas *Riccium in collection.* 467. *Afflict. in Constit. Eorum fraudibus, & Capit. Regni conuentus, de Franchis decis. Sac. Reg. Consil. Neap.* 545. *p.* 4. *Reg. Rouit. super Pragm. Regni Neap.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis accipiens pecuniam pro committendo baractariam priuatur officio.*

2 *Officialis accipiens pecuniam causa peruertendi iudicium est sicut Iudas.*

3 *Capitula Regni concernentia administrationem iustitiæ per officiales exercendam, reseruntur, ac etiam Constit. Regni.*

4 *Comestibilia accipere proibentur officiales, & qualia.*

5 *Officiales accipere proibentur munera, etiam per interpositas personas.*

6 *Officiales munera accipere, an possint à coniunctis, & similibus, & quare num.* 7.

8 *Iudex accipiendo pecuniã pro causa proferent; iustam sententiam, an teneatur ad restitutionem.*

9 *Iudex, qui malam sententiam tulit ob munera, & pecuniam, an puniatur. Et quid si salarium non habet à publico, n.* 10. *Et quid si tenue salarium habuit, n.* 11.

12 *Quando Iudex dicatur committere baractariam.*

13 *Pœnitentia an detur Iudici committenti baractariam.*

14 *Pœna corrupentis Iudicem quæ sint.*

15 *Iudices debent se abstinere, nec auidè munera accipere.*

16 *Iudices salem habere debent hoc est sapiẽtiæ.*

17 *Officiales gratis omnibus in suum tribuere debent.*

18 *Iudex iniquus vocatur, qui propter pecuniam à parte acceptam iudicat.*

19 *Iudex pecuniam accipiens causa abbreuiandi iustitiam, qualiter puniatur, & an teneatur ad restitutionem pecuniæ, n.* 18.

20 *Dona excaecant oculos Iudicum.*

21 *Casus refertur de Iudice corrupto, qualiter fuit punitus.*

22 *Quod gratis verè faciendum, non debet fieri accepta pecunia.*

23 *Iudex committens baractariam, an possit ad confessionem partis puniri.*

24 *Dona dantur Iudicibus, vt iustum suum aut causam vel iniustum faueant, aut peruertant?*

1 ADde notab. *defensionis*, & adid, quod Officialis nihil potest recipere, adde quod Officialis, qui pecuniam accepit pro committenda baractaria priuatur officio. *Paris. de syndic. in vero, nullus tenetur baractar. num.* 2. *fol.* 22. *Cenanniat. dec. 40. num.* 11. immo iudex accipiens pecuniam

2 animo peruertendi iustitiam est ad instar Iudæ, qui vendidit Christum, qui est ipsa veritas, *c. cum æterni, de vsur. in* 6. adde etiam eumdem *Regentem Rovitam super pragm. Regni Neap.* 1. *de bonor. offic.* vbi prohibetur officialibus ne vltra salarium taxatum nihil accipiant, licet etiam hodie

3 idem fuit dispositum per *Constit. viusdam Regni* incipientem, *Apud Iustitiarios, & pœn. cap. Regni* incip. *Nullus Iustitiarius, in titul. quod nullus officialis munera accipiat, & in alio Regis Caroli*, quod incipit, *Hac edictali lege, sub rubrica vt nullus officialis*, quę iura ideo fuere in præsenti Regno sancita, vt omnes eius officiales administrantes in eodem Regno iustitiam, vt Iudices nostri Regis Inuictissimi manus habeant mundas, nec esculenta, ac poculenta à litigantibus recipiant sub pœna indignationis Regis, ac priuationis officii, infamiæ, & fuerit manifesti, vt per eamdem *Constit. Apud. Iustitiarios, ibiq; Afflict. nostes in vers. item puniuntur, in commentar. super ead. constit.* vbi ampliat, extenditque prohibitionem hanc etiam in rebus

4 comestibilibus, quamuis minimè sint, & inclinantes ad blanditias, à quibus remoti debent esse Domini Iudices, per *text. in cap. qui sinceras*, 43. *distinct.* dummodo non sint comestibilia, ac potabilia, quæ vsu per duos dies consumuntur, vt idem *Afflictus super eamdem constitut. nu.* 5. *in* 6. *notab.* quia illa non comprahenduntur sub munerum appellatione, per *textum in cap. insuper, §. statutum, de rescript.* concordant supracitata iura Regni cum lege communi vt in *l.* 1. *C. de falgamo hospit. non præstand. lib.* 12. *cap. Romana. §. pen. de censib. Tiraqu. de nobilitate, cap.* 29. *num.* 40.

Im-

5 Immo officialis nec per interpoſitã perſonam aliquid poteſt recipere, vt puta filios, vxores, familiares, ſeruos, vel domeſticos, ſicut in *pragmat. 3. ſanctum fuit, in eodem tit. vbi dom. Regens Rouit.* ampliando diſpoſitionem *dict. pragm. 1.* dicit, extendendam eſſe etiam à ſponte dantibus, vt nec poſſint recipere, vt in *nu. 60.* dummodo nõ fuerit relictum in vltimis voluntatibus, ſecundum *Dom. Præſid. de Franchis in deciſ. 493. qui Dom. Præſes* hoc idem tenuit per eadem iura allata à *Peregrin. de iure fiſci, lib. 4. de panis tit. 7. num. 13. in 6. concluſ.* & in ſimilibus, aliiſque caſibus tactis per *dict. Regentem Roueretum*, vbi etiam circa reſtitutionem dorum plura inquit. Verum fallit hoc, 6 quando à conſanguinibus, vel eorum coniunctis, & affinibus fuerit donatum, ac ab omnibus aliis, quorum in cauſis Iudices eſſe minimè possunt, vt in *pragmat. 5. tit. eodem*, & rationem aſſignat idem *Dom. Regens ibidem.* nam ſanguinis coniunctio facit ceſſare omnem ſuſpicionem iuxta *l. 2.* 7 *ff. ad legem Iuliam repetundarũ, ibiq; gloſ.* ſic etiam fallit, vt per *Dom. Regentem de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de elect. official. in 6. num. 14.* vbi hoc non eſt conſiderandum in Iudicibus, qui ab amicis accipiunt ſolita, conſuetaque munera comeſtibilia tantum, dummodo non aurum, vel argentum fallit etiam in iis Iudicibus qui parum, aut nihil habent ſalarium (de quo me remitto) dum cogitandum ipſe reliquit, idem *de Ponte*, tamen ad veritatẽ indagandam videas *Silueſt. in verb. iudex, queſt. 10. & Adrianum lib. 10. art. 1.* vbi aiunt, circa hoc eſſe ſtandum conſuetudinibus locorum, tamen *Sot. libro de iuſtit. quæſtione 6. art. 6. ad 3. membr. 4. artic. & Nauarr. in ſuo manual. cap. 25. n. 22. & Medina in ſumma, fol. 669. & Lup in inſtruction. conſ. prima parte, cap. 29. & in inſtruction. regul. l. 2. cap. 42. par. 498. col. 2.* qui vnanimiter concludunt, ac tenent, quod Domini Iudices ſi cõuenerunt adminiſtrare iuſtitiam cum ſalario conuento, & dicant de eo eſſe benè contenti, & cũ hac conuentione officia ſuſcipiunt, dũ poſt accipiunt munera, veniunt aduerſus conuentionem factam, ideoq; tenentur ad reſtitutionem totius, vt *ſupracitati Doctores* concludunt, & an teneatur ad reſtitutionẽ Iudex, qui accipit pecuniam cauſa profe- 8 rendi iuſtam ſententiam, videas *Doctorem Angelicum Diuum Thomam ſecunda ſecundæ quæſtione 99. articulo primo & tertio eundem Medinam quæſtion. 3. de reſtitutione, Sotum lib. 4. de iuſtit. quæſtion. 1. articul. primo, Nauarrum in ſumma, cap. 25. num. 12. tit. de peccatis iudicis ſuperiorem agnoſcentis, & cap. 17. num. 3.* & quomodo puniatur Iudex iſte, qui malam ſententiam protulit, ob munera, ac pecu- 9 niam videas *Boerium in deciſion. 153. nu. primo.* Sed ſi nihil ſalarii haberet à publico, aliter eſſet dicendum, ex authoritate 10 *Pariſ. de Puteo de ſindicatu, in verbo, ac ſi turpe, nu. 3.* quem refert *Dom. Ioã. Baptiſta de Thoro in Additionib. ad eundem Dom. Regentem de Ponte vt ſup. num. 12.* nam ſi habent ſalarium Iudices, militat diſpoſitio Pragmaticæ taxantis certum ſalarium ipſis Iudicibus, alias ſecus. Sed quid de tenuẽ ſalarium habente, vt dictum eſt 11 ſupra, videas *Dom. Iudicem olim Mag. C. Vic. Capiblancum de Baronib. ſuper. eundem Prag. citatam ab eodem de Thoro, & in Pragm 4. de Baronib. num. 14. cui adde Boerium in ſupracitata deciſ. 153. nu. 28.*

12 Ad id verò, quomodo autem Iudex dicatur committere baractariam, *Pariſ. de ſindicat. verbo, baractaria.* & circa pactiones, & reſtitutiones faciendas videas eundem *Nauarum tit. dation. & promiſs. in commentar. extrauacant. Gregor. XIII. n. 9. & de promiſſo, & non dato, videas Marſilium in ſingular. 19.* & an penitentia ha- 13 beat locum in Iudice committente baracteriam, vide *Pariſium loco citato, & Addentes dd. Capycium in deciſ. 155.* & de 14 poenis corrumpentis Iudicem, videas in *conſtit. ſi iudex.*

15 Iudides non debent eſſe auidi taliũ munerum, nec de auro, vel argento, & ab huiuſmodi xeniis ſe abſtinere, quia inter exculenta interdum iuſtitia comeditur, ità apud *Rebuff. in l. vnus tribus modis 18. colũ. 3. ff. de verbor. ſignif.* quem citat *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 54. num. 48.* ſecus de 16 ſale, nam ſal debent habere, videlicet vnũ ſapientiæ, & alium, vt inquit *gloſa prima in rem non nouam, C. de iudicib.* ſcilicet conſcientiæ, ne ſit diabolicus, vt ex *Baldo in l. 2. in colum. ultima, C. de ſenten. ex breuic. recit. & apud DD. in dict. l. rẽ non nouam*, allatos per *Boeriũ in deciſ. ſupracitata 153.* videas etiã de hac prohibitione accipienti munera ab Officialibus doctiſſimum quond. *Iudicem Cauillum de la Rotha in ſuis deciſuis conſiliis, vt in conſil. 114. num. 89. & Muſcatell. in ſua praxi criminal. in tit. de Iudicib. corrumpent.* & alios, vt apud eundem *Dom. de Thoro in loco ſupracitato*, vbi ait, quod Officiales gratis omnibus in ſuum tribuere debent, nec quidquã recipere, ità ait *Præſid. Marcellus de Mauro ſenior in allegat. 33. nu. 4. & in alia 12. n. 2.*

18 Et

Digitized by Google

18 Et si Iudex, qui omittit solemnitatẽ requisitam propter pecuniam receptã à parte, meretur vocari iniquus, vt ait *Afflict. in constitution. Regni, crebræ nostrorum, tit. de iuramentis non remittentis à baiulis, n.* 3. rationẽque assignat, nil esse miserus nisi præcepta Domini Nostri Iesu Christi cõtemnere propter pecuniam, *cap. duo* 12 *quæstion.* 1. pecunia dicitur mater criminum 13. *dist.* & pecuniarum amatores sunt fortes in terra, debiles tamen in cœlo vt in 47. *distinct. cap. omnes*, auidesque pecuniarum in eis pietas non cadit, vt in eadem 47. *distinct. cap. verum.* Sed ne mireris, quod homines sunt auidi pecuniarum pecuniæ omnia pariunt, vt apud *Ecclesiasticum, cap.* 10.

19 Immò nota, quod si Iudex pecuniam accepit causa abbreuiandi iustitiam, tenetur etiam ad restitutionem, & quomodo puniatur ferendo sententiam ob munera, *Boerius decis.* 153. *num.* 1. & 2. & quid si pœniteat antequam, poserat sententiam, & si incidat in pœnam, idem *Boerius in eadem decis. nu.* 22. vbi refert decisionem Florẽ-

20 tiæ circa hoc, & quando teneatur ad restitutionem, & circa restitutionem pecuniæ acceptæ, præter allegata supra, videas *dictam decisionem Boerii à num.* 23. *usque ad* 38. vbi etiam pro quibus causis, & in quibus casibus possit dari pecunia, *idem Boerius*, qui distinguit in *cit. decis.* vbi etiam inquit, quod inter alia, quæ humanũ iudicium pertertunt, de quibus in *cap. quatuor* 11. *quæst.* 4. ea potissimum sunt munera, quæ corrumpunt, & excæcant sapientes, & subuertunt verba iustorum vt *Lib. Exod. cap.* 23. & *in Ecclesiastico, cap.* 2. *xenia*, vbi dona excæcant oculos, & notam, nam idem *Boerius superacvit decis.* inquit, quod fuit condemnatus quidã lo-

21 cumtenens qui facit baracteriam locumtenens, qui facit baracteriam, & fuit multatus in centum libras auri Turonensis vnà insimul cum expensis partibus, videas etiam ad hæc *Par. de Puteo de sindicat. in cap. Officiales*, vbi quærit si officialis in loco vbi ipse officium exercet, vel alibi, si potest bona emere, domos construere, & à subditis munera recipere, & an, & quando possit hoc facere, videas eumdem *loc. cit. lit.* C. & dum Iudices ius suũ gratis tribuere debent, iustitiamue omnibus ministrare turpiter faciunt, pecuniam accipiendo, sed an restituere eam teneantur, *Capyc. decision.* 95. & 180. *num.* 17. quibus adde *Marsil. in singular.* 353. allatum ab *Addentib. ibidem in eadem decis.* 95. & *Afflict.* ait in *constitut. Regni, Capitaneo*

22 *rum, tit. de offic. capitanei, num.* 33. nam id, quod facere debet gratis, accepta pecunia, crimen contrahit, iuxta *textum in l. vt puta, §. sed hic quoque, ff. de condit. ob turpem causam*, immò neque licet dare, vt saltem pronunciet, vel se expediant, *l.* 2. *C. de pœnis iudicis, in auth. vt liticantes,*

23 & si Iudex, qui commisit baracteriam, possit ex sola partis confessione cõdemnari, vide *Surdum in decis.* 309. *num.* 1. vbi concludit, quod non, ex doctrina *Parisii in tract. de sindicatu, in verb. corruptio, num.* 3. pecunia enim, ac exculenta Iudicibus debeut esse odiosa, ne de propria salute æterna, ac eœlesti patria obliuiscantur: *Beatus. est enim ille vir, qui in pecuniæ thesauri non sperabit, ac post aurum non abiit, vt apud Eccles.* 31. *Sed quis est hic, & laudabimus eum?* inquit deindè; maxima enim est auiditas pecuniæ in omnibus enim vim præstat, & suffragat, iuxta *textum in auth. quomodo oportet Episcop. in §. si quis autem obliuiscatur*, mittentes

24 verò dona Iudicibus, vt iustè foueant causam, vel iniustam, an peccent grauiter, videas, *Nauarrum tit. de debitis, & promissis notab.* 11. *nu.* 27. & *eumdem de precibus*, penes quem multa circa dona solita dari in Natiuitate Domini vide *Menoch. casu* 517. *per totum, centur.* 6. & signanter *Couarr. Toletanum variar. resolutio de restitutione part.* 2. §. 3.

SVMMARIVM.

1 *Iura præsumunt contra personas superiores.*
2 *Potentiores opprimunt pauperes.*
3 *Interest publicè, ne oppressiones fiant.*
4 *Lex semper aduersus potentes præsumit.*

1 AD Notab. 4. vbi *Afflict.* ait iura præsumere contra personas potentiores, cui adde *Mascard.* hoc idem confirmantẽ in *conclus.* 1307. *nu.* 2. allegantem *Rolandum à Valle in cons.* 18. habetur etiam per *textum in l.* 1. *C. de fin. limitrophi. lib.* 11. *Riminal. in cons.* 158. *Beroum in cons.* 18. *Beroum in cons.* 81. *viso amplissimo*, de aliis verò circa materiam, videas apud *Grãm. & eund. Masc.* ideòq; lex aduersus hos potentes præsumit cum isti, & plurimum opprimunt pauperes, secundum *Benedell. hoc in §. prohibemus n.* 22. publicè enim interest, ne tales oppressiones fiat, ait *text. in l.* 1. *C. ne liceat potent.* & quod lex semper aduersus hos potentes præsumit, vt per *Afflict. in constitut. Regni, Lege presenti in rub. de dandis aduocatis pupillis; num.* 8. & *in Cõstitut. Iuris gentium*, 1. *notab. num.* 4. *in*

Digitized by Google

rubr. 15. de defensis, per textum in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. Præsidis, ac tuebatur in vna vertente in S.R.C. nostro ille Dom. *Flauius Ventrilibus* peritissimus Aduocatus, atque eruditissima ornatissimus, in Italicis Academiis celebratissimus, qui honorificentissimam mentionem tum de nobis, tum de hoc nostro Opere facit in illa elegantissima sua *Epistola Forensi* ad Illustr. I. C. Dom *Io: Baptistam Gargiareum* Consiliarium dignissimum D. Sereniss. D. Parmensium Ducis scripta, quam nuper edidit excellentissimus Doctor Dom. *Carolus Antonius Bottlerius* in præstantissimo suo *Tract. de Succes. ab Intestat*

SVMMARIVM.

1. *Ratio sanguinis excusat ab omni fraudis suspitione*
2. *Parentes ob sanguinis coniunctionem nõ teneantur revelare delicta consanguineorum.*
3. *Sanguinis coniunctio tollit sinistrã suspitionem.*
4. *Sanguinis favore multa permittantur, quę aliàs non permitterentur.*

AD 5. Notab. vbi ait *Afflict.* quod sanguinis coniunctio excusat ab omne
1 fraudis suspictione, adde, quamuis dictum *Afflict.* procedat in præsenti quæstione, de qua in hoc §. tractatur, tamen contrarium habetur per DD. & precipuè apud *Bart. in l. penult. circa principium, ff. de bonis libertorum, & in l. post contractum, nu. 3. ff. de donat. vbi Castr. Roman. & Iuael.* citati à *Surd. in decis. 116. num. 4.* probatur autem quod inquit *Afflict.* hic, quod ratione sanguinis semper excusatur, nam
2 parentes propter consanguinitatem non tenentur revelare delictum consanguineorum, quòd etiam confirmatur per *Ozasc. Schuve in decis. Pedemontan. 80. nu. 9.* ex multorum authoritate, nam sanguinis cõ-
3 iunctio tollit omnem sinistram suspictionẽ, ità apud *Mascardum* habetur, in *conclus. 61. num. 9.* & apud *Dom. Regentem Rouitum in Pragm. 5. de muneribus officialiũ*, vbi allegat *textum in l. 1. ff. ad legem Iuliam repetendarum*, & *alios DD. vt num.*
4 2. sanguinis etiam favore multa permittuntur, quæ aliàs minimè permicterentur, sed forent prohibita, vt per *Laurent. in decis. Auenionens. 1. num. 4.* allatum ob eodem *Regentem Rouito in Prag. 4. sub tit. de recept. malefactor.* & an sint adhibendi consanguinei in contractibus, in quibus habent interesse. videas *Gratian. discept. forens. cap. 647. num. 20.*

SVMMARIVM.

1. *Personæ potentes, quæ dicantur.*
2. *Diuites dicantur potentes.*
3. *Dominus dicuntur fuit potens opere, & sermone.*
4. *Potentes dicuntur, qui habent multos consanguineos, & amicos.*
5. *Potentioribus pares esse non possumus*
6. *Potentes non seruant fines modestiæ*
7. *Potentes dicuntur familiares Regnis, Clerici Episcopi, Cardinales, & similes.*
8. *Potentes prohibetur fideiubere, & inhabiles ad conueniendum.*
9. *Fiscus dicitur potentior.*

AD 6. Notabil. vbi *Afflict.* tractat de his personis potentioribus, explicando quæ sint personæ istæ, ibi, *potentiores*, adde, quod apud Eccleiast. Luc. 1. in Cantico Beatæ Mariæ semper Virginis potentes intelliguntur superbi, ibi *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles*, potentes etiam dicuntur, qui habent multos amicos, vel consanguineos, aut familiam
1 numerosam, vt decisum refert *Vigius in decis. Rot. Roman. 24.* vbi ait, per dictam *Rotam* fuisse declaratam Pogiorum familiam potentiorem ex supradictis causis, vnde dictum illud, *Quando i Pogi von pugiare, tutta Lucca san tremare*, Item diuites
2 dicuntur potentes, sic etiam dicuntur potentes hi, qui sunt opere, ac sermone potentes, sicut legitur in Euangelio apud
3 eundem *Lucam c. 24.* de Iesu Nazareno, *Vir Propheta potens in opere, & sermone*, sic etiam potentes ratione officii, vt apud eundem nostrum *Afflict. super Const. tut. Regni, iuris gentium, in tit. de defensis imponendis, in rubr. 15. num. 3.* vbi etiam potentes appellat illos, qui habent multos
4 consanguineos, & amicos, vt ait etiam *Afflict. hic, & Speculat. in tit. quod metus causa, in fine*, & dic, quod sapientis est cauere à talibus hominibus potentioribus: nam isti potentes, quibus humiles pares esse non possunt, vt in *l. 3. ff. de aquat. in-*
6 *dic.* nunquam fines modestiæ seruant, vt inquit *Iacobus de Franchis in preludiis feudorum in cap. vasallus, tit. quib. modis feudum amittitur, nu. 16. & 17.* personæ enim potentiores etiam dicuntur fa-
7 miliares Regis, Milites, Clerici, Episcopi, Cardinales, & omnes potestates, ac regimina Regnorum habentes, sic etiam Domini absoluti non recognoscentes Superiorem & isti sunt prohibiti fideiubere, in-
8 habilesque ad conueniendum, secundum

Scri-

Digitized by Google

Scriben. super dict. rit. Magnę Curię Vic. 160. *& per Dom de Tapia in suis commentarijs super eodem ritu, & apud DD. super dict. tit. ne liceat potentiorib.* Item fiscus
9 dicitur potentior, *Phebus in decis. Lusitana* 138. *& Veral. in decis. Rotæ Roman. unic. in verb. cessio.* Item dicuntur potentes Iudex, Consul, Senator Præses, ait *Benedel, hic in num.* 2. *eodem §. prohibemus.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis præsumitur iustè facere quod facit.*
2 *Officiales prohibentur contrahere.*
3 *Officia ponuntur ad societatem ad colorandum illa*

AD 7. Notab. ibi, *De contractu facto cum Officiali, si censetur meticulo-*
1 *sus, vel ne,* Adde, quod nunquam aduersus officialem licet potentem præsumitur fuisse per eum commissum illicitum, immò quod omnia, quę facit, iustè præsumuntur facta, ità concludit *Mascard. in consul.* 137. *num.* 3. licet regulariter sint prohibi-
2 ti contrahere cum priuatis hominibus, nec per se, nec personam interpositam, vt in *l. eos, C. si cert. pet. vbi Carauita super ritu. Mag. Cur. Vicariæ* 2. *num.* 28. & in focientibus presumuntur habere solum nudum nomen, & consequenter non faciunt partem, quando agitur contra alios obligatos, nam si ponuntur in societate fit ad
3 colorandam societatem *Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus, lib.* 6. *tit.* 24. *num.* 37. *& Rota diuersor. decis.* 288. *nu.* 2. *par.* 1. quos citat *Gratian. disceptat. forens. cap.* 527. *num.* 37. *&* 38.

SVMMARIVM.

1 *Contractus rescindi an possit ob metum.*
2 *Metus reuerentialis an sufficiat ad rescindendum contractum.*
3 *Metus nunquam præsumitur, sed probandus erit.*
4 *Metus probandus ad illum actum factum.*
5 *Metus probatur coniecturis, & præsumptionibus.*
6 *Contractus rescinditur prætextu metus reuerentialis, & sic decisum.*
7 *Metus an præsumatur per solam reuerentiam.*
8 *Metus an purgetur per solutionem subsequentem.*

1 AD 8. Notabil. videas *Gomensium variarum resolution, cap.* 14. *de restitutio. minor num.* 27. vbi tractat de rescissione contractus, & si potest rescindi propter metum adhibitum, & in specie circa metum reuerentialem *Thesaur. quæst. foren. libr.* 1. *quæst.* 51. *num.* 3. *vbi etiam Mascard. conclus.* 1055. *& Menoch. de præsumpt. in præsupt.* 127. vbi tenet, quod
2 in dubio in his contractibus talis metus nunquam præsumitur accessisse, nec solus metus reuerentialis sufficit ad rescindendū contractum, dummodo non cadat in constantem virum, vel salutis periculum, vel corporis cruciatum contineat, per *textum in l. inter peritos, C. de transaction. Grām. in decis. Lusitana* 256. *num.* 3. etiam *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 7. *glos.* 1. *pār.* 5. *num.* 34. *&* 37. & quod nunquam in
3 dubio præsumitur talis metus, sed est probandus, vt ait in *num.* 38. *item qui supra Fontanel.* vbi etiam *Surd. in dec.* 194. *& Menoch. in casu* 136. *de arbitrar.* immò est necessarium probari quod in illo actu, de cuius rescissione agitur, interuenisse,
4 ità *Iacobin. in dict. cit. l. inter peritos, Innocent. in cap. accedens, de conuersione coniugatorum*, ità in terminis refert decisum *Anna in singul.* 341. *& Afflict. in decis.* 246.
5 licet solis coniecturis, ac presumptionibus probari metum dixerit *Cacheran. in decis. Pedemont.* 179. *num.* 1. vbi asserit, sic cōcludisse *Boerium in decis.* 101. & nonnullas presumptiones declarat idē *Cacheran. in præcit. decis. & Menoc. in præsump. supra cit.* 172. & omninò per *Fontanel. vt à num.* 55. *vsque ad* 62. loco supra ci-
6 tato, refert pluries fuisse decisum aduersus nonnullos contractus tàm vltimarum voluntatum, quàm etiam inter uiuos, propter solum metum reuerentialem, & eumdem in *glosa* 2. *part.* 6. *per totam*, vbi præter dicta in glosa precedenti, signanter agit de metu quando annullat contractum, & si
7 per solam reuerentiam præsumatur metus, *Gratian. disceptatio forensium, cap.* 108. *num.* 51.
8 Modòs verò purgandi metum, videas eumdem in *disceptat. cap.* 141. *num.* 18. & maximè per subseuentem solutionem voluntariame *textus* est in *l. cum te, C. de his, quæ vi metusue causa, vbi Salyc. & Alexan.* rescribunt, non solum per solutionem spontaneam tollitur metus, verum purgatur etiam actio ipsius metus.

SVMMARIVM.

1 *Promissiones generales non ligant premittentes, & quæ comprehendant, nu.* 2.
3 *Promissio hominis in primo actu verificatur.*
4 *Proximo ligat ad obseruantiam sub pœnā peccati.*

Digitized by Google

5 *Promiſſio facta perſonis inhoneſtis an teneat.*
6 *Promiſſio ſimplex abſque iuramento, vel voto an teneat.*
7 *Homines ſimplices qui dicantur, & an eos decipere ſit licitum.*
8 *Homines ſimplices an excuſentur.*
9 *Conuerſatio perſonarum ſimplicium melior eſt, quàm peſtilentium.*
10 *Dare, ac promittere an paria ſint.*

1 AD 9. Notab. vbi circa generales promiſſiones, nota, quod non ligant promittentes, nota, quod hoc item dixit *Boer. in dec.* ſupra citata in 3. *notab.* 153. *num.* 87. vbi refert eadem, & citat eoſdem DD.
2 ſicut *Aflict.* hic, & quæ compretendant tales promiſſiones generales, videas *Bart. in conſ.* 4. *volum.* 1. *nu.* 3. & nota, quod
3 quando agitur de promiſſione hominis regulariter ſemper in primo actu verificatur, *text. in l. boues, §. hoc. ſeruire, ff. de verbor. ſignif.* & ſi ſimplex promiſſio ligat, vt
4 ad illam obſeruandam teneatur promittens ſub pœna peccati, videas *Sotum lib.* 3. *de inſtit. quæſt.* 2. *artic.* 1. *Diuum Thomam* 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 3. *ad quintum, Lapum in inſtruct. conſ.* 2. *par. cap.* 30. & circa promiſſiones factas hiſtrionibus videas *Diuum Thomam* 12. *quæſt.* 268. *art.* 3. *vbi Caietan. Sylueſtr. tit.* 5. *quæſt.* 7. *Couarr. in regula peccat.* 2. *quæſt. §.* 2. *n.* 5. & circa promiſſiones factas mulieri di-
5 ſhoneſtæ, ac meretrici, quid iuris videas etiam *Reu. P. Rodriq. in ſumma ſua, in titu. de promiſſionib. par.* 2. *c.* 42. *n.* 4. *concl.* 4. & an quis teneatur adimplere ſimplicem promiſſionem abſque iuramento, vel voto, & vtrum aliquis teneatur de neceſſitate ſalutis implere quod ſimpliciter promiſit, videas *Diuum Antonium cap.* 1. *§.* 4. *in* 2. *par. ſuę ſummæ, tit.* 10. *& doctiſſimum Suar. in tract. de virtute, & ſtatu Religionis: tom.* 2. *in liber.* 2. *de iuram. promiſs. cap.* 1.

7 Ad id vero, quod hõines ſimplices ſunt illi, qui credunt ſuaſionibus, adde *cap. innocens* 22. *quæſt.* 4. *Cardin. in Clement.* 2. *in prin. oppoſit.* 1. *de pœnis, & remiſ.* licet hos homines ſimplices decipere bonum nõ ſit; vt habetur in *Clement. predicta*, nam ſemper ſimplicitati eſt ſubueniendum, ſecundum *Speculator. in verb. depoſiti, in §.* 7. *in ver.* 17. cum ipſa ſit veritatis, ac legum, amica, ſecundum *Speculator. eodem*
8 *in loc.* & an iſti homines ſimplices excuſẽtur circa ea, quæ ſunt iuris naturalis, videas *Zabarellam in dicto Clement.* 2. *& in Clement. Abuſionibus, col.* 2. *verſ. ſed numquid. Beregar. §.* 11. *& Cardin. in dict. Clemen.* 2. *in prin. de pœnis, & remiſs.* & iſti omines ſimplices ſunt amabiliores, ac melior eſt eorum conuerſatio, quam preſtilentium, ac fedidorum hominum malitiam,
9 ac fraudem habentium, qui ſunt abhominandi, ac fugicedi, vt inquit *Napod. in gloſ. aſſenſit, num.* 236. *in proem. Caroli ad cõſuet. Neapolitanas, in §. vt igitur. fol.* 120. dare, ac promittere an paria ſint *Aflict.*
10 *decis.* 61. *Iſern. in tit. de natura ſucceſſion. feud. cap.* 1. *Tiraquel. titul. de retract. cõuention. n.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Pœna, & res exigi inſimul non poteſt, cum ſit duplicata afflictio.*

1 AD X. Notab ibi, *Circarem & pœnam*, adde, quod res, & pœna exigi non poteſt, nam duæ eſſent afflictiones de quo videas apud *Benedell. hic in verſ. ſit alienus ab ipſa re. num.* 2. nemo enim duplici pœna eſt plectendus, *l. ſenatus, ff. de accuſat, Gomez. de delict. in tit. de delict. in tit. ne furt. tom.* 3. *cap.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus quis ſit.*
2 *Fiſcum ad quos pertineat habere.*
3 *Fiſcus vnde dicatur.*
4 *Fiſcus eſt quaſi armarium theſaurarij.*
5 *Mors Regis Suetiorum refertur.*

1 AD vltimum Notab. videlicet, *Quid ſit Fiſcus*, adde, quod Fiſcus appellatur Camera imperii complectens quid quid ad illus commodum pecuniarum pertinẽt, & propriè Fiſcus eſt Papa, Imperator, Ci-
2 uitateſue non recognoſcentes Superiorẽ, eſt etiam repoſitorium publici theſauri, de quibus per *Peregrin. de iure fiſci, lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 2. *& 31.* & dicitur fiſcus, quaſi
3 fixus, quia ſemper firmus, & nunquam moritur, *Item eodem loco. num.* 34. *& Fulgoſ. in conſ.* 127. & dicantur ſaccus, & eſt quaſi armarium publici theſaurii, & *num.* 38. & per eundem *Peregrin.* & quotuplex ſit, videas eumdem *Peregrin. num.* 39. videas *Camill. Borrel. ad Bellugam in rubr.* 10. qui fuit olim Index meritiſſimus in ciuilibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & *Foller. in Conſtitut. cauſas per magiſtros.*

Et licet *Aflict.* hic inquit finire verba *Federici, ac huius Conſtitutionis Sencimus* tamen *Rendella in loco ſupracitato, in præcedem. Notab.* inquit, quod ſequitur §. *Tranſcurſo decennio* qui §. non commentatur ab *Aflict.* noſtro quamuis ab aliis ſic.

Fuit

Digitized by Google

fuit datus finis huic §. 5. ſimul cum fine anni 1632. inquo tempore fuit interfectus Rex Suetiorum inimicus noſter, qui valdè ſtrenuè bellabat contro noſtrum Inuictiſſimum Imberatorem Ferdinandum, & poſt in anno 1634. de menſe Septembris fuerunt debellati poſteri eiuſdem Regis Sueui, qui ſectabantur veſtigia eiuſdem Regis, manima cum victoria noſtri exercitus, & cum intcritu multorſi exercitus inimici, viuant sẽper Cattolici noſtri defenſores Inuictiſſimi Philippus Rex noſter, & Ferdinandus Imperator noſter, de qua victoria fuit factum magnum feſtum in hac noſtra Ciuitate, & Illuſtriſs. ac Excellentiſs. noſter tunc Prorex Dom. Commes Montis Regii acceſſit ad Eccleſiam Archiepiſcopalẽ, ibidem cauſa agendi gratias Deo ac Deiparę ſemper virgini, necnon Dtuo Martyri, & epiſcopo Protectori nuſtro Ianuario Sanctiſſimo, cuius fectum celebrarur Neapoli die 19. Septembris. Sit nomen Domini benedictum.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui à quibus introductum. Lex paulatim ex deſuetudine labitur.*
2 *Leges Princeps quas voluit obtinere.*
3 *Lex per non vſum an tollatur, & quando.*
4 *Ius prothom. ratione cuius vendicet ſibi locum inter coniunctos.*
5 *Vicinus in iure congrui numquid ꝯpellatur emere plura corpora diuiſa vno pretio vendita. 6.*
Solutio particularis multa incommoda inferre poteſt.
7 *Acceſſorium in venditionibus numquid ſequi debeat principale.*
8 *Maior pars in iure congrui an trahat ad ſe minorem.*
9 *Modicitas in rebus an veniat conſideranda, & quid operetur.*
Tranſgreſſos in modico non vituperatur.
Feudum non perditur medico damno.
10 *Ius protomiſeos in rebus non coniunctis ceſſat.*
Minima quando veniat in conſideratione Et de modico quando attendatur.
11 *Tesminus, qui datur preſentibus ratione abſentiæ prorogatur.*
12 *Contrahentibus non licet pœnitere in vicini præiudicium, quando agitur de iure congrui.*
13 *Vicinus an habeat ius cõgrui contra eminentem.*
14 *Vicinus an poſſit habere congrui contra venditorem, pretio nondum ſolato.*
15 *Ius congrui an tranſeat in emptorem nu.* 19. & 20.
16 *Victoriam habere dicitur, qui habet ſententiam pro ſe.*
17 *Denunciatio in iure congrui debet fieri ſolemniter.*
18 *Vicinus duplicitur iuri conguri poteſt renunciare, & quomodo.*

§. 6. *Scriptum eſt.*

HIc eſt ſexta pars principalis, in qua dicitur, quod in legibus Græcorum de iure prothomiſeos cauetur quod ille qui habet ius congrui ratione vicinitatis, ſi eſt præſens in ciuitate, vbi res, venditur, vel in ipſo loco habitat, vbi venditor res, habet quatuor menſes ad petendum ius congrui à die requiſitionis, & ſic requiritur denunciatio ſecundum leges Gregorum: ſi autem ille, cui competit ius congrui ratione vicinitatis ſic abſens ab illa terra, in qua eſt res quæ uenditur, tunc habet unum annum à die ſcientiæ ad petendum ius congrui, ſed ſecundum iſtam legem currit annus a die requiſitionis, & hoc verum, niſi fuiſſet vicinus requiſitus, à venditore, ſi vellet emere, & ipſe renunciaſſet, nàm ſtatim poſt renunciationem excluſus eſt à iure congrui, hoc dictum vſq; ad *§. item de ipſa.*

1 Nota primò ex textu, quod ius congrui eſt introductum, origine à Græcis, & ſic eſt ius ab antiquo tempore introductum, immò etiam in veteri teſtamento de hoc iure cauetur, vt dictum fuit ſupra in rubr. nouiſſimis temporibus confirmatum preſenti Federici ſanctione, & conſuetudinibus, & ſtatutis ciuitatum communiter per Italiam ſeruatur, ergò hæc lex in toto iſto Regno Sciliæ, quia iſte Imperator fuit Rex huius Regni & Hieruſalem, & Siciliæ Dominus, vt dicit *Andr. in cap. 1. in princip. de cap. Conrad.* ſunt tamen aliquæ ciuitates in iſto Regno, quæ non habet ius congrui, & hoc eſt de conſuetudine, & ſic lex iſta tollitur per non uſum ex deſuetudine enim lex paulatim omninò penè cadit, vſus hoc præcipiens in aliam transfert figuram, vt in *auth. de iudic. in princi.* & facit bonus *text. in auth. vt ordo digni. ſeruet. in princip.* lex enim non vtendo permittitur, vt in *auth. quib. mod. natur. efficiant ſui, §. fin.* & C. *de repud. fin.* & ideò conquieſcit, vt *Iuſtitut. de except. in fin.* & quod lex per deſuetudinem obumbretur, voluit *text. in proem. inſtit, in §. igitur,* & ideò Princeps
2 eas tantum leges obtinere voluit, quas vel iudiciorum frequentiſsimus ordo expoſcit vel longa conſuetudo vrbis Romæ approbauit vt C. *de veter. iur. enucll. l. 1. §. nulla itaque,* & hoc dicitur ius optimum, vt

C. de

C. de vſur. l. 1 vndè concludo, quod lex iſta tollitur per deſuetudinem. Nam in ciuitate Auerſæ, vbi non ſeruatur ius congrui, vel alibi, vbi nunquam fuit obſeruata hæc lex, ibi non poterit allegari lex iſta in iudiciis, cum in iudiciis allegata nõ ſeruentur per iura allegata. Aliàs ſi per mille annos allegata non ſit in iudiciis, non per hoc abibit in deſuetudinem hæc lex, quia interpellatione opus eſt, Nam ſic inducitur cõſuetudo in cõtradictorio iudicio, vt notatur in *cap. Abbate, de verbor. ſignificat.* id enim quod vſitatum nõ eſt, fieri non poteſt, vt *ff. de aqu. pluu. arcend. l. ſi prius*, §. 1. ità cõcludit *Luc. de Pẽna in l. preſto, C. de pala. ſacr. larg. lib.* 12. *in l. euidenter. C. de excuſat. mun. & in l.* 1. *C. de collat. donat. lib.* 10. ſed *Iacob. de Bell. in auth. de hæred. & fal. poſt princ.* in iſta quæſtione, an lex tollatur per nõ vſum, ſic diſtinguit per quinque capita. Et primò, aut lex non eſt ſeruata, nec in cõtrarium obſeruatũ Secundò, aut non eſt ſeruata, ſed ſemper in contrarium, obſeruatũ. Terziò, aut lex aliquando eſt ſeruata, ſed malus vſus eam tranſtulit in aliam figuram. Quartò, aut lex aliquando eſt ſeruata, ſed poſteà deſiit frequentari, & cępit tacitè in deſuetudinem abire. Quintò, aut lex eſt aliquando ſeruata, ſed bonus vſus eam tranſtulit in aliam figuram. Primo caſu lex nullo tempore tollitur, vt C. *de leg. leges, & de diuer. præſcript. l. falſo*, 4. *diſtinct. cap. in iſtis.* Secundo caſu ſine dubio tollitur lex per conſuetudinem, vt in *d. §. igitur, & in l. veteriſſima*, C. *de iu. do. impetr.* Tertio caſu quando malus vſus eam tranſtulit in aliam figuram, eo caſu tollitur. per deſuetudinem, vi in *auth. de iudic. poſt prin.* ſed in hoc diſtingue, vt in *auth. vt nulli iudicium. §.* 1. Quarto caſu, & tunc etiam per deſuetudinem tollitur, vt in *§.* 1. *in auth. de hæred. & fal. & ff. de interrog. act. l.* 1. *§. interrogatorijs.* Quinto caſu non tollitur per deſuetudinem ſed per contrariam conſuetudinẽ, vt notatur in *l. de quibus, ff. de leg. &* C. *commun. pred. l. ventitor, §. ſi conſtat*, & C. *quæ ſit long. conſuet. l. fin.* faciat *l. fin. ff. de plag.* & hęc diſtinctio videtur eſſe etiã de mente *Cyui in l. rem non nouam*, C. *de iudic.* & ex iſta diſtinctione poteris colligere in quibus locis ſeruatur hæc lex:

3

4 Secundò nota ex text. quod ius congrui vendicat ſibi locum inter coniunctos ratione rei ſtabilis, non autem inter coniunctos ratione ſanguinis tantum, & hoc expreſſè probat iſte text. ibi dum dicit per conſinem ſecundum ipſam propinquitatem, & ità etiam ſeruatur in iſta Ciuitate Neapolis, licet in aliquibus partibus Regni per ſtatuta, ſeù conſuetudines habeat locum ius cõgrui ratione ſanguinis tantum, prout dixi ſupra, in *rubr. de priuileg. ſangu.*

Tertiò nota ex textu, quod ſecundum, leges Grægorum tempus quatuor menſiũ inter præſentes, inter abſentes eſt annus, & currunt iſta tempora à die requiſitionis, ſecundum iſtum textum, qui expreſsè dicit, *Ità tamen ſi fuerant à venditoribus requiſiti.* Regulariter autem vbi expreſsè ſtatutum, vel conſuetudo non requirit expreſſam denunciationem, currit iſtud tempus à die ſcientiæ, vt de hoc plenè dictum fuit in 2. §. in primo notab. Et aduerte, ne erres, quia iſte textus non corrigit legem Federici, quæ ſtatuit tantum triginta dies ad petendum ius congrui, quia illa lex ſeruatur vbi non eſt contraria conſuetudo in termino, qui datur ad petendum ius congrui non hæc conſuetudo in termino, qui datur ad petendum ius congrui non hæc conſuetudo referuntur cõſuetudines Grẽcorum, non autem quod illæ debeant ſeruari, niſi vbi eſt talis conſuetudo; qui enim declarat, vel alios refert nihil de ſe facit, *l. hæredes palam*, §. *ſed ſi notam, ff. de teſtib.* Quidam tamen dicunt, quod præſcriptio triginta dierum habet locum quando facta eſt denunciatio, ſed vbi non eſt facta denungiatio, tunc quatuor menſes, vel annus currit à die ſcientiæ ad petendum ius congrui. Sed ego miror de iſtis, cum iſte textus expreſſè dicat, *Ità tamen ſi fuerunt à venditoribus requiſiti*, vt ſupra dixi.

5 Quartò nota ex textu, quod ille, qui eſt vicinus rei venditæ, poteſt petere illam rẽ iure congrui, ſed hic dubitatur de pulchra quæſtione, quam Baldus hic ponit, Quid ſi ego vendidi tibi domum exiſtentem Neapoli, & terram exiſtentem Auerſæ pro vno pretio, puta pro vnciis centum, vicinus domus vult emere iure congrui tantum domum, venditor dicit, aut totum emas, ideſt domum, & terram, aut nihil, queritur quid iuris. Reſpondet Bald. quod videtur, quod vicinus non ſit audiendus volens emere domum tantum, per illud generale, *Aut totum admittendum, aut totum repudiandum, vt* C. *de iur. deliber. l. quidam eũlogio, ff. ad municip. l. cum quæritur, in fin.* Secundò pro hoc facit, quia domus, & terra vnico pretio fuerunt venditæ, & ſic eſt vna venditio, meritò non debet diuidi particulari ſolutione; quæ particularis ſolutio multa incommoda afferre poteſt, vt in *l. planè. ff. fam. herciſcund.* & notatur in *l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cert. petatur.* Tertiò, quia dicit venditor, quod ſua intereſt ſimul vendere domum, & terram vnica venditione, quia aliàs ſeparatim

non

Digitized by Google

non reperiret emptorem terræ argumento *l. 2. ff. fam. erciscund. & l. nemo, §. in fundo. eodem tit.* nec ille emptor uult emere domum sine terra argumento *ff. de in diem addict. l. quod si uno pretio, & ff. de minor. vib. l. tutor, §. 1. & ff. de edilit. edict. l. cum eiusdem, & ff. de solut. l. si quis alii, in princ.* merito videtur quod vicinus non habet ius congrui volendo solum domum emere.

6 In contrarium tamen est veritas, quod vicinus possit emere domum coniunctam absque eo, quod compellatur emere terrã, quia licet domus, & terra vnico pretio sint venditæ, tamen plura sunt corpora diuisa, domus, & terra, quia quot sunt res separatæ, vna ab alia, tot sunt venditiones, argumento *l. scire debemus, ff. de verborum obligat.* & pro hoc facit, quia si plures fũdi sunt venditi vnico pretio, si euincitur vnus fundus, ad illum vnum agitur de euictione, vt in *l. eum plures, ff. de evict.* sic in proposito nostro si in vna re vendita vicinus habet ius prothomiseos, non est dicendum, quod propter terram venditam, ad quam non habet ius prothomiseos, nec illam emere intendit, quod perdat ius congrui ad domum, ne facto venditoris vendẽtis plures res vnico pretio fiat præiudicium ipsi vicino habenti ius congrui à iure cõmuni per istam legem, quia beneficium concessum à lege per priuatum tolli non potest, vt in *auth. nupe. §. non solum*, neq; per alterum debet in qua conditio alteri afferri, vt *ff. de regu. iur. l. non debet.* Nec obstant in contrarium allegata secundum Baldum hic, quia illa habet locum, quando venditur vna domus plura habens membra, & vicinus uellet partem illius emere iure congrui, tunc nõ admittitur, nisi ad totum aut ad nihilum, & sic quando venditur vna res, vel vnum
7 corpus cum pluribus accessoriis, non licet emere accessorium sine principali, facit ad hoc quod notat *glosa in hanc eiusdem. ff. ne rediliç. edict.* at nos loquimur quando plura corpora separata venduntur, licet vnico pretio; vnde licet vna fit venditio respectu pretii, tamen respectu pluriũ corporum possunt dici plures emptiones, & venditiones, quia per singulas potest agi actione ex empto vt *ff. de act. empti. l. si vno, & facit d. scire debemus*, & pro hoc facit, quia si testator unico contextu verborum plures res legat, tamen quot sunt res, tot legata esse creditur, vt *ff. de legat. 3. l. 2.* & legatarius potest vnam repudiare, & alteram petere quod secus esset in vna re tantum legata, quia non potest partem petere, & partem repudiare, vt *ff. de lega-*

2. *l. nemicem* & similem distinctionem faci in *cap. 1. in princ. quid sit inuest. in 4. notab.* in quæstione an sufficiat capere possessionem cuiusdam rei feudalis, vel omnium rerum feudalium, de quo etiam per *Scribent. in l. 3. ff. de acqu. possess.* & sic concluditur, quod vicinus potest petere domum sibi adiudicari iure congrui, absque eo, quod compellatur terram emere.

8 Sed iterum quæro, pone, quod quis vendidit omnia bona sua. Ego peto me admitti ad emptionem omnium bonorum ipsius ratione alicuius rei ex ipsis mihi coniunctæ, sed emptor dicit, recipias tantum rem coniunctam iure cõgrui, quæritur quid iuris. Respondit hic Bald. quod vicinus admittitur ad ius congrui solum ratione illius rei, quæ est sibi coniuncta, & non ad alia bona vendita, quia istud ius congrui, est ius reale, & afficit rem ipsam coniunctam, & non aliam non coniunctam, & Iudex illam æstimabit, deducta æstimatione illarũ rerum, venditarum in communi, vt *ff. de legat. 2. l. si quis ex ipso, & l. qui solidum, §. 1. eodem tit.* Sed ego quæro, quid si quis vendidit omnia bona sua stabilia, ità quod omnia sint vicina fundis meis, præter unum fundum modici pretii, ego volo istum fundum, vna cum aliis bonis ratione iuris prothomiseos, quod habeo ratione maioris partis bonorum venditorum quæritur quid iuris? videtur prima facie, quod etiam in illo fundo ratione maioris partis bonorum venditorum, in quibus habeo ius congrui, competat ius prothomiseos, quia maior pars trahit ad seminorem, argumento *cap. auditis, §. ipse verò, de elect. & in cap. 1. extra de his, quæ fiunt a maior. par. cap. & ff. ad municip. l. qua maior & ff. de pact. l. iuris gentium, §. fin. & l. maiorem*, item, quia modica res non est curandum, nam licet post tempus non liceat purgare moram, tamen infra modicũ tempus licet, vt in *l. si ità quis, §. fin. ff. de verbor. oblig.* facit *c. potuit. ff. lo-*
9 *cat.* itẽ ubi res est prohibita alienari, nõ tamen intelligitur modica res prohibita, vt notatur in *glos. in auth. de hæred. & falc. hinc nobis, in vers. substantiam*, & ibi, dicit *Angel.* quod illa glosa facit ad statutũ, dicens, quod nullus possidens apothecã possit capi personaliter, quia si aliquis possideat vilissimam apothecam, nõ gaudet commodo statuti, facit quod dicit *Baldus in l. 2. C. de rescind. vendit. in 2. quæst.* vbi dicit quod qui parum transgreditur, non vituperatur, allegat, *l. Aristo. in ff. de cædic. & demonstrat. & quemuis*

fa-

facit etiam, quod dicit *Bald. in l. sciendum*, & ibi *glo. ff. qui satisdar. cogun.* quod licet possidens stabilia releuetur. ab onore satisdandi, non tamen releuatur possidens domumculam, vel cespitem terræ, accedit ad hoc 12. *quæst. cap. terrulas*, & quod notat *Angel. in §. hocetiam, in fin. in auth. de alienat. emphyt.* item si vassallus sciat, domino imminere dānum, debet reuelare domino, aliàs perdit feudum, tamen si non reuelat modicum damnum, non perdit feudum, vt in *cap. 1. §. præterea*, & ibi dixi in 2. *notab. quæ sit prima cauſ. benefic. ammit.* regulariter autem de modicis non curat Prætor vt in *l. ſi poſt moram, ff. commodat.* & ibi plenè per *Iacob. Butrium*, qui ponit fallentias ad hoc.

Sed in cōtrarium facit, quod non habeat locum ius congrui in illa modica re ratione maioris partis bonorum vicinorum, Primò, quia ista res est separata ab aliis rebus
10 vicinis, & in rebus non cōiunctis non habet locum ius prothomiseos per istam legem. Nec obstat quod res est modica, quia etiam minimum est in consideratione. Nā seruus dicitur habere peculium, licet minimum habeat, vt *ff. de ædilit. edict. l. ſi quis venditor in fin.* & facit ad hoc quod notat *Bald. in l. 1. C. quæres export. non deb.* vbi dicit, quod ille, qui est prohibitus portare vinū, nō potest portare vnā phialā causa gustus. Ista quæstio potest terminari ex his quæ notātur per *Paul. de Caſtro in l. quinq; pedē, C. finium. regund.* vbi dicit; pone, quod dicat statutū, quod ille, qui habet prædium quatuordecim, modiorum iuxta prædium alterius quatuor modiorum, possit compellere illum ad vendendum illud prædium quatuor modiorum, dummodo non sit prędiū illud vltra quatuor modia; pone quod est vltra quatuor modia, forte esset quatuor modiorum, & quartæ partis vnius modii, vel quintæ, vtrum propter tam modicum cesset dispositio statuti? dicit ipse, quod sic, quia quando recedit à iure speciali, & accedit ad ius commune, nō curandum de modico, vt in *l. ſcio, de iu. inter reſtit.* Sed hic recedit à statuto, quod est de iure speciali, & accedit ad ius commune, quo iure nullus compellitur rem vendere, vt in *l. nec emere, C. de iur. deliber.* ergò à contrario sensu si non recedit à iure communi de modico est curandum, vnde cum ius congrui sit ius commune, per istam legem dicendum est quod in illo modo, in quo non est congruitas, non habet locum ius congrui, ratione aliarum maiorum retū venditarum, in quibus habet locum ius congrui. Secus ergò dicendum est, si per statutum permissum sit ius congrui, & hæc videtur ipsa veritas.

11 Quintò nota ex textu, quod secundum legem Græcorum prescriptio, per quam vicinus excluditur à iure congrui, est inter absentes vnus annus, & inter præsentes sunt quatuor menses. Sed contra hoc oppono de constitutione Regni duram consuetudinem de præscript. vbi text. uult. quod in isto Regno sint cassatæ, & annullatæ præscriptiones anni, mensis, & diei, & horæ, & illa constitutio fuit post istā. Nam ista lex fuit de primis legibus, quas ordinauit Federicus, meritò videtur, quod ius congrui poterit peti etiam post annum. Similiter dicta constitutio tollit præscriptionem anni, mensis, diei, & horæ quæ fuerant introductę, per consuetudinem, non autē tollit prescriptionem anni, mensis, diei, & horæ, quæ fuerunt introductæ per legem. Sed hæc solutio non placet, quia sequeretur, quod si consuetudo, vel statutum esset, quod præscriberetur ius congrui per annū talis consuetudo, vel statutum nō valeret, quia consuetudo, quæ est ante, vel post constitutiones Regni contra aliquam Regni constitutionem non valet, vt dicit *glos. in proem. constitut. Regni, in fin. & notat Ioan. Andr. in cap. 1. §. final. qualit. olim, feud. alien. pot.* Quare solue melius, quod ibi tolluntur præscriptiones anni, mensis, diei, & horæ, per quas tollitur dominium, non autem sublatæ præscriptiones anni mensis dici, & horæ, per quas non tollitur dominium absque pretio, prout est in materia iuris congrui, & hoc videtur esse de mente *glos. in d. const. duram.*

Sextò nota ex textu, quod ratione absentiæ prorogatur terminus qui datur, præsentibus vltra medietatem termini. Regulariter autē prorogatur absentibus terminus vsque ad medietatem, vt patet in præscriptione decem annorum inter præsentes, & vinginti inter absentes, vt in §. *institut. de præscript. cum similib.* Sed hic absenti prorogatur per duos menses ultra medietatem termini, qui datur præsentibus.

12 Septimò nota ex textu ibi, *in venditione*, quod licet contrahentibus pœnitere in præiudicium vicini à contractu, venditionis erat perfectus, immò si postea ipse, & venditor pœnitentia ducti resiliunt à contractu, poterit vicinus eam istam petere iure congrui, & hoc probat iste text. qui simpliciter requirit contractū venditionis esse perfectū, vt vicino cōpetat ius congrui, & nihil dicit, quod fiat, nisi pœniteat, & sic generaliter est intelligendus, vt *Bald. prætinſſe. in auth. publ. cū ſimilib.* & pro hoc facit bona *glos. in cap. 1. quid iur. ſi ſuſpicion.*

ſcu.

Digitized by Google

feu. vaſal. id recup. item quia in executionibus iuris non eſt locus pœnitentiæ, *l. 1. §. ſi rem ff. depoſit. l. rogaſti, ff. de præſcript. verb. & nat. 36. quæſt. 2. cap. ſi quis non dicam rapere*, faciunt ad hoc ea, quæ habentur in illa quæſtione ſi emphyteuta venditit rem irrequiſito domino, & ſic propter iſtam culpam perdidit rem, vt in *l. 2. C. de iur. emphyt.* An ſi poſtea pœnitentia ductus recuperat ipſam rem, ſit excuſatus à pœna de quo per *Bart. in l. 4. §. idem Labeo, ff. de vſucapion.* & per *Ioan. de Imol. in c. ſi quis, de reb. Eccleſ. non alien.* & *in cap. potuit, de locat.* & *Bartol. in conſ. ſuo 34.* incip. *abſque longa* & *in Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, verſ. 96.* & per *Bald. in l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſcop.* & *Cler.* & *Salic. in l. fin. C. de iur. emphyt.* & *Bart. in l. 1. C. de grege Dominio lib. 12.* & *Bald. in l. fin. C. de rei vendicat.* & *in l. quoties, ff. de hæred. inſtitu.* & *Petr. de Ancharan. in regul. peccati venia, lib. 6.* & dixi in *cap. 1. §. item ſi delator, quæ fuit prim. cauſ. benefic. amittend.* prædicta verò intelligo, ſi ex venditione translatiũ eſſet dominiũ in emptorem, licet poſſeſſio ad huc ſit penes venditorem quod poteſt eſſe, quando precario ſe nomine emptoris poſſidere conſtituit, vt notat *Bart. in l. 1. C. quando lic. ab empt. diſced.*

13 Sed iuxta prædictæ quero de aliquibus quæſtionibus, Et primò, quid ſi venditur res, & antequam vicinus ab emptore euincat iure prothomiſeos, res euincitur ab alio, ab ipſo emptore, an contra illum, qui euincit, vicinus habeat ius congrui? Dic, quod non ſicut dicimus, quod quando res alienatur ex cauſa neceſſaria, puta per ſententiam Iudicis, non habet locum ius cõgrui, vt ſupra dixi in §. 3. eadem ratione quando res euincitur, & poſſeſſio penes alium vadit, non competit ius congrui cõtra poſſeſſorem, quia alienatio eſt neceſſaria ex cauſa euictionis, ſiuè res ſit victa per ſententiam iudicis, ſiuè per ſententiam arbitri, qui vt iudex reputatur, vt in *l. 1. ff. de arbitr.* ſiuè per ſententiam arbitratoris, cuius ſententia habetur vt tranſactio, vt in *auth. vt differ. iudic. poſt principium.* Et in tranſactione non habet locum ius congrui, vt in §. 3. *ſupra eod.* ergò, &c. Sed quis ſi res venditur cum conditione, quod ſi vicinus petat ius congrui, res ſit in empta, an habeat locum ius congrui? Videtur quod ſic, quia talis conditio fuit appoſita ad præiudicium tertii, ſcilicet vicini, & res inter alios acta tertio non præiudicat, facit bonus *tex. in l. quĩ balneum, & l. qui potior. ff. qui potior. in pign. habent.* in cõtrarium videtur, quod talis venditio pendet ex futuro euentu, ſcilicet, quod ſi vicinus non petat ius congrui, tunc res ſit vendita, ſed ſi petat vicinus, ſit ipſo iure reſoluta. Poteſt autem fieri venditio ſub conditione, vt *inſtitu. de empt. & vendit. §. pen.* item quia poteſt fieri venditio ad arbitriũ, tertii, ut *l. fin. C. de contrab. empt.* & hanc partem puto veriorem, per *textum in l. ſi hominem, ff. de vſu fruct.* vbi videtur deciſio huius queſtionis.

14 Item quæro de illa quæſtione, pone dicit ſtatutum, quod ſi venditor non ſoluit gabellam, non poſſit petere pretium, accidit, quod quidem vendidit domum emptori, quæ mihi coniuncta eſt, venditor non ſoluit gabellam, emptor petit ſibi domum tradi virtute emptoris, ego vicinus peto eandem domum mihi tradi iure congrui; dicit venditor, quod ipſe non tenetur ad tradendum emptori quia pretium nondum ſolutum eſt, nec ad pretiũ poteſt agere vigore ſtatuti, & non eſt conueniens quod emptor habeat rem, & pretium argumento *l. 1. C. ſi ſeru. ext.* & ſic liberato vno ex contrahentibus, hoc eſt ipſo emptore à ſolutione pretii, alter ſcilicet venditor effectualiter non tenetur ad tradendum, vt in *l. bona fides, ff. de act. empt.* item dicit venditor, quod ipſe non tenetur vicino ad tradendum iure congrui dictam domum, quia contractus eſt reſolutus inter eum, & emptorem; tamen hoc non obſtante videtur dicendum, quod venditor tenetur ad tradendum, ipſi emptori, & emptor non tenetur ſoluere pretium ipſi venditori, vigore ſtatuti, & hoc in terminis noſtris format *Bald. in l. mortis caſus, C. de peric. & commod. rei vendit.* & conſequenter habebit locum iſto caſu ius congrui, Sed dubium ſtat in hoc, cui ipſe vicinus teneatur ſoluere pretium an venditori an emptori, & certè ſi pretium ſolueretur emptori per vicinum, emptor lucraretur cum aliena iactura, quia haberet rem, & pretium duplicatum, contra *l. nam hoc natura, ff. de condition. indeb.* vndè videtur mihi æquius, quod debeat ſolui pretiũ per vicinum vẽditori, ſi res nondum ſit tradita emptori, ſed ſi tradita ſit emptori, tunc pretium ſoluetur emptori per vicinum, & venditor ad illud pretium aget, non quidem ad illud pretium conuentum, quia illud non poteſt petere vigore ſtatuti, ſed ad illud pretium quod habuit occaſione rei ſuę à vicino, ad quod ſtatutum non ſe extendit, ſed intelligitur de pretio, quod debeat ſoluere ipſe emptor. Nam ſtatutum eſt ſtricti iuris, & propterea venit ſtrictè intelligendum, ſecundum doctrinam *Bartol. in l. omnes populi.*

Digitized by Google

tuli, in materia statutorum ff. de iustit. & iur. quia illud; quod occasione rei meæ ad te peruenit, meum est *l. hæc cõditio, & d. l. nã hoc natura, & l. indebiti, ff. de condit. indeb.* & hæc opinio sapit maximam æquitatem.

15 Item quæro; quidam emit domum, & postea ego emi aliam domum collat eralem illi domui primò emptæ. An ego habeo ius congrui ad illam domum primò emptam. Videtur, quod non, quia ego emi vltimo loco immò ille primus emptor aget iure congrui contra me, in contrarium facit, quia si ille, à quo ego habeo causam poterat agere contra illum primum emptorem iure congrui, illud ius transit ad emptorem vt in *l. dolia cum conuardant. ff. de contrahend. empt.* & hoc verum procedit quando ille, à quo ego causam habeo, poterat exercere ius cõgrui, secus si non poterat exercere ius congrui, puta quia venditor esset Ecclesia, vel Fiscus, vel etiam rusticus, qui non habet ius congrui, vt in *§. fin. infra, eod.* & ibi diceretur. Nam tunc ex quo venditor non habet ius petendi ius congrui, nõ potuit illud transmittit quod nõ habet, vt in *l. 2. C. de leg.* & *in l. traditiones, ff. de acquir. rer. dom.* Sed si Ecclesia emit ab illo, qui habet ius congrui, certò illud ius congrui nõ transit in Ecclesiam, licet ille, à quo habet causam Ecclesia, poterat vti iure congrui, & hoc ideò, quia Ecclesia prohibita est vti iure congrui, siuè vendat, siuè amat per iltum *tex. in fin.*

16 Oct quo nota ex text. ibi *victoriã*, quod ille, qui habet sententiam pro se dicitur habere victoriam: quod patet, quia quando vicinus iure congrui obtinet domum coniunctam, videtur habere victoriam, sic etiam aduocatus quando vincit in causa, dicitur habere victoriam sicut miles quando vincit in prætio cùm aduocatus militi armorum æquiparetur, vt in *l. aduocati, C. de aduo. diuer. iud.*

Nonò nota ex text. quod præscriptio temporis excludit vicinum à iure congrui, de quo dictum fuit in §. 2. *supra eod. in 4. notab.*

Decimò nota ex text. quod requisitio, seù denunciatio, quæ est necessaria in hoc iure congrui, secundum tenorem huius Constitutionis, debet fieri sollemniter, quia text. iste dicit, *Sollemniter requisiti*, & sic non sufficit, sola scientia, quia vbi in denunciando requiritur certa forma, tunc

17 semper denunciatio est de substantia, nec sufficit sola scientia, vt in *dict. l. denunciasse, ff. de adult.* ista sunt verba *Bal.* in materia denunciationis in *l. post perfectam, C. de peric. & commodo rei vend.* & de hoc fuit latè dictum in §. 2. *supra eodem, in 1. notab.* & ista sollennitas consistit in hoc quia debet volens vendere requirere vicinum ante venditionem, si ipse vult soluere iustum pretium illius rei vendendæ vel pretium quod ab alio inuenit, alias vicino nõ currit tempus ad petendum ius congrui, nisi à die denunciationis, & si denunciatio fuit facta post venditionem ad effectum iuducendi præscriptionem tunc debet dicere ipse emptor, vel venditor vicino qualiter factus fuit contractus venditionis talis fundi pro tanto pretio, & à die prædictæ denunciationis currunt illi triginta dies, secundum legem Federici, vel secundum consuetudinem Græcorum, currunt illi quatuor menses, vel annus, prout dictum est *supra in §. 1. in 1. not.* & quæ ibi dixi, hìc repetenda non sunt.

18 Vndecimò, & vltimo nota ex text. in finalibus verbis, quod dupliciter potest vicinus renunciare iure congrui, scilicet tacitè, & expressè. Tacitè, cùm permisit labi tempus, in quo potuit agere iure congrui. Expressè, quando renunciat per pactum, puta quia promisit vicinus emptori non vti iure cõgrui contra eum. Sed quid si vicinus promisit venditori, quod ipse non aget iure congrui contra emptorem futurum, an emptor possit postea se iuuare ex illo pacto? videtur, quod sic, quia, fit accessus de venditore ad emptorem, vt in *l. de accessionibus. ff. de diuers. & tempor. præscript.* & est bonus *text. in d. l. dolia, §. 1. ff. de contrahend. empt. & ff. ne pact. l. si tibi, §. pactum.* Sed in contrarium facit *l. stipulatio ista, §. alteri, ff de verbor. obligat.* vbi alteri stipulari nemo potest. Soluit. pactum de iure cõgrui non vtendo est reale, & ideò transit cum ipsa re, non obstante, quod factum sit cum venditore, quia res transit cum sua causa, vt *ff. de pignor. l. pignoris, & ff. de pignor. act. l. si conuenerit, §. si fundus, & C. de distr. pignor. l. si debitor, cum similib.* Vide ad hoc ea, quæ dixi supra in §. 1. *in 10. not.* Sunt autem multi casus, in quibus valet stipulatio facta alteri, & ille tertius ex illa stipulatione potest agere, de quibus per *Bart. in dict. stipulatio ista, §. si stipuler, de verbor. obligat.* Sed quæro, quid si promisit non mouere quæstionem supra tali domo, an poterit postea agere iure congrui contra emptorem eiusdem domus; dic, quod non argumento *dict. l. stipulatio ista, §. si quis forte*, vbi dicit *Angel.* quod ille, qui promisit non mouere controuersiam super domo nõ poterit eam mouere super vsufructus, vel alio iure, & sic pondera

istud

Digitized by Google

illud verbum *vel alio iure*, quia per consequens videtur comprehendere ius congrui.

19 Vltimò quæro, quidam volens vendere quandam domum, requisiuit vicinum si vellet emere, quia reperit emptorem, si ipse vicinus non vult emere. Respondit vicinus, placet quod denunciasti ille qui facit denunciationem non expectatis triginta diebus, vendidit alteri, & ille vicinus porro intra triginta dies vendidit domum suam alteri, nunc intra tempus iste nouus emptor qui emit ab isto vicino, cui competebat ius congrui, vult petere domum iure congrui, dicens quod facta fuit accessio iuris congrui de venditore ad emptorem, ille est extraneus emptor dicit, quod non tenetur ad tradendum iure congrui, quia eo ipso quod vicinus vendidit rem, videtur renunciasse tacitè iure congrui, quia non habebat intentionem habendi bona stabilia in illo loco, ex quo sua vendidit in illo loco cùm nemo præsumatur incontinenti contraria agere, argumento *l. nam ad ea, cum similib. ff. de condit. & demonstratio*, & sic ista renunciatio fuit realis, & consequenter transit in ipsam emptorem. Quæritur, 20 quid iuris sit. Breuiter respondetur quod per venditionem non videtur quis renunciare iuri suo prothomiseos, quod iam cõpetebat, quia illud ius congrui videtur tacitè vendidisse vna cum ipsa re, per *dict. l. dolia, cum similib. supra allegat.* ergò poterit agere iure congrui contra illum, qui emit intra terminum triginta dierum, secus si post terminum emisset. Nam tunc præscriptione venditor, & emptor rei venditæ, essent excluſi à iure congrui; & hoc etiam videtur, esse de mente *Baldi hic, in 2. column. & Dom. Sebast. in 1. consuet. Ciuit. Neapo. de iure congrui, in ver. semit.* Et hæc omnia dicta in præsenti Constitutione Græca veniunt per modum additionis ad rextum præsentis legis Domini Federici Imperatoris.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Græca concordat cum Constitutione nostra Latina, & in quo differat.*
2 *Constitutio Federici in Regno recepta est.*
3 *Vnaquæque Prouincia seruat sua statuta.*
4 *Concurrentibus statuto, & consuetudine cui standum.*
5 *Lege deficiente, recurritur ad Consuetudinem.*
6 *Lex an per Consuetudinem tollatur, & quando.*
7 *Lex quando sublata dicatur per contrarium vsum.*
8 *Princeps vult quod ordo iudiciarius exposcit.*
9 *Princeps legibus derogare potest, & quare.*
10 *Leges Romanorum quando in Regno seruantur.*
11 *Princeps dominus legum, non morum dicitur.*
12 *Princeps in dubio præsumitur velle quod lex mandat.*
13 *Princeps vtitur plenaria potestate, quando mandat, vt vicinus præferatur.*
14 *Ius congrui in Ciuitate Auersana an seruetur, & decisio affertur, num. 16. Similiter. & alia contraria.*
15 *Laudes Domini Iudicis Caroli Amanti.*

Ad §. Sextum.

NOta, quod id, quod habetur in hoc §. 6. est per modum additionis ad præsentem *Constitutionem Sancimus*, & ad ea, quę disponit superiusin ea Imperator nam *Afflict.* ait in *fin. præced. §. 5.* quod finiunt, verba *Federici in dict. §. 5.* & sequuntur Græcæ Constitutiones, in quibus aliter, di-
1 sponitur circa otdinem ius congrui, ac in præsenti Constitutione: neque dicendum, quod per præsentem Græcam Constitutionem corrigantur antecedentia per *Constitutionem, Sancimus* dicta nam absurdum esset secundum *Scribet hic*, & in specie per *Rondellam in vers. Graecorum legibus. nu.* 2. & ideò additionaliter ponuntur hic, nõ autem sunt obseruantia, nam tandum apud Græcos vigent, aliisque in locis, secundũ, *Afflictum nostrum, in loco supra citato*, &
2 in Regio nostro seruandum est id, quod supra dictum est per præsentem nostram Cõstitutionem, & in Ciuitate seruandę sunt consuetudines nostrę in scriptis redactę sub *tit. eodem de iure congrui*, vnaquæque enim Prouincia, ac Ciuitas suas seruare de-
3 bet consuetudines, ac statuta, *cap. ieiunii 80. distinct. in fin. cap. contra veritatem, eadem distin. cap. contra morum 54. in fin. de testib.* & quando carerent statutis, & consuetudinibus, tunc non ad statuta, ac consuetudines locorum conuicinium est recurrendum, sed ad id, quod in Regno, vbi situata est ipsa, Prouincia, vel Ciuitas disponitur *text. in l. de quibus ff. de legib.* eo-
5 que deficiente, tunc recurrendum est ad le-

Digitized by Google

gem municipalem, *l. venditor, §. si constat, ff. commun. præditor.*

Ad id autẽ, quod *Afflict.* ait in hoc *primo notab.* videlicet, quod sunt aliquę Ciuitates, quæ per non vsum tollunt à se hoc
6 ius prothomiseos, ac in eis non seruatur. Adde, quod nunquam per desuetudinem lex tollitur, quãdo lex est scripta, sed per solam contrariam consuetudinem, ità *Cyn. & DD. in l. fin. C. de iure dominij imperando, glosa. & DD. in proem. Institut. Ciuil. in §. penultim. glosa. & Bart. in l. de quibus. ff. de legib. Bald. in l. receptitia, C. cõst. pecun. Affli. hic in 2. cap. dist. ver. 2. casu Alexan. cons. 136. num. 19. volum. 2. Carauit. in rit. 259. num. 6. & in rit. 182. num. 1.* immò nisi contrarius vsus probe-
7 tur, nunquam lex ablata præsumitur, *Paris. in cons. 80. Curt. 113. Mascard. in cõclus. 1286. num. 50.* immò lex, & dispositio ipsius nunquam, tollitur per non vsum, etiam si per mille annos casus eius minimè eueniant, nisi per desuetudinem, vel contrariam consuetudinem, secundum *glosam in dict. cap. extra de tregua, & pac.* quam idem *Carauit.* allegat in *cõmentar. ad Pragmat. tit. ad Senatusconsul. Madecedon. in §. 12. incip. vel fuerint, nu. 42.*

8 Ad id, quod Princeps semper vult, quod frequentissimus ordo iudiciorum, exposcit, uel quæ per consuetudinẽ approbata sunt, vt inquit *Afflict. hic n. 2.* Nota, quod Prin-
9 ceps etiam legibus derogare potest, nã omnis legum potestas est in suo scrinio pectoris reseruata ità *Couarr. variar. resolut. cap. 6. lib. 3. nu. 10. Molina de primogen. Hisponor. lib. 4. cap. 3.* vbi per multos numeros, & signanter in *n. 37. Surd. dec. 2. n. 12. Fontanel. de pactis, clausul. 4. glos. 5. num. 19. & 20.* ideò in Regno vtimur legibus Romanorum, nam ita dispositum
10 per tacitum Principis consensum, & iuribus Regni deficientibus secundum Romanorum iura est iudiciandum, ità per *Affl. in 20. quæst. in præludijs ad commentar. Constitut. Regni,* dummodo iusta sint, ac rationabilia, secundum *glosam in cap. inter cætera 16. quæst. 3.* vt apud eumdem nostrum *Afflict. nu. pen. hic, & per Aluarott. Velasq. in consul. 150. num. 20.* & quod Princeps dicitur Dominus legum, non autem morum, vide as *Barbosa in cons. 1. colum. 3. volum. 4. & in cons. 56. volum. 2. & in cons. 7. col. 7. volumin. 4.* ipse enim subditis tantum suis leges potest imponere, *Bald. in l. 1. C. de Summa Trinit. & Fid. Cathol. Paris. in tract. de reassumpti. instrument. in vbr. 8. num. 7.* & in dubio
12 Princeps an præsumatur velle ea, quæ leges volunt, ac mandant, vide *Cachtrenum in decis. Pedemontan. 170. num. 5.* immò nunquam præsumitur iactare leges suas, ità apud *Afflict. nostrum in decis. 307. nu. 23.* præterea Princeps potest vti plenaria potestate, quando mandat, vt præferatur vicinus, vel consanguineus, vel subditis in-
emptione alicuius rei proprietatis: nam si hoc per consuetudinem permittitur, eo magis per Principem, qui habet plenariã po-
13 testatem, vt præferatur vicinus, vel consanguineus, ità apud *Tiraquel. late de retract. in præfation. n. 12. 13. & 14. Thesaur. dec. 91.* qui refert eumdem *Tiraq. & alios.*

14 Sed in Ciuitate Auersæ ait *Afflict.* non seruari ius congrui, vel alibi, vel nunquã fuit seruatum, sicut neque in Ciuitate Capuæ (vt audiui) & ibi non potest allegari Constitutio ista ait ipse cui adde ea, quæ supra fuer unt annotata in *§. 1. in 6. notab. in versic. item pone, quod Ciuitate Auersę. ibiq. Dom. Președent. olim Regię Camerę Summariæ Anell. Amat.* Iuri sprudentiæ doctissimum, atque olim primę classis cau-
15 sarum Patronum in Sacro Regio Consilio Neapolitano, patrem meritissimi *D. Caroli Amati I. V. C.* Iudicis nunc Magnę Curiæ Vicariæ in ciuilibus qui propter eius benemerita, etiamquæ genitoris sui ad maiora speratur, qui super hoc scripsit in
16 causa in eodem Sacro Consilio vertente inter Clericum Congregationis Oratorii Felicem Antonium de Rogerio cum illis de Roppulo, cuius decisionem refert *Dom. Regens Carolus Tapia vna cum allegatione b. eiusdem Dom. Amati, in 4. volu. Iurisprud. Regni, in tit. de iur. congrui num. 13. cum sequentib. ibid. impress.* & aliam consuetudinem adesse in dicta Ciuitate Auersæ, vt duos sit mariti statim suscepta prole, de qua testatur *Pater Molfesius in cons. 28. num. 10.* & an lex tollatur per non vsum, sicut hic quærit *Afflict.* adde *glosam in cap. 1. de tregu. & pac. & Decium in cons. 649. n. 9.* vt apud *Gratianum in disceptation. forens. cap. 228. nu. 59. & eumdem in decis. 14.* dicentem, *Quod lex non abrogetur per non vsum non habentem non contrariũ vsum nam requiritur, vt non vsus habeat in se contrarium vsum.* Hæc ille: de hoc etiam testatur *Nuncius Pelicia in Consuet. Auersæ, in tit. de iur. congrui, in nu. 76. cum sequentib.* citatus à *Dom. de Thoro in supplement. decision. Neap. in verb. ius congrui,* vbi refert, quod neque in Terra Summæ datur ius congrui, & sic fuisse decisum in Sacro Consilio de anno 1574. sed si non habet locum ius congrui in his locis per *Consuetud. nostrum Neap. in tit. de iure congrui,* an habet locum præsens Consti-

Digitized by Google

stitutio Sãcimus, affirmatiuè refert decisũ *de Thoro* in loco supracitato *fol. mihi* 324. in causa relata per *Dom. Regent. Capyc. Latro in consultat.* 98. *libro* 2. *consultat.* & *per eundem de Thoro part.* 3. *in verbo, ius congrui* & confirmatur per *Rendellam in rubr. tract. de iure prothomisc. nu.* 17. vbi sic etiam fuisse iudicatum, vt apud *Viuiũ in sylua comman. opinionem; opin.* 832. & apud *de Amicis cons.* 1. *ad* 3. tam in magna Curia Vicariæ, quam in Sacro Consilio Neapolitano, vt ipse ait *num.* 20. vbi ius congrui in aliquibus locis locum non habet, nec præsens Constitutio propter eorũ consuetudines, & specialiter in Ciuitate Auersæ, vt in *vers. de Auersa, eod. n.* 20. *cit. loc.* ipse ait.

SVMMARIVM.

1 *Parentes qui dicantur.*
2 *Consanguinitas sola non sufficit nisi concurras vicinitos in iure prothomiseos.*
3 *Coniuncti qui dicantur.*
4 *Consanguinitas sola an sufficiat pro iure prothomiseos consequende.*
5 *Propinquorum, & suorum appellatione qui continentur.*
6 *Propinqui qui dicantur.*

AD 2. Notab. in text. ibi, *secundam ipsã propinquitatem*, adde, nam Imperator dicit in hac *Constitut.* hoc ius congrui competere (vt in *principio Extrauacant.*) Primò parentibus, quod intelligitur de parentibus qui non solum sunt nobis cõiuncti per sanguinis coniunctionem, verum etiam per rei coniunctionem, sicut expresse ait *Afflict. hic in* 1. *in vers. item quæro, n.* 36. *notab.* 10. & per nos *ibid. in annotat.* ideoque immeritò arguitur à *Benedell. in eod. tract. de iure congrui, in princ. Constitut. in vers. necessarij, in* §. *in primis, num.* 4. vbi inquit, mirari de tanto viro in Iure versatissimo, qui tam oscitanter in scribendo se gessit, allucinando in re non admodum ambigua, immò grauiter Afflict. errassa ait, gaudens se iuuenisse virum apprimè doctum hoc idem secum sentientem cõtra Afflict. idest *Iosephum Cum. super Ritib. Siciliæ, vt in rit.* 106. qui similiter refert, *Afflict.* eodem morbo laborasse (sed salua ipsorum pace) contrariam tenet hìc *Afflict.* vt ex eis verbis in hoc Notab. & in *cit.* §. 1. *vers.* & *quæro, num.* 36. *in verb. in contrarium*, vbi clarè per hæc verba sequentia, *Et oportet vt duo concurrant ad hoc vt consanguineus præferatur, scilicet vt sit consanguineus, & coniunctus rei, quia duo singula habens excludit vnum habentem, iste vicinum alterum extraneum.* Opitulatur mihi *Prosp. Rendella in tract. eod. in* §. *primis, in verb. parenoes, nu.* 12. qui defendendo *Afflict.* ait, non meruisse argui, ac sic accusari *Afflict.* nam & sit exponat ipse vno modo textum hunc, vt coniuncti, qui sunt, intelliguntur de coniunctione sanguinis, nam vt benè arguit coniunctorum appellatione in dubio veniunt coniuncti secundùm naturam, & non per accidens, iste per vicinitatem, tamen firmat cõtrarium ex eodem hoc textu deduci, & accipi coniunctos ad effectum prælationis in iure congrui qui vltra naturalem coniunctionem sanguinis, & rerum, etiam vicinitatem habent, & sic idem *Afflict.* pluries fuisse determinatum refert, & in *cit. loc. vt supra, nu.* 36. Hæc *Rendel.*

2 Immò item *Rendel.* locc supra citato ait, *Afflict.* nostrum tenere, non sufficere solam consanguinitatem ad obtinendum, cõgruũ verum etiam coniunctionem rei, ac confinium, vt in eodem *num.* 4. & hoc ex eodem nostræ *Constitution. text.* quæ loquitur de cõsanguineis, qui coniuncti sunt ratione rei stabilis, quomodò ergò sic acriter eum reprehendit? in *d. n.* 4. ait idem *P. Rendell. in citato loc. vt supra, nu.* 11. *versic. qui sunt.*

3 Coniuncti qui dicuntur, habetur in *tex. in l.* 1. §. *fin. vbi Bart. ff. de postulando,* & *in cap.* 1. *de procuratorib. cap. coram, de offic. delegati, Abb. in cap. cum M. Ferrariensis de Constitut. col.* 2. *vers. non semper*, & pro coniunctis veniunt omnes vsque ad gradum, successibilem, secundum *Innocentium in cap. nonnulli, column.* 2. *de rescript.* vt etiam idem *Abb. Panormitan. in* §. *sunt & alij, column. ultim. in princip. vers.* & *dubitatur, in dict. cap. nonnulli*, ità Cyn. & *Salyc. in l. exigendi*, C. *de procurator. Bald. in l.* 1. C. *qui accus. non possunt*, *Imol. in l. ex facti*, §. *si quis rogatus, ff. ad Treb.*

4 Sed tamen non ammittam, quod de iure communi sufficit tantum ius consanguinitatis, vt in aliquibus locis, secundum *text. tum in l. si emptionem, ff. de minor. text. in l. Imperator, ff. de pact.* sicut etiam tenet hic *Afflict.* noster vidias *Bart.* §. 4. *num.* 3. & *n.* 8. ad hoc ius congrui obtinendum attendatur non tam sanguinis coniunctio, verùm etiam, & rerum stabilium, sicut etiam ex legibus Græcorum disponitur, vt in *Constit* præsenti videas, quod refert *Rendell. in hoc eadem* §. *in vers.* 13. *in fin.* motus authoritate *Ciceronis* dicentis vt in Quinto Roscio, *Ibi habet plura prædia, neque tamen unum, nisi plecarum. & propinquum.*

5 Ad sciendum qui veniũt propinquorũ,

ac

ac ſuorum appellatione, videas *Marantam in 6. part. principali ſui ſpecul. in primo* dum tractat materiam inquiſitionis *n. 62. Clarum in pract. crimin. quæſt. 14. verſ. nolo etiam.* Immò ius hoc congrui ceſſat, ſi res vendatur vni propinquorum, ſecundum *Cuid. Pap. in deciſ. 602. Alexand. ad Bart. & ad textum in l. ſuggeſtioni, C. de verborum ſignificat. in verb. propinqui*, &
6 ſi vir, & vxor dicantur propinqui, vel ne, & ſi ſtatutum loquens de propinquis, de quibus intelligatur videas *Barrol. in l. 1. n. 1. C. unde, vir, & vxor*, & qui verè dicantur propinqui, videas *Molinam de primogenit. Hiſpanor. lib. 1. nu. 14. cap. 4.* & qui proximus præſumatur, idem *Molina vbi ſupra cap. 8. lib. 3. num. 21.* & diffusè apud *dict. Bencdel. loc. ſupra citato, in præced. notab. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus datum ad retrahendum interpellat.*
2 *Tempus petendi ius prothomiſeos à quo die incipiat, ſecundum Conſtitutionem Græcam, & Latinam.*
3 *Qui addit, nihil de nouo facit.*
4 *Iudicandum eſt prius ſecundum Conſtitutionem Sancimus, & conſuetudinem, quam ſecundum ius commune.*
5 *Allegans conſuetudinem, illam probare tenetur.*
6 *Recurrendum an ſit ad cõſuetudinem regionis.*
7 *Iudicandum eſt, in dubio, quod in feudis viuatur iure Francorum.*
8 *Extenſio facienda eſt de caſu ad caſum, quando militat eadem ratio.*
9 *Conſuetudo regionis ſemper ſequenda eſt.*
10 *Praxis, & ſtilus Curiæ ſemper allegari poteſt vt ius.*

AD 3. Notab. videas ea, quæ in 1. *notab. ſupra in §. 2.* adnotauimus, ſcilicet de
1 curſu temporis à die ſcientiæ, vt requiſitio expreſsè non requiratur, nam tẽpus datũ retrahnendũ interpellat, ità *Boerius deciſ. 47. num. 6.* iuxta vulgatum *textum l. in magnam*, quia emptor debet inſpicere, & cogitare, ità *Gratian. diſcept. for. quæſt. 957. n. 38.*

2 Ad id, quod per *Afflict.* hic exprimitur de tempore petendi congruum, videlicet, quod apud Græcos eſt tempus quatuor menſium, & incipit currere à die requiſitionis, dic, quod in hoc concordat cum præſenti *Conſtitut.* diſcrepat autem in tempore, nam tempus *Conſtitutionis noſtræ* eſt triginta dierum, neque hoc tempus corrigitur per illud, nam in Regno eſt ſeruanda *cõſtitutio*, eiusque tempus attendendum, nec per *Imperatorem Federicum* fuerunt inſertæ hic tales *Conſtitutiones Græcæ* ad imitandum iſtam *Conſtitutionem Sancimus*, ſed eas poſuit tantum per modum ad-
3 dit, nihil de nouo, facit argumento *dict. l. heredes palam, §. ſet ſi totam*; prius enim eſt iudicandum, & caſus acciderit ſecundũ, præſentem *Conſtitutionem*, ac ſecundum conſuetudinem Ciuitatis, ſeù locorum, deindè verò ſecundum ius commune, vt di-
4 ſponitur in *Conſtit. Reg. Vt vniuerſis, & ſingulis. tit. de nobilibus contrahendis*, maximè ſi conſuetudines ſunt in ſcriptis, iuxta *textum in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, & cap. 1. de reſcript.* & alia lex in illo loco, vbi viget conſuetudo, allegari minimè poteſt, alias illam allegans tenetur probare, ait *Maſcard. in concluſione 781. n. 22.* & in dubio an ſit recurrendum ad conſuetudinem regionis videas *textum in l. ſi ſeruus plurim. 6. fin. de legat. 1. cap. certificari, de ſepultur. Dom. de Anna in allegatione 104. n. 22. per textum in l. vel. vniuerſorum de pignorat. act. cum ſimilib. alleg.*
7 & in dubio iudicandum eſt, quod viuitur in feudis ſecundum ius Francorum, *Anna in ſingular. 692.* ſic etiam in dubio in ſtatuto iuris congrui quando militat eadem ratio ſemper eſt facienda extenſio de caſu
8 ad cauſam, *Gratian. de iur. congrui, diſcept. forenſ. cap. 903. num. 16.* & quod ſemper ſit attendenda regionis cõſuetudo,
9 notatur *in l. ſi de interpetratione 36. l. non Imperator. 37. ff. de legib. gloſa. in l. nemo iudex, 13. in verbo, magiſtratus, C. de ſentent. & interlocut. omnium iudicum*, & ſecundùm obſeruantiam eſt iudicandum, & praxis, & ſtilus Curiæ eſt attendus nam conſuetudo, & longeuus vſu cauſarum po-
10 teſt allegari tanquam ius, & quod habeatur pro lege, & ab ea, non eſt recedendum, & quid quid agitur contra, non valet, de quibus plura apud *Gratian. in diſcept. for. cap. 745. n. 22. 23. & 24.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitati an competat ius reducendi ad demanium, refertur deciſio.*
2 *Quot ſunt res diuiſæ, tot ſunt, venditiones.*
3 *Sententiæ tot ſunt, quot & res.*
4 *Venditio ſeparata dicitur, quando res eſt ſeperata.*
5 *Venditione plurium rerum facta, ad partes deuenitur.*

AD

Digitized by Google

AD 4. Notab. eius glossam Napodan. hoc idem dicentem in glos. domum, in consuetudin. primo de iure congrui, nu. 8. qui concordat cum Aflict. hic, videas etiam de Franchis in decis. 17. num. 22. vbi refert, in Sacro Regio Consilio fuisse dubitatũ in causa Vniuersitatis Polignani cum Magnifico duilio Caraffa, vbi ad relationem Regiæ Cameræ Summariæ, relatore Dom. Aloysio Antonio de Castillo Præsidente eiusdem Regiæ Cameræ Summariæ, fuisse dubitatum an competeret dictæ Vniuersitati Polignani ius se redimendi, & ad demanium se reducendi, stante venditione facta nõ tàm de dicta Terra Polignani, verùm etiam aliarum Terrarum vnico pretio dicto Iulio emptori, dum vtrica erat venditio, & vnicum erat pretium, & tandẽ partibus auditis fuit iudicatum ad beneficium Vniuersitatis Polignani patrocinante pro dicta Vniuersitate tunc in tempore eodem doctissimo viro Dom. de Franchis. vbi ipsemet de Franchis allegauit eaidem doctrinas Baldi, & Aflict. nostri hic sicut in eadem supracitata decisione refert, vna cum Iasone, & glos. Parisens. & confirmatur opinio Aflict. nostri, scilicet vt vicinus non possit adstringi ad emendum omnia, quia res sunt separatæ, licet sub vnico pretio sint venditæ, & diuisæ: nam quot sunt res diuisæ, tot sunt emptiones, vt ait Aflict. in decis. 218. in fine. vbi inquit, tot esse sententias, quot, & res, vt in num. 4. per textum in l. scire debemus, ità Dec. in cons. 344. n. 3. vbi plura, adnotat circa materiam hanc, allegando Socin. iunior. in cons. 63. lib. 1. n. 10. Carol. Rouin. cons. 26. num. 5. lib. 4. idem Carol. Rouin. in cons. 26. num. 3. libr. 4. Alex. in cons. 513. n. 3. quæ res cum sint separatæ, etiam separata dicenda est earum venditio, argumento text. in l. si. matris, C. de donat. inter virum, & vxorem, glos. in dict. l. si maritus, in verb. separata, cap. item eam, & glos. super verb. obijcit, extra de rei spol. per textum in cap. inquisitioni, de appellat. & videas Boerium decis. 73. nu. 4. & decis. 251. quam allegat Dom. Episcop. Ricc. in collectan. 2390. tamen pro his dictis videas Tiraquell. de retract. consanguinit. fol. 120. n. 17. vbi multa cumulat, ac etiam in tit. de retract. lignag. §. 23. glos. 1. & 2. & videas Gratian. disceptat. forens. cap. 745. n. 68.

5 Et quando facta mentione plurium rerũ deueniatur ad partes, videas Raphael. Cuman. in cons. 91. ver. ad secundum, & Ferroneum in consuetud. Burgund. 4. de retract. §. 3. qui per textum nouetur in l. fistulam §. qui fundum, ff. de contrahend. empt. & vendit. Tiraquel. de retract. cõsanguinit. §. 23. glos. 2. nu. 9. & omninò Benedell. eodem tract. in rubr. presentis Constitutionis, n. 55. & ad prin. Constitutionis, n. 183. fol. mihi 31.

SVMMARIVM.

1 *Ius prothomiseos an competat ei, qui pro maiore parte re venditur.*
2 *Venditione prohibita non intelligitur de modicare.*
3 *Statutum prohibens ædificare, non intelligitur de domuncula.*
4 *Tempus modicum quando dicatur.*

AD vers. sed si iterum quæro, ibi si quis vendit omnia bona sua, videas omninò glosam Napodani in cõsuet. si ex vno latere in eodem tit. de iure congrui, in glosa ea parte, ibi, in illis uerbis, alias videtur
1 dandum ius congrui ei, qui pro maiori parte, vt in n. 87. Capyc. decis. 42. Maxilla in consuetud. Barensi. fol. 157. in nouissimis. Anna in singular. 150. Gratian. disceptat. foren. cap. 742. 74. & 45. vide, Dec. 449. in dubio vltimo, Ioann. de Amicis. in consil. 20. Beneder. de iure prothomiseos, §. item de ipsa, nu. 3. Marc. Anton. Bard. in vers. si vere vnus, qui allegat eumdem Maxillam vt in tract. de iure prothomiseos, in §. 5. fol. mihi 55. in 2. notabili, vers. eodem vt supra, nu. 3. eumdem Maxillam in §. fin. de iure prothomiseos, & in §. 8. incipiente, & si forsan duo notab. 1. nu. 1. & Aflict. hic. videas etiam Prosper. Petram in eius nouissimis addition. ad Capyc. in supracitata decis. 42. & tandem Do. Præses de Franchis in decis. 550. de qua etiam supra in §. 1. vbi plura circa hanc materiam adnotauimus.

2 De modico verò tempore. vt hic in vers. item, nu. 9. vbi prohibita alienatione, non
3 intelligitur de modica re, adde, quod statutũ prohibens ædificare domum, nõ extenditur ad domunculam & parum tuguriũ, Rom. in l. 1. §. excusantur, ff. ad Syllanian. & quod dicantur modicũ tempus, dies non minus decem dierum, textus in l. promissor, §. sine die, ff. de constit. pecun. Petrus Grægor. syntagmat. iuris vniuersi lib. 24. cãp. 7. nu. 9. hoc modicum habetur etiã in Euangelio, apud Apostolum, & Euangelistam Ioannem ibi Modicum videbitis me, &c. vt in cap. 16. & apud Apostolum Iacobum cap. 14. in epistola ibi, Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, &c. & Diuus Augustinus in homilia tractat. 101. in Ioann. ait modicum esse totũ spatium hoc, quo peruolat præsens seculũ.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Terminus prorogatus ratione abſentiæ, ſtante impedimento, quod limitatur, nu. ſecundo.*
3 *Terminus eſt regulariter peremptorius*
4 *Terminus an poſſit prorogari, vel abbreuiari de conſenſu partium.*
5 *Statuto ſtante, vt terminus currat cõtra abſentem, an amplectitur abſentiam cum ignorantia.*

AD quintum, & ſextum Notabile ibi *Quod ratione abſentiæ prorogatur*
1 *terminus*, addde *Speculat. de reſtitution. in integrum*, 4. §. *verſ. cæterum*, & ſi terminus à ſtatuto præfixus ad aliquid agendũ prorogari poſſit, vide *Cartarium in deciſion. Rotæ Genuæ.* 100. & 102. terminum abbreuiari, ſiuè prorogari eſſe ſub Iudicis poteſtate inquit *Vrſill. ad Afflict. in dec.* 124. *n.* 2. & *Regens Marchio Tapia in ſuis doctiſſimis commentarijs ſuper cõſtitution. Lite legitimè, in tit. de termino, n.* 11. *lib.* 3. *par. prima Codicis Ius Regni*, ſtante vrgentia, vel impedimento legitimo, videlicet ratione abſentiæ, cum abſentibus valdè leges ſubveniunt, eiuſque priuilegia cõferunt, vt ex allata per *Boerium in deciſ.* 12. *nu.* 65. & *per Scribentes ſuper ritibus* 266. & 166. limitatur hoc multis modis, vt apud *Robertum Marantam*, & *Galder. ſuper pract. liquidat. inſtrumen. in par.* 3. *principalis, in ver. audiantur excuſatores, num.* 9. *cum. ſequentib. verſ.* & *per Curiam.*

2 Et terminus, qui datur ab hac *Græca Conſtitut.* peremptorius dicitur, cùm regulariter omnis Iuris terminus eſt peremptorius, ità *Cartarius in alia deciſ. Rotæ Genuenſis* 16. *n.* 13. *Rolandus conſ.* 21. *nu.* 9. *volum. primo, item Caſaneus in conſuetud. Burgund. tit. de retract.* hoc etiam dixit *Innocentius in cap. cum tua, qui matrimoniũ accuſare poſſunt Gabr. Saray. in addition. ad Matteſil. notab.* 50. *num.* 18. immò talis terminus, nec augeri, nec abbreuiari poteſt cum abſque iudicis miniſterio ſit introductus, ſecundum cõmune theoricam de qua apud *Franciſcum Marcum in dec.* 47. *nu.* 1. *part.* 1. & neque tolli poteſt, vt ait *Roman. in ſingular.* 465. *num.* 1. & *Aſinius in ſua praxi Iudiciaria*, §. 15. *cap.* 3. *n.* 1.

4 Terminus verò an poſſit partium conſenſu abbreuiari, & prorogari, vide *Tiraqu. de retract. conſanguinitatis*, §. 1. *gloſa* 14. *n.* 30. *cum ſequentib. Benedet. in* §. *verũ in tract. eodem de iure protomiſ. in princ.* &

5 ſi terminus abſenti eſt prorogandus, quando eſt præſcriptus cõtra ipſummet abſentẽ, vide *Maſcardum de probat. in concluſ.* 7. *n.* 15. *per textum in authen. quod ſi quis C. de præſcript. longi temporis*, & ſtatuto dictã te, vt terminus currat contra abſentem
6 non includit abſentiam cum ignorantia coniunctam, *Tiraquel. de retractu municipali*, §. 35. *gloſ.* 3. & habetur in *l. vlt. ff. de in integrum reſtitut. gloſ. in cap. biduũ*, §. *palam verſ. audiuntur*, 2. *quæſt.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus vendens rem congruam alteri vicino, cum pacto, ſi vicinus petat illam contractus ſit inualidus, & res habetur pro non vendita, an admittatur.*
2 *Pœnitentia in donationibus an præſumatur.*
3 *Pœnitentia in donationibus an locũ habeat, & quid in contractu permutationis, nu.* 4.
5 *Pœnitentia in contractibus innominatis an locum habeat?*
6 *Cõtractus ab initio ſunt voluntarij, poſtea neceſſarij.*
7 *Regreſſus an detur requiſitio ad eundem rem congruam reſpondendi nelle vti.*

AD ſeptimũ Notabile addè *Dom. Marinum Frecciam in apoſtilla* incipiẽte, *Quid ſi eſt facta conceſſio, in conſuetud.* 1. *eod. tit. de iure congrui*, vbi quærit, ſi vicinus vendidit rem congruam cum pa-
1 cto, quod ſi alius vicinus petit rem illam, congruam, vt contractus ſit inualidus, & res vendita habetur pro non vendita, vbi remittit ſe ad *Afflictum hìc, in verſ. ſed iuxta*, videas circa hoc *Guid. Pap. in deciſ.* 257. allatum ab eodem *Marino Freccia in eadem apoſt.* & quando in contractibus habeat, vel non habeat locum pœnitentia, videas *Baldum in l. multum, C. ſi quis alteri, vel ſibi*, & ſi habeat locum pœnitentia in contractibus nominatis, quando dolus partis adeſt, textus eſt in *l. cum in plures*, §. *mandaui, vbi Bar. ff. locat.* Sed quid in
3 donationibus, an habeat locum pœnitentiam, *Corneus in conſ.* 252. incipiente, *In literam, part.* 3. & quid in contractibus principum, *Cyno. in l. digna vox, C. de legib.* & ſi eſt locus huic pœnitentiæ in
4 contractibus permutationis, videas *Alexand. in conſ.* 16. *part.* 2. ſed in contractibus nominatis non habere locum pœnitentiam, vbi refert, quod ità tenent communiter Doctores in *l. ſicut, C. de act. & obligat. Cicheran. in deciſ. Pedemont.* 98. *nu.* 6. & 7.

quem

Digitized by Google

quem ſequitur *Natta in conſ.* 121. *num.* 2. *Roland. à Valle in conſil.* 8. *num.* 29. vide eumdem *Cacheran. in eadem deciſ.* 98. *n.* 5. at ſecus in contractibus nominatis, ſemper
5 enim in his locum habet pœnitentia, quando deficit per unam partẽ nõ adimplentẽ, vt dixit *Surd. in dec.* 173. *n.* 16. *per textũ in l. ſi pecuniam. in prin. ff. de condit. ob cauſam*, vbi *Bart. Alexan. Iaſon.* & cæteri Doctores relati per eumdem *Surd.* in eodem loco, & demũ vide *Gomeſ. variar. reſolut. tom.* 2. *de contract. innomin. cap.* 8. *n.* 3. & *Marantam* in ſuis aureis *ſingular. in verbo, contractus, fol. mihi* 12. in nouiſſima impreſſione anni, 1631. in *verſ.* incipit. *contractus innominatus.*

6 Sed cum omnes contractus regulariter ſunt voluntatis, à principio, & poſt fiunt neceſſitatis, vt in *l. ſicut, ff. de act. & oblig.* ideoq; non eſt admittanda in eis pœnitentia vt latè apud eumdem *Surdum*, in ſuo ſolemni *conſ.* 38. *nu.* 6. *cum ſequent.* & circa reſolutionem horum contractuum, vide *Carolum de Graſſis de exccept. & in except.* 31. *n.* 6. & 7. vbi refert nonnullos Doctores, ac conſulentes circa hanc materiam, & an penitentię cadat in eo, qui requiſitus
7 huic iuri congrui renunciauit hoc non obſtante, ſi detur ei regreſſus ad eamdem rẽ, vide *Dom. Benedellum in eodem tract. in rubr. nu.* 52. & 66. & *apud Proſper. Rendell. in §. in primis, in verbo, vnuſquiſque ſecundum ſuam portionem accipiat, n.* 19. *in tract. de iure prothomiſ. Dom. de Franchis in deciſ.* 346. *eumdem Dom. Benedell. ad principium huius Conſtitutionis, n.* 163. *in ampliat.* 2. *ibi, amplia etiam in venditione, à qua partes deindè receſſerunt, ius cõgrui locum habere.*

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui ſi non habet locum in re vẽdita, an poſtea vuicta militet.*
2 *Dominus directus vicino anteponendus.*
3 *Retractus an detur contra euincentem.*
4 *Retractus non cõceditur vicino, niſi perfecta alienatione.*
5 *Euictio habet vim auferendi rem ab emptore.*
6 *Perfectio triplex eſt, inter eam euictio non eſt.*
7 *Vicinus debet capere rem à manu primi emptoris, non venditoris.*
8 *Retractus cõtra emptorem poſſeſſorem an detur.*
9 *Quod euincitur, in bonis noſtris non eſt.*
10 *Retractus non conceditur; eliſs, niſi contra emptorem, poſſeſſoremque rei.*
11 *Hæres conſanguinei an veniat contra emptorem aduerſus venditionem factam abſque denunciatione?*
12 *Ius congrui an habeat locum in contractu pignoratitio?*
13 *Retractus an locũ habeat in ſubhaſtatione facta à Iudice?*
14 *Retractus an locum habeat in venditione, conditionali?*

AD verſ. *ſed iuxta prædicta quæro vt in n.* 13. adde *Benedell. in eodem tract. ad princ. conſtitut. in limit.* 25. *nn.* 212. *ad regulam poſitam in n.* 108. vbi etiam inquit
1 ius cõgrui non habet locum in re vendita, ac poſtea euicta per ſententiam, iuxta *textum in dicta l. habere*, nam vicinus eam retrahere non poteſt, vt per *Caypc. in deciſ.* 99. vicino enim ſemper Dominus di-
2 rectus eſt anteponendus, *Ozzaſch.* & *Cacher. in deciſ. Pedemontan.* 156. *Theſaur. dec.* 170. *Senatus Delphinatus in queſt.* 156.
3 & re euicta, & venditione alteri facta ab euincente, ſi contra eumdem euincentem detur retractus benè fundatur *Afflict.* opinio per *Baldum in l. fin §. in computatione, col. vltima*, ſcilicet, quod non nam euincere propriè eſt venire aduerſus venditionem pro ea annullanda, & ad hoc vt ius
4 congrui in ea habet locum, oportet eam eſſe perfectam, aliàs hoc ius retractus minimè vicino competit, vt idem, *Baldus in l.* 2. *C. de Epiſcop. aud.* & *Io: Vincent. de Anna in ſua ſolemni allegat.* 87. quam perfectionem ſequuta euictione non retinet: nã
5 euictio habet vim vuferendi rem ab emptore, iuxta verba I. C. ibi, *Quod non videtur perfectè cuiuſque id eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt*, quam perfectionem eſſe
6 triplicem inquit *Benedel. in princ. huius Conſtitut. n.* 106. *verſ. in emptione autem, in cit. tract. de iure prothomiſ.* inter quam non connumeratur euictio, vt etiam habetur in *gloſa l.* 1. C. *de periculo*, & *commod. rei venditæ*, & ex eodem noſtro *Afflict. in deciſ.* 280. allato à *Benedel.* ergò contra euincentem tale ius non datur
7 Hoc etiam confirmatur, nam certum eſt quod vicinus habeat rem capere à manu primi emptoris, in poſſe cuius reperiebatur res euicta, non verò venditoris, immo neque ab euincente, vt ex *Napodano in conſuetud. prima, in gloſa poſſidet, tit. eodem de iure congrui, nu.* 41. & ex Iuribus per eum allatis, & per *Vrſill. ad Afflict. in deciſ.* 338. *nu.* 6. dum contra emptorem, poſſeſſoremque rei dari inquit, vt apud eumdem
8 *Napodanum vbi ſupra, in numer. eodem* 41. *verſ. nam hìc loquitur*, ſed in bonis di-

Digitized by Google

ęti primi emptoris non reperitur amplius dum eſt iam euicta, vt ex vulgata regula *l. quod euincitur. ff. de regulis Iuris antiqui*, vbi ait I. C. *Quod id, quod euincitur, in bonis noſtris non eſt*, ea ratione quia amplius Domini illarum rerum non ſumus, vt in *l. honorum, §. in bonis, ff. de verbor. ac rer. ſignific.* ergò à manu poſſeſſoris rei, non verò ab alio eſt accipienda, ſecundùm iura ſuperius allata, & cõtra poſſeſſorem rei, ſeù vltimum emptorem agit, qui eam habet ab euincẽte, cuius rei erat Dominus iuxtà allegata per *Napodanum loc. cit.* adde *Gratian. diſcept. forenſ. in cap. 234.* vbi tractat de euictione in hac materia retractus, & ſi venditor, qui erit hæres inſtitutus à cõſanguineo, poſt factam venditionem, an ad retractum, admictatur vigore ſtatuti, ità vt poſſit venire aduerſus ſuam venditionẽ per ipſumet factam, nõ obſtante requiſita denunçiatione iuxta hoc ſtatutum ab eo non facta, & ſi euictionis exceptione repellatur iuxta *textum in l. vendicantem. ff. de euict.* nam actio competebat dicto conſanguineo, cuius ipſe hæres eſt, & ſi tenetur ad pretii reſtitutionem tantum, an etiam ad euictionem ſimul cum pretii reſtitutione, vel ſi conſanguineus erit hæres venditoris, qui cum nõ requiſiuit in venditione, iuxta ordinem ſtatuti de quibus vide etiam apud eumdem *Gratian. vbi ſupra num.* 26. *& 27. & cum ſequent. in tap. citato, vſq; ad fin.*

- Sed quid in pignoratitio cõtractu, adde *Benedellum in principio huius Conſtitut. ſancimus*, in citato ſæpius *tract. n. 98. verſ. quid ſi pluribus*, vbi ſic ait, *In pignore verò aliter proceditur, nam præferturis, cui primò res obligata fuit, per textum in l. creditor. §. vltimo, ff. qui potior. in pignor. habe.* Hæc ille, cui adde *Vrſil. ad Afflict. in deciſ. 339.* vbi allegat *Periſ. in conſ. 82. pro veritate nu. 32. 3. volum.* & ſatis ad rem, ac magis amplè tractat *Rẽdel.* in citato *tract. de iure prothom. in hoc §. ſcriptum eſt, in verbo, in venditione coniuncti, verſ. quod cum contrahentes à num. 6. cum ſequent.* & hoc idem fuit controuerſum in Sacro Cõſilio in cauſa quorumdam Nobilium Neapolitanorum videlicet Domini Scipionis Macedonii ex vna, & Domini Caroli Carmignãi ex altera vt aliàs dixi deciſio cuius non fuit ſequuta. Actuarius fuit de Ferrariis nunc Spera, cui adde etiam *Gratian. in quæſt. forenſ. quæſt. 784. nu. 9. & 12.* vbi quærit, ſi habet locum retractus in ſubhaſtatione facta à Iudice pro exequutione rei iudicatæ *Dom. de Franchis deciſ. 277.* Ad id ſi ius retractus habeat locum in venditione conditionali, vel ne videas *Gratian. ſq. diſceptat. forenſ. in cap. 742. n. 33. uſque ad 40.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens, quod de pretio ſoluatur gabella de quo intelligatur, & qualiter?*
2 *Gabella ſoluenda an ſit pro diſtracta;*
3 *Gabella an ſoluatur in re, in qua ſolum dominium non transfertur;*
4 *Ius congrui an locum habeat in diſtractum, vel quando dominium nõ transfertur?*
5 *Gabella an ſit ſoluenda de omni contractu?*
6 *Gabella impoſita pro omnibus ſtabilibus diſtrahendis an comprehendat fundum dotale datum pro dote?*

Ad verſ. item quæro, n. 14. adde, quid ſit gabella, & ſi ſit res odioſa, & ſpecies ſeruitutis, vide *Surdum in deciſ. 305 n. 45. & deciſ. 96. n. 7. Ozzaſch. deciſ. Pedemont. 4. n. 7. fol. mihi 9.* & dictãte ſtatuto, vt de pretio ſoluatur gabella, intelligitur de eo tantum pretio, quod remanet apud venditorem, deductis expenſis; *Bart. in l. ſi hoc, §. quidam, num. 1. ff. de condit. & demonſtrat.* & ſi erit ſoluenda in loco contractus, an alibi, vide *Mangellam ad Bart. in l. Prætor. ff. de publicanis, & vectigalibus*, & ſtatuto dictante, vt de pretio ſoluatur gabella, intelligitur de contractibus emptionum, ac venditionum *Bart. in l. cum dotem, C. de iure dotium*, ſed quid in datione inſolutum, an in ea ſoluatur gabella, otiã dictante ſtatuto, *DD. & Bart. in l. ſi pupillorum §. Prætor. ff. de rebus eorum, l. libra, C. de ſantent. & in l. per diuerſas. ff. mandat.* & an ſit ſoluenda prediſtractu, quemadmodum & per contractum, vide *Surdum in deciſ. 305.* ſupra citata, *nu. 9.* ſed quid in venditione, in qua non transfertur dominium, vide eumdem *Surdum in deciſ. 331. n. 1. & 305. num. 15.* & ſi in his ſimilibus contractibus habeat locum ius congrui, vide omninò *Benedel. in tract. eodẽ de iur. prothomiſ. in princ. Conſtitut. n. 129.* & an ſit ſoluenda de omni cõtractu, *Gratian. diſceptat. foren. cap. 715. nu. 11.* & ſtatuto dictante, vt ſoluatur gabella de omnibus ſtabilibus alienandis, an comprehendat fundum dotale datum in dotem, & quid in pignore dato in dotem, videas eumdem *Gratian. cap. 777. nu. 26.* & an pro executione, vel accefforis ad cõtractum debeatur gabella, eumdem *Gratian. in cap. 180. n. 9.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an habeat ius congrui, ſi res vẽdita tranſeat ad priuatum.*

AD vltimum quæſitum huius 7. *notab. nu.* 15. adde *Napodanum in conſuetud. prima de iure congrui, in gloſa alicuius num.* 32. *verſ. nec obſtat*, vbi aduerſatur *Afflicto* noſtro ibi, *Ratione mutationis perſonæ acquirentis*, ideòque inquit non ex eo quod Eccleſia non habet hoc
1 ius, ſi deindè tranſeat res ad priuatam perſonam, ſequitur, vt nec ille priuatus congruum habeat, nàm I. C. reſpondit in *l. Paulus*, alias incipit, *per Procuratorẽ*, *ff. de acqu. hæredita.* *Quod caſtrenſia eſſe deſierunt mutatione perſonæ & res priuata efficitur publica, & incorporatur in fiſcum, l. fiſcus, ff. de iure fiſci*, & alia, vt apud eumdem *Napodanum ibiq; addentes*, cui adde, *Bened. in §. vltimo nu.* 17. *citato tractat.* qui ſequitur etiam in hoc *Maranzæ* opinionem in *diſput.* 8. *Rendell. in ver. Eccleſia, §. eſt autem.*

SVMMARIVM.

1 *Victoria quænam ſit.*
2 *Victoria vnius an profit alteri?*

AD octauum Notabile adde, quod victoria hic ponitur pro ſententia, ità
1 apud *Antonium Caputum in eodem verbo victoriam, in gloſis impreſſis in opere Rendellæ in verſ. victoriam, num.* 1. & alia, vt
2 apud eumdem, & ſi victoria vnius profit cæteris aliis litis conſortibus, vide *Bart. in l. ſi qui ſeparatim, §. reſcriptum, nu.* 1. *ff. de appell.* & olim apud Romanos victoria erat nomen Deæ, cuius ſimulacrum effingebatur lauro coronatum, altera manu palmæ, altera oleæ ramum proferens, vbi victoria etiam accipitur pro hoſtium ſuperatione, Cicer. pro M. Mar. vbi *Honorat. ſatyr.* 1. *ſerm.* ait, *Quid enim concurritur, hora momento circa mors venit, aut victoria læta.*

Ad nonum Notabile vide ea, quę adnotauimus ſupra in *d. §.* 2. *in* 6. & 7. *Notab.* vbi plura circa preſcriptionem.

SVMMARIVM.

1 *Requiſita in petitione iuris congrui, quę ſint?*
2 *Denuncia non requiritur in vicino ſecundum conſuet. Neap.*
3 *Annus denunciationis iuris prothomiſeos, currit à die ſcientiæ.*
4 *Denũciatio à ſtatuto ordinata eſt de ſubſtantia, & non facta, actus corruit, n.* 6.
5 *Tempus ad petendum ius protomiſeos iure Hiſpanorum quid ſit.*

AD Decimum Notabile, vbi Afflict. tractat de requiſitione, ac denunciatione faciendariis, quibus competit hoc
1 ius, & de forma, & ſollemnitate, ac aliis requiſitis ipſius denunciationis prẽter adnotata in *dict. §.* 2. *in* 1. *Notab.* adde *Dom. Regentem Marchionẽ Tapiam in ſuo ampliſſimo Codice Ius Regni, in tit. de iure protomiſ. libro* 4. *ſuæ compilat. nu.* 80. qui
2 refert ſecundũ diſpoſitionem noſtræ Neapolitanæ Conſuetudinis, hanc denunciationem non eſſe neceſſariam; verùm vt infra certum tempus, videlicet vnius anni hoc ius congrui petatur, qui annus com-
3 putabitur à tempore certæ ſcientiæ, non facta denunciatione, ſic *Vivius in dec.* 334. *n.* 7. at ſecus hic, vbi neceſſaria eſt ſcientia, & pro forma requiritur, & ſtatuto ordinata, & de ſubſtantia actus eſt, & ea non
4 facta, actus redditur nullus *Felin. in cap. ſuper eo, colu.* 1. *verſ. ad medium. de teſtibus cogendis. Gomeſ. in regula de annal. queſt.* 6. tradita per *Canonicum Nouariẽ in ſumma bullar. tit. de immunit. Eccleſ. n.* 89. *verſ. ratio autem.*
5 Sed quod tempus conſideretur de iure Hiſpanorum, vide eumdem *Dom. Regentẽ Tapiam in eodem loco*, vbi dies 9. (inquit) & à quo die currant, vide eumdem, & additiones *Dom. Addentium de Alexan. & piſanelli*, incipientes, *videt ſingulare*, & idẽ de ſcientia, quæ eſt *Dom. Piſanelli*, quæ faciunt ſatis ad rem circa hoc notabile, prẽter ea, quæ per nos in dicto §. 2. in notab. 2. addita fuere, & denunciatio requiſita per ſtatutum in materia retractus eſt de forma, qua omiſſa, currit actus *Gratian. diſceptat. forenſi* 642. *n.* 1. & 2.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio vt ſit valida, multa requirantur.*
2 *Renunciatum videtur iuri prothomiſeos per lapſum temporis.*
3 *Renunciatio tàm tacitè, quam expreſſè ſit.*
4 *Renunciatum non cenſetur noua ſuperueniente cauſa ſimiliter ob cauſam publicę vtilitatis, num.* 5.
6 *Vnus ex pluribus venditoribus rei cõmunis an poſſit retrahere partem alterius.*
7 *Promittens non mouere controuerſiam, an intelligatur renunciatum omni legum auxilio?*

Digitized by Google

8 *Laudes Dom. I. V. D. Nicolai Mantini.*
9 *Laudes Dom. Conſiliarij D. Michaelis Gomez.*

AD vltimum. Notabile addc, quod ad hoc vt renunciatio ſit valida, multa requiruntur, de quibus videas apud *Benedellum in §. ſcriptum eſt, in text.* ibi, *Renunciauerint, n.* 17. *tract. eodem, & Bard. quæſt.* 6. *num.* 6. *verſ. an faciens,* & tacitè
1 intelligitur reuunciatū, quando quis paſ-
2 ſus eſt deflui tempus per hanc Conſtitutionem præfixum, & expreſſè renunciare eſt, quando per verba recuſantia quis renunciat, vt apudeumdem *Benedell.* qui citat *Afflict. hic,* & apud *Proſp. Rendeliā in verſ. non renunciauerint, §. ſcriptum eſt, nu.* 1. & de materia tàm huius ultimi notabilis, quàm etiam quęſiti addita ſunt ſupra in 10. *Notab in §. primo*

Addc etiam *Gratian. diſcep. for.* 672. *n.* 1. vbi ait, huic iuri congrui non tam expreſsè verū tacitè renunciari poſſe, alle-
3 gantem Afflict. hic, & quod iuri de futuro non intelligatur renunciatum, noua cauſa ſuperueniente, eundem *Gratiam. in*
4 *diſceptat. for. cap.* 745. *num.* 52. licet ad omnia in genere referatur renunciatio, & eumdem *Gratianum in cap.* 672. *n.* 3. vbi
5 ait, etiam quod ob cauſam publicæ vtilitatis huic iuri congrui poteſt renunciari, licèt apud alios contrarium habeatur citatque *Mutam ſuper conſuetud. Panormit. cap.* 31. *num.* 66. & pluribus exiſtentibus
6 venditoribus vnius rei communis, an unus eorum poterit retrahere partem, alterius conſocii, licet ſuam portionem tantum vendere cenſeatur, per *textum. in l. reos §. cum in tabulis, ff. de duobus reis*, adde eumdem *Gratian. cit. cap.* 672. *n.* 7. & 8. vbi ait, quod cenſetur renunciatum aliis partibus per conſenſum præſtitum cæteris venditoribus, & ſi promiſerit quis controuerſiam minimè mouere, an intelligatur renunciatum retractui etiam de futuro competenti, eumdem *Gratian. cit. cap.* 745. *nu.* 16. & ſi fuerit renunciatum om-
7 ni legum auxilio, ac ſtatutorum an excludatur etiam à beneficio retractus, eūdem. *Gratian. cit. loco, nu.* 12. pro his uerò circa requiſitionem, ac denunciationē, renunciationemque Iuris congrui ſequuntur infraſcriptæ allegationes quas in facti cōtingētia ſcribebat eruditus *I. C. Dominī Ioannes Nicolaus Mandina* cauſarum Pa-
8 tronus doctiſſimus, & meus cariſſimus in cauſa Mariæ Solimenæ, & Ioſephi Ferrigni cum Paulo, & Carolo de Saſſo in Magna Curia Vicariæ verſante coram integerrimo, ac meritiſſimo Dom. D. Michaele Gomex tunc Iudice in Magna Curia Vicariæ, nunc Regio Conſiliatio Sanctæ Claræ digniſſimo.

D. O. M.

MAria Solimena vendidit montaneam cum caſtaneis, ſiluis, & aliis, nuncupatam, lo Gaudo, ſitam in Terra Tramonti, Ioſepho Ferrigno, pro pretio ducatorum quatuorcentum ſub die 8. Iulii 1634.

Paulus, & Carolus Saſſi fratres petierunt in Magnæ Curiæ Vicariæ illius relaxationem iure prothomiſeos, non obſtante donatione facta per Ioſephum emptorem Presbytero Euangeliſtæ, vti in fraudem, offerendo ducatos tercentum veri pretii dictę montaneæ, quamuis in inſtrumento aſſeratur ducatorum 400. petendo repoſitionem etiam Magnæ, vt ex libello latè, præſentato menſe Aprilis 1646.

Intereſt Marię victorem facere Ioſephū, cōtra quem inſtituit iudicium læſionis in Sacro Conſilio, & Coram Regio Conſiliario Ioanne Baptiſta Filingerio, coram quo comparuerunt fratres de Saſſo, ipſiſque auditis eſt compilatus proceſſus, ideòque quatenus cauſa eſſet expedienda in Magna Curia inter actores de Saſſo, & dictū Ferrignum tàm ipſa Maria, quam Ioſeph ſupplicant pro abſolutoria ſententia, ex infraſcriptis.

Primo, Maria in Feſtiuitatibus Pentecoſtes anni 2645. poſt mortem Ioannis Simeonis Solimena ſui patrui, cuius eſt hæres, & conſequenter tunc dictæ montaneę Domina in dicta Terra Tramonti denunciauit Paulo, & fratri de Saſſo venditionē ab ea faciendam dictæ montaneæ, ducta neceſſitate ſatisfatiendi creditum Matthię Vitiliano, & alloquuta fuit cum dicto Paulo, eumque interpellauit pro emptione illius, ex quo Paulus prætendit habere aliam Terram collateralem, nūcupatam, la Foreſta, & requiſitus præſentialiter Paulus reſpondit ſe non habere commoditatem pecunię numeratę ſecundum neceſſitatem dictæ Mariæ, ſed ſi volebat ducatos 25. quolibet anno abſque intereſſe quouſque pretium ſolutum fuiſset, id libere agebat, cui reſpondit Maria ſe indigere pecunia numerata præſentialiter, & ſoluere quolibet anno ducatos 25. erat ſoluere intereſſe pretii, &c. non autem montaneæ valorem, vt patet ex atteſtationibus ſuper primo artic. à f. 61. ſup. articulis additis.

Quod ipſemet Paulus in eius depoſitione celare non potuit, folio 66. à tergo, ſuper quinto.

Ergò

Digitized by Google

Ergò dum ità expresè præsentialiter requisitus Paulus pro emptionè (tametsi ab illo non fuisset renunciatum emptioni, vt infra dicetur) obtemperatum fuit dispositioni *Constitut. Sancimus, de iure prothomis.* facientis in hæc verba (*vt infra triginta dies soluendo iustũ pretium, quod sine mora verus emptor, & sine fraude dederit*) & tempus prædictum currit, etiam si ante denunciationem non fuerit res alienata, & pretium constitutum, vt docet *Bal. in dicta Constit. Sancimus, num. 3. & 7. vers. quid si vendo, Afflict. in dicto Constitut. Sancimus, in 9. notab. n. 28. in fine, vers. sequitur vrgò, & in §. 2. num. 15. vers. sed iuxta*, ibi, *Quod vendet alteri, & clarissimè Prosper Rendell. in tract. dictæ Constitut. Sancimus, de iur. prothomis. in §. non aliter permittimus, nu. 2. fol. mihi 76.* igitur elapso tempore triginta dierum, fuit facta venditio Iosepho, quod patet, nã dicto anno 1645. Pentecostes festum celebratum fuit die 4. Iunii, emptio facta die 8. Iulii, igitur non potest amplius audiri, vt patet ex textu dictę Constitut. in hęc verba, *verum si infra statutum terminum pretium iustum non soluerit, de cætero non habeat ius prothomiseos, quod omnes DD. obseruant.*

Secundo, ex depositionibus trium testiũ probatum est super 5. art. à fol. 61. in dicta alloquutione, & denunciatione facta per Mariam Paulo, si vellet emere montaneam, &c. fuisse pacto à Paulo datam licentiam Mariæ vendenti illam, cui vellet, quia ipse pecuniam numeratam non habebat.

Ergò renunciauit emptioni, remisitque sua iura ad quæ remittenti non datur amplius regressus, *l. quæritur 14. §. si venditor, ff. de ædil. ædict. c. quam periculosum 8. 7. quæst. 1. cum. similib.* & in puncto *Afflict. in §. 6. scriptum est, in vndecimo notab.* vbi expressam hanc vocat renunciationem, elegantèr, & ad saturnitatem; *Tiraquell. de retract. lignag., §. 1. glos. 9. a num. 121. vbi num. 124. de renunciatione facta ante venditionem presente venditore*, quod optimè, & latè probat, & nouissimè sequitur *Benedel. dict. tract. iure prothomis. in animaduersionibus ad §. transcurso, nu. 6. fol. mihi 390. ad Rendell.* estque text. expressus in *dict. Const. Sancimus in §. scriptum est, in fin.* vbi. *Et non renunciauerint temerè.*

Tertiò esto, quod prædicta non fuissent probata, sed tantùm esset disceptandum non de tempore triginta dierum, sed quatuor mensium, fingendo Paulum, & Carolum absentes, & aliqua iusta causa impeditos, iuxtà *textum in dict. Constitut. Sancimus. in §. & licet*, ibi, *Infra quatuor menses debent venire, & soluere iustũ pretium cum legitimis vsuris, & necessarijs expensis.* Videndum si isti fratres de Sasso hoc tempus quadrimestre præterire fecerunt, & siuè hoc tempus erit metiendum à die scientię, secundum doctrinam *Baldi.* latè hoc probantis in dicta *Constitut. Sancimus vers. vento ad statutum nu. 17.* siuè à die denunciationis secundum alios, semper dictum tempus erit elapsum ex infrascriptis in processu probatis.

Primò ex attestationibus Ferrigni probatum est super 4. art. à fol. 57. à ter. quod dicto mense Iulio 1645. post. factum à Iosepho montaneæ emptionem, ipse accessit ad Terram Tramontis, & alloquutus fuit cum Paulo Sasso, cui obtulit montaneæ emptæ cessionem, si id cupiebat, respondit Paulus illam nolle, sed tantum vt ei solueret pretium quorundam lignaminum emptorum à qu. Io: Simeone Somena, quæ nondum cedere fecerat. Quod verò fuit inter Iosephum, & Paulum facta alloquutio prædicta, patet ex depositione dicti Pauli super 7. fol. 67. quamuis neget relaxationem.

Secundò quia Presbyter Euangelista Donatarius cepit possessionem mediante persona sui Procuratoris dictę montaneę, propterea à Curia Ducali Tramonti banna emanare fecit, vt nullus per eã transiret, nec damna inferret, vt ex scriptura publicata die 15. Octobris 1645. fol. 51. eodem mense comparuit Carolus de Sasso, & aliqua dixit, folio eod. à terg.

Examinati Paulus, & Carolus super nono art. fol. 67. Paulus deposuit, dictam petitionem fuisse ab illo scriptam in præsentia Caroli, & ab isto præsentatam quod etiam deposuit Carolus super 9. fol. 68.

Ergò à die 29. Octobris ambobus fratribus de Sasso innotuit iudicialitèr alienatio venditæ montaneæ, consequentèr vsque ad diem 19. Aprilis 1646. qua fuit petitũ ius prothomiseos, sunt elapsi menses quinque cum dimidio circiter consequenter non competit ius prothomiseos, vt dicit *text.* ibi, *Verùm si infra statutum terminũ, &c. de cætero non habet ius prothomiseos*, & notant Doctores omnes, & hoc est dum dicunt, renunciationem iuris congrui fieri posse tacitè, & expresè, vt per *Afflict. in dict. §. scriptum est. nu. 18. Tiraqu. de retract. conuen. §. 2. glos. prima, & unica, nu. 80.* cùm tacita renunciatio inducatur ex temporis lapsu, vt per eos.

Quartò principalitèr asserunt fratres de Sas-

Digitized by Google

Saſſo, nullum eis tempus currere potuiſſe equidem verum dictæ montanæ pretium fuit ducatorum tercentum, vt ex alio inſtrumento ſub die 11. Auguſti 1645. fol. 11. per eos præſentato in Magna Curia Vicariæ die 4. Iulii 1646. tantò magis, quia in eorum primo libello proteſtati fuerunt, quod non curreret terminus petendi ius congrui, niſi facta declaratione.

Iſta actorum oppoſitio habet duas inſpectiones vnam de incertitudine pretii, alteram declarationis faciendæ à Ioſpho, iſta fuit facta fol. 3. & quicquid ſit de pretio vero, illud eſt certiſſimum in dicto actorum libello aſſertum fuiſſe ducatorum tercentum, & ità per eos probatur ex inſtrumento præſentato die 14. Iunii 1646. fol. 11.

Hinc inferuntur infraſcriptæ Iuris concluſiones. Prima, quoties actio Iuris prothomiſeos, ſeù congrui inſtituitur contra extraneum emptorem res empta ſpectet ad vicinum, requiritur pretii conſignatio, & vera ſolutio, vt dicit *text. dict. Conſtitut.* ibi, *Pretium iuſtum non ſolverit* ad quod adducitur ſollemnis doctrina *gloſ. in l. 1. in verb. neceſſitatem, C. de commun. ſerv. manum.* quæ ait, *Prius eſſe ſolvendũ pretium, quam tradenda res, quæ ex neceſſitate legis venditur, etiam in libertate.* exornat *Tiraquell. de retract. lign. §. 3. gloſ. 3. per totam* & nouiſſimè per *Rendellam in §. non ſolverit, in principio, fol. mihi* 153.

Secunda concluſio, quoties præſupponitur pretii ignorantia, fit depoſitum alicuius certæ quantitatis ad conſequendum Ius agendi, & offertur integra numeratio, & ſuppletio, ſi fortè maius pretium erit rei emptæ ità per *textum in l. ſtatu liber rationem 5. ff. de ſtatu liber. & in l. ſervus ſi hæredi 34. §. Imperator, in fin. ff. eodem* tradunt Doctores, præſertim *Cepoll. conſel. 27. & poſt Caſſan. Boer. Gaill. & alios*, notat nouiſſimè *Rendella in §. non ſolverit, n. 20. fol.* 157. vbi teſtatur ità communiter practicari.

Conſequentia erit, quod ſi non fuerit factum depoſitum, & dubii oblatio à vicino, meritò exceptione repelluntur, vt in dicta *Conſtitut. Sancimus* toties allegata, & poſt DD. refert *Rendel. num. 21.*

Ergò iſti actores de Saſſo certò ſciebant, ad minus montaneæ venditæ à Maria Ioſepho pretium fuiſſe ducatorum tercentũ, & vt ipſi in libello confitentur, & ex inſtrumento probarunt, merito debebant facere depoſitum ducatorum tercentum, & cuiuſuis alterius dubietatis oblationem facere, quod quia non egerunt, meritò omni Iure prothomiſeos, ſi quod competebat, carere debent

Quinto, eſt clara Iuris regula, *actore non probante reus abſoluitur, l. qui accuſare 4. C. de edend. l. actor. 23. C. de probat.* at in iſto Iudicio Iuris congrui, ſeù prothomiſeos actores iſti tenebantur probare, ſaltem collateralis fundi poſſeſſionem, allegando dominium vt poſt alios probat *Rendell. in §. habeat, dict. Conſtitut. Sancimus, fol. 14. à num. 5.* & concludit *num. 6.* poſſeſſionem præcedente dominii allegatione taliter probandam; ex qua ſaltim præſumptiue dominium probetur, vt per eum allegantem DD. præſertim *Preſ. de Franch. dec. 242.*

At iſti actores de Saſſo nihil probauerũt circa actualem poſſeſſionem, ſed teſtes alii dicunt, iſtam montaneam adeſſe propè bona dictorũ de Saſſo, alii quod poſſident, nulla adiecta cauſa, meritò ex iſta regula poſſet abſolui conuentus, ex ſatis deductis per *Rendel. vbi ſupra.*

Conſtat ex deductis, ac probatis, factam fuiſſe à Maria uendere volente requiſitionem, & denũnciationem, pacto fuiſſe à Paulo renunciatum emptioni, exequutã venditionem poſt triginta dies præteriiſſe multos, multoſque menſes à qualibet ſcientia vſque ad litis exordium, nunquam fuiſſe factum depoſitum pretii ſaltim ducatorum tercentum, nec probatum ſe poſſeſſores vti dominus.

Supereſt, vt Domini Iusdicentes abſolutoriã ſententiam proferant in beneficium Ferrigni conuenti, eum iſtud iudicium deſcendat ex lege prothomiſeos quę eſt odioſa, vt per DD. infinitos allegatos à *Tiraq. in præfation. ad tract. de vtroq: retract. n. 20.* & ſequitur poſt *Afflict. & alios Rendell. in fin. rubricæ de iure prothomiſ.* ideòque ſtrictiſſimè interpetrandum, *l. quod verò, ff. de legib. cap. quæ à iure, de regul. iur. in 6. auth. quas actiones; C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. ſi verò, §. de viro vbi DD. ff. ſolut. matr.* exornat *Tiraquel. n. 62.*

Cætera verò integritas, ac eorumdem Dominorum Iudicium ſupplebit religio.

SVMMARIVM.

1 *Vicini qui ſint in iure congrui potiores? n. 3. & 5.*
2 *Privilegium ſocietatis maius eſt vicinitatis in petendo rem iure congrui.*
Ius congrui Neapoli quibus competat.
4 *Vicinitatis maior numerus excludit minorem numerum coniunctorum in iure congrui.*

Nu-

Digitized by Google

7 *Numerus impar præfertur pari.*
8 *Sanguine proprior eſt in iure potior.*

Ad §7. Item de ipſa prothomiſi.

HAec eſt ſeptima pars principalis vbi recitatur quædam alia Conſtitutio Græcorum, quæ ſimiliter loquitur de iure prothomiſeos; in qua quidem Græca Cõſtitutione cauetur; quod ſi rei venditę vicinus eſt Propinqus, à tribus partibus præfertur alteri vicino, qui eſt coniunctus ab vna parte, vel ex duabus partibus: in tantum quod ille qui eſt coniunctus ex tribus lateribus, habebit totam rem iure cõgrui, totaliter excluſo vicino, qui eſt coniunctus ex vno latere, vel duobus lateribus Sed ſi vicinus eſt coniunctus duobus lateribus, & alter vicinus ex aliis duobus latribus, vel ex uno latere tantum eſt coniunctus, & tunc res vendita proportionabiliter diuidetur inter ipſos, quibus competit ius cõgrui ſecundùm proportionem propinquitatis quam habent in illa re vendita. Hoc dicit uſq; *ad §. ſi autem.*

1 Nota primò, ex text. quod licet pluribus competat ius congrui, ſi plures ſunt vicini cõiuncti, vt dicit *tex. huius legis in princip.* ibi dum dicit, *autem decem, plure ſunt &c.* tamen non omnibus vicinis competit, vbi eſt vicinos, qui habet proqinquitatem à tribus lateribus rei emptæ nam iſte ſolus à iure congrui excludit omnes alios vicinos. Sed iuxta hoc quæro, quidam habebat domum pro communi, & indiuiſo cum Titio, vult uendere partem ſuam, an vicinus, qui habet ius congrui à tribus lateribus, præferatur Titiò conſorti? certè non, quia primo cõpetit ius cõgrui conſorti, vt dicit iſta lex in principio, & poſtea deficere conſorte cõpetit vicinos, & inter vicinos præfertur ille, qui eſt coniunctus à tribus, aliis coniunctus à tribus lateribus aliis coniunctis excluſis, & hoc tenet *D. Sebaſtian. in vltima conſuetud. de iur. congru.* pro hoc facit, quia ſocius ratione ſocietatis ſuccedit Imperiali largitati ipſi ſocio, excluſo fiſco, vt in *l. 1. C. ſi ſoc. Imper. larg. lib. 10.* patet ergo quod maius eſt priuilegium ſocietatis, quàm vicinitatis in
2 petendo rem iure congrui. Et eſt ſciendũ, quod in Ciuitate Neapolis ius cõgrui primò competit ſoli conſorti eiuſdem domus. Secundo competit illi, qui ex parte inferiori habet domum, puta erat domus quæ habebat tria ſolaria, & erat diuerſorũ dominorum, ſi venditur medium ſolare, ille, qui habet ſolare inferius, excludit illum, qui habet ſolare ſuperius, & etiam excludit collaterales vicinos, & eadem ratione ſi venditur ſolare ſuperius habens ſolare medium, præfertum habenti ſolare inferius, & etiam collateralibus. Si venditur ſolare inferius, ille qui habet ſolare ſuperipſum immediatum poteſt illud petere iure cõgrui, excluſis aliis omnibus; ſecundum conſuetudinem Neapolitanam. Tertiò competit ius congrui illi qui habet domum ſuperiorem. Quartò his deficientibus, competit collateralibus. Quintò competit illis, qui ſunt propinqui per capita, collaterales verò non habet ius congrui, vt dicit *Dom. Sebaſt. in præallegata conſuetud. de iure congrui*, quæ incipit, *ſi domus habet* Sed de hoc non fit mentio in iſta lege, ideò omitto examinare quod ibi tangit *Dom. Sebaſtian.* Quomodo ſciemus, quod vna domus habens plura ſolaria dicatur una domus vel plures domus. Item quare ius congrui competit inferiori membro potius quàm ſuperiori, de quibus per eum

3 Sed iuxta materiam noſtram quæro, venditur domus, quæ eſt mihi coniuncta in tribus partibus, Sempronio verò eſt coniuncta ex vna parte, ſed eſt conſanguineus venditoris, quis præfertur. Reſpondeo, quod præfertur coniunctus ex tribus lateribus, ſeù partibus, qui habet iura duplicata, & ille non habet niſi duo iura, & tria iura vincunt duo, vt in *auth. itaq; C. commun. de ſucceſſ.* & notat *gloſ. in ver, meliores, in auth. vt cler. apud propr. Epiſcop.* facit pro hoc illud, quod dicitur quod probatio ſemiplena nõ derogat plenę probationi, ſecundum *Andr. de Iſern. cap. 1. §. inter pares, de leg. Corrad. & Baldum in cap. 1. §. ſacramentum, de conſuetud rec. feud. & Bart. in l. 1. ff. de ven. inſpic. & Bald. in l. honæ fidei, C. de iureiurand.* Sed quid ſi eſt Sempronius cõiunctus ex duabus partibus, & eſt conſanguineus, qui præferatur. Reſpondeo, quod quilibet pro medietate, & pro æquali portione venit ad ius congrui, equiparant enim tertiam vicinitatem coniunctioni ſanguinis, & ideò cum in æquali vicinitate ſint, ambo veniunt ad ius congrui, quilibet pro medietate, & hoc eſt æquum, & ex mente literę appareat contrarium, dum dicit generaliter, quod habens tres vicinitates excludit omnes. Multò fortius, ſi habeat quatuor, vt in *auth. multò magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & ideò ſi Sempronius eſſet conſanguineus, & haberet tres vicinitates, certè ille præferrur alteri, qui habet tantum tres propinquitates, quia habet iura quadruplicata, argumento *d. auth. itaque cum ſi, milib. ſupra alleg.*

4 Secundò notatur ex text. quod maior

nu-

Digitized by Google

numerus vicinitatum excludit minorem numerum coniunctionem, facit *l. ſi debitori, ff. de fideiuſſorib.* ibi, *Quia maior tollit minorem*, nam & maiori parti ſtandum eſt vt *extra de reuunc. cap. cum inter, cum concordant. & in l. nulli, ff. quod cuiuſque vniuer. nom. & ff. ad municip. l. quod maiori, cum ſimilib.* Iudices delegati, ſtatur ſententiæ maioris partis, vt *ff. de re iudic. l. duo ex tribus.* Item in Iudices ordinariis vt *ff. eodem tit. l. Pomponius, & ibi gloſa & C. quãdo prouo. non eſt neceſſ. l. cum magiſtratus.* Item in arbitris, vt *ff. de arbitr. l. item ſi vnus*, §. *fin.* ſic etiam ſtatutur maiori parti creditorum vbi tractatur de parte debiti remittenda, vt *ff. de pact. l. iuris gentium, aliàs l. & ſuum*, §. *hodie autẽ, & l. maiorem, & l. reſcriptum in princ.* facit *l. fin. C. qui bon. ceder poſſ.* vbi dicitur, quod ſi debitori petenti inducias ad ſoluendum, maior pars creditorum inducias tribuit, ſtatur maiori parti creditorum facit *d. l. maiorem, ff. de pac. & ſepul. cap. fin.* & de hoc conſuluit *Dom. Ioan. Ludouic. in conſ. incip. debuit vnus*, quod conſiliũ poſitum eſt inter conſilia Baldi.

4 Tertiò notetur ex text. ibi *vna pars*, quod iſte textus poteſt habere duplicem intellectum, ſcilicet quod dicitur vicinus, qui habet vicinitatem vnam, vel duas, & ità poſui in ſummario. Secundus intellectus eſt, quod habet ius congrui qui à tribus partibus eſt vicinus, & ille, qui vicinitatem, & vnam partem tantum habet, non habet ius congrui. Sed ſi à duabus
5 partibus habet, addimittitur ad ius congrui pro tribus partibus proportionabiliter, ideſt ille, qui tres confines, habebit tres partes, qui verò duos confines, duas partes habebit, & iſte intellectus eſt magis æquus.

Quartò nota ex textu, quod vicinus habet ius congrui pro ea parte, pro qua eſt coniunctus ſecundum portionem coniunctionem, vt expreſsè probat iſte textus.

6 Quintò nota ex text. u de trino numero, & hic de numero impari. Felicius enim agitur aliquid innumero impari aliàs diſpari, quam in numero pari, vt *ff. de arbitr. l. item ſi vnus, & de offic. de. leg. cap. prudentia, in fin.* & de numero perfecto notat. *Ioan. Adr. in fin. proem. lib. 6. in uerſic. profectus*, & de ſeptenario, & quaternario numero vide *extra de conſangu. & affinit. cap. non debet, & de cele. miſ. cap.* & 2. & 15. *diſt. cap.* 1. Item de plurali numero, & ſingulari in *cap. pluralis locutio, de reg. iur. in 6.*

Sextò nota *text.* ibi *potior*, quod potior in ſanguine eſt potior in iure congrui, ſicut dicimus, quod qui prior in tempore, potior in iure, vt in *tot. tit. ff. & C. qui pot. in pig. hab.* facit ad hoc etiam regula *C. de potior. ad mun. nom. lib.* 10.

7 Septimò, & vltimò nota ex *textu*, quod paria ſunt vicinum habea unam coniunctionem, ſi vicinus alter habeat alteram coniunctionem, & habere duas cõiunctiones, ſi alter vicinus duas alias habeat coniunctiones, & conſequenter veniunt ambo pro equali portione ad ius prothomiſeos, vt æqualitas inter ipſos ſeruetur, vt in *l. fin. C. de ſump. & lit. expenſ. cum concordant. & in auth. quib. mod. natur. effic. ſui*, §. *filius*, & de æqualitate ſeruanda multa dixi in *cap.* 1. *Imperator Lotharius*, in illa quæſtione magna, an patruus ſuccedat nepoti. Alia notanda hic non ſunt propter breuitatatem *textus*, ideò venio ad §. ſequentem, qui incipit, *ſi autem concurrat.*

Hunc §. non hbeat exemplar vnicum, quod tunc habeamus cum hæc Preli feſtinatione è manibus eriperentur: ſed hæc etiam Conſtitutionum Neapolitanarum Codex ille maximo apparatu cartarum, atque characterum magnificentia Venetiis impreſſus, ſed deprauatiſſimè ſi quis alius vnquam. Porrò ſufficere nobis abundè puto, ſi gloſam ipſam hbuerimus, donec integer Conſtitutionum liber exeat. Liquet namque Conſtitutionis Textum in frontiſpitio poſitum à ſexta quidem particula ad finem vſque penitus inuerſum Fragrier.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1. *Conſtitutio Græca de iure prothomiſeos in quo differat à Conſtitutione Sancimus, & à Conſuet. Neapoli.*
2. *Vicinus quis ſit.*
3. *Loca conuicinia quæ dicantur, & maximè ſecundum Bullam Sixtinam, nu.* 4.
5. *Vicinus dicitur, qui prædia conuicinia habet, aut eius vox auditur.*
6. *Potiores vicini qui ſint in iure prothomiſeos.*
7. *Vicinus quomodo vnus poſſit eſſe magis vltimus.*
8. *Conſors qui dicatur, & nu.* 13.
9. *Conſortes qui dicantur*
10. *Ius prothomiſeos an potius cõſorti, quàm vicino competat.*
11. *In venditione rei communis quid ſeruan-*

12 Con-

Digitized by Google

12 *Conſuetudo admittit conſortem, & ſocium.*
14 *Conſors, ſiue ſocius, an præferatur in venditione iuriſdictionis, & caſus referuntur n. 15. ac deciſio Sac. Conſilii, n. 17.*
18 *Iuriſdictio eſt de iure publico.*
19 *Conſors ſi minus pretium offerat in venditione rei an præferatur.*

Ad §. 7. Item de ipſa prothomiſi.

ADde ad hunc §. *Benedell. in hoc eodem §. num. 1. fol. mihi 88. & Rendellam Iacob. Nouell. alioſque Scribent. in tract. de iur. prothomiſ.* & nota, quod differt
1 *Conſtitutio hæc Græca à noſtra Conſuetud. Neap.* incip. *ſi ex uno latere poſita ſub tit. de iure congrui*, nam in hac *Conſuetud.* diſponitur, ut exiſtentibus pluribus ex uno latere, & ex alio latere uno tantum, vt medietas competat uni, & altera medietas aliis, hic verò ſecus: nàm plures ex una parte exiſtentes præferuntur uni tantum ex diuerſa parte coniuncto. Diſcrepat etiam à *Conſuetud. noſtra*, circa ordinem requiſitionis faciendæ.

2 Ad 1. *Notab.* ubi quid ſit vicinus? dic vicinum eſſe illum, qui domum vicinam, vel propinquam habet, vel vicum *l. vicinus C. de nupt.* vel etiam qui prædio cohæret ità apud *Benedell. in eius animaduerſ. & ſignanter in rubr. impreſſa poſt tractatum editum per Proſper R. del. fol. mihi 363. num. 2.* quomodo verò intelligantur, & quæ dicantur loca conuicinia,
3 vide *Bart. in l. ſi tertius de aqua pluuia arcenda, & in l. fin. C. de iis quibus, vt indignis, Mantuan. in eod. tractatu, ac Bald. Peruſinus ſuper 10. dubio, Luc. de Penna in l. quicumque §. fin. verſ. unius cuiuſq; vicinus, C. omni agro deſerto, lib. 11. Bard. in §. 4. num. 6. fol. mihi 55. in antiquis, in eodem tractatu de iure prothom.*
4 ubi tractat de *Bulla Sixtina*, & inquit, quod capiuntur pro contiguitate, ac domibus contiguis, dum in ea agitur de incorporatione domorum, quæ propter contiguitatem ſit ad urbis ornamentum:
5 vicinus etiam eſt ille qui loca proxima, ac prædia vicinia habet, vel cius vox auditur, quado clamat *l. 1. §. eodem ff. ad Senatuſconſ. Syllanian.* vel etiam cuius ædes
6 conſpiciuntur, ut habetur apud euudem *Benedell. in rubr. eiuſd. num. 18.*

Sed qui potiores in hoc iure congruæ horum vicinorum? dic, quod non tantſi illi, qui habent maiorem vicinitatem, verùm habentes etiam minimam dummodo ſit ſocius conſors, vel de parentela. hic excludit omnes alios vicinos, per *textum in l. ſi emptore, ff. de minorib.* ità apud *Maxill. in Barenſi Conſuetud. in rubr. de iure prothomiſ. in Conſuetud. ſi duo, nu. 8. & poſt eum Benedell, ſuper hoc eod. §. n. 17* qui citat eundem *Maxill. vide nouiſs. addentes ad Capyc. in addit. ad deciſ. 36. n. 2.* & quando una vicinitas intelligatur proximior alterius, vide *Rendel. in eodem hoc §. in verſ. domum propè caſtrum, num. 3.* vbi citat *Marantam in tract. multipl. a-*
7 *lien. prohib. uum. 124.* qui declarat, *Quomodo unus poſſit eſſe magis vicinum, quã alius*, vide etiam *Tiraquel. in tract. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. n. 26. citatum ab eod. Rendell.* & nonnulla conceduntur ratione vicinitatis, quæ aliàs minimè concederentur, *text. & gloſ. in cap. quoniam 12. cap. 1.* & alia apud *Marant. in diſp. 8. num. 33.*

8 Dum fit mentio hic de conſorte, adde quod conſors eſt ille, qui rei dominii particeps eſt, ità *Bald. in l. dudum, in fin. ff. de contraben. empt. & vendit.* & quod ità ſit ſumendus in ſtatutis loquentibus de conſorte, idem *Bald. ut ſupra*, ſic etiam dicitur conſors ille, qui eſt ſocius in una re, vel in pluribur rebus *gloſ. in §. item ſi inter inſtit. tit. de obligation. quæ ex quaſi con-*
9 *tract. naſcuntur, Alex. in conſ. 40.* dicun-
* tur etiam conſortes illi, qui ſunt de parentela, ità *Salyc. in l. dudum poſt gloſ. C. de contrahend. emption. videas Felin. in rubr. de tregu. & pace colum. 7. Specul. in tit. de appellation. §. 1. verſ. & permiſſa obti-*
10 *nent.* Sed in venditione unius rei an potius competat hoc ius congrui conſorti, ac ſocio eiuſdem rei, quàm vicino, qui coniungitur ex parte lateris, vel capitis, ſicut diſponitur per noſtram *Conſuetud. ſi quis habet in eodem tit. de iure congrui*, vide *Ioannem de Amicis in ſuo conſ. 20. & Marſil. in l. prima, §. cum quidam, ff. de*
11 *quæſt. num. 20. & Boer.* ſolemniter in *deciſ. 117.* & quid obſeruandum in his venditionibus rei communis, vide *Capycium deciſ. 36. & Maſull. & alios Addent. ibid. Vrſill. ad Afflict. in deſion. 23 num. 6. & 7. eit. autem Tiraquell. in tractatu primogenit. quæſt. 60. à num. 15. & 16. folio 158. Boer. deciſ. 46.* & licet de iure communi per *l. dudum, C. de contrahend. emption. & vendition.* excludatur conſors, tamen
12 conſuetudo regionis admittit conſortem, ac ſocium *textus* eſt in *l. commune, Cod. de conſort. textus in l. communi liberto, ff. de bonis libertor.* ità refert *Bened. in §. in primis, tractat. eodem, num. 34. verſ. an autem conſors, & in rubr. de iur. prothomiſ. in animaduerſ. impreſſ. poſt. tract. Dom. Rendell.*

Digitized by Google

13 *dell. num. 29. & 28.* vbi consors dicitur ille, qui in communi possidet rem, ità *Ferroneus in consuetud. Burdegal. lib. 1. de retract. §. 2.* quid autem quando venditur quædam iurisdictio, an consors, & socius
14 cæteris præferatur iurisdictionis fauore, iuxtà *Baldi* doctrinam in *l. 1. Cod. qui testament. fac. poss. & in l. quicumq; Cod. de fundo limitrop. lib. 11. idem Prosp. Rendella in §. in primis, in vers. socii, nu. 54. fol. mihi 126.* qui citat *Ferroneum in consuet. Burdegal. de retract. in 2. §. vbi refert decisi contra Baldi opinianē in causa Regis*
15 *Navarri, & Dominici Cesii*, qui volebat admicti se ad partem iurisdictionis cuiusdam Castri venditi, in qua non fuit admissus. Sed tamen pro opinione *Baldi* faciunt decisiones Sacri Consilii *Domin. de*
16 *Franchis 17.* & alia allata per *Addent. ad Consuetud. Neapolitan. in proem. in §. præfatis, lit. F. & Franc. Marc. decis. 359. par. 1.* vetus secus idem *Prosper. Rendel.*
17 refert fuisse decisum in Regio Collaterali Consilio in causa vertente inter Vincentium della Tolfa, cum Vniuersitate Castri Ollerni, quæ Vniuersitas, vt refert, fuit admissa ad prælationem iurisdictionis criminalis venditæ dicto Vincentio à Regio Fisco restituto ei pretio, exclusa Ecclesia Cathedrali Ciuitatis Monopoli, non obstante, quod habebat iurisdictionem ciuilem, ac mistam, dum ei non competebat; nam si competisset Ecclesiæ, Vniuersitas excludebatur (ait ipse) pro cuius sententia, ac decisione multa ibidem allegat idem *à num. 56. usque ad finem*, iu-
18 risdictio est introducta de iure publico, *l. quicumq; C. de fund. limitroph. lib. 11.* & si consors præferatur in venditione rei,
19 si offerat minus pretium ratione consortii, videas pro articulo *Benedel. ubi sup. loco citato, d. §. in primis num. 35. & 36.* vbi consors etiam dicitur ille, qui minimam habet partem in re, sicut notatur in *§. quod si frumentum, Institut. de rerum diuis.* differentias inter consortem, & proximum, vide apud *Ludouic. Rom. in cons. 100. vers. de consorte*, ponderatos in *l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquirend. hæredit.*

SVMMARIVM.

1 *Vicinus colærens in maiori parte, quàm alius, aut concurrentibus aliis vinculis, an admittatur.*

IN vers. iuxta materiam, ad hunc vers. adde remissiuè *Bardum in tract. de iure prothomis. super explicat. bullæ Sixti*

ne, in secundum §. vltimum, vers. §. nus, vbi quærit, quid in vicino adhæ-
1 re pro maiori parte, quam alius vicinus; vel concurrentibus aliis vinculis, vel si ex diuisione vrbs deformaretur, vel si res esset indiuisibilis, vel si esset asinus, & citat *Maxill.* qui eam benè resoluit in *Consuetud. Barens. in titul. de iure prothomis. il primo, in §. fin. per totum, & in §. 8. incip. & si forsan duo num. 1. notab. 1.* & vide etiam *Rendell. hic in §. scriptum est, in vers. una pars nil habeat, num. 6. & 7. vsque ad finem, vers.* vbi dicit, *Affl. nostrum* hic errasse, ac se somniasse, quem sequitur *Borgnin. Cauulcan. in decis. 20. num. 26. par. 2. de contractib.* sed non debebat in his verbis prorumpere aduersus tantum, insignem, & eximium virum.

SVMMARIVM.

1 *Maior numerus vicinorum, qualiter explicatur.*
2 *Maior numerus vicinitatis, quando intelligatur.*
3 *Vbi maiores vinculi concurrent, ibi maior pars præfertur.*
4 *Maior pars creditorum admittitur in concedenda dilatione quinquennali.*
5 *Maior pars creditorum concurrentium, qualiter intelligatur.*
6 *Dilatio quinquennalis non fit contrauentes, & decisiones afferuntur, non sepe.*
8 *Qui concedit, reuocare potest.*
9 *Priuilegium à Principe concessum, potest ab eo reuocari.*
10 *Dilatio quinquennalis semel concessa, an iterum concedi debeat, refertur decisiones.*
11 *Dilatio quinquennali an concedatur pro debitis personarum, dignorum verum comestibilium, & dotis.*
12 *Clericus an declinet forum in iudicio dilationis quinquennalis.*

ADD. notab. adde *Marantam in tract. de multiplici inuentione probationum, 122. in fine*, & præter eum omnino *Vapdunum in consuetudi. ex vna, vers. ex prætereà dem*: maior verò numerus vicinitatum intelligitur, vt sint illæ vicinitates, quæ à lateribus contingunt: nam primo illis lateribus datur congruum, deinde verò capitibus vt apud eundem *Maranam loco supra citato*, & *per Napodanum in verb. à capitibus*, sic etiam intelligitur maior numerus vicinitatum, quando quis habet aditum, ac introitum ad domum per domum contiguam vicinæ, quod con-

clauc,

Digitized by Google

clauę, ff. de damno infecto, ità Benedell. in
2 *cias animaduersionib. in §. penult. in fine, & Bard. loco supra citato in dicto §. 5. notab. 2. vers. si verò num. 2. fol. mihi* 65. & vbi
3 maiora vincula concurrunt, ibi pars viginitatis præfertur, argumẽto *l. in adoptiuis, ff. de adoptionib.* ex quo infertur per *Affict.* etiam esse attendendam maiorem partem creditorum concurrentium pro danda
4 dilatione quinquennali, seu moratoria communi debitori eorum, iuxta disposita per *textum in l. maiorem C. de pact.* quæ maior pars debet esse in quantitate, non verò in numero, pro quibus videas *Vrsill. ad Affict. in decis.* 288. *num.* 3. & 6. & *Carol. de Grassis in tract. de except. in except.* 32. *nu.* 180. & 181. & *Præs. de Franch. in decis.* 179. vbi habetur etiam, quod minor pars creditorum à maiore minimè cogi possit ad concurrendum in tali dilatione concedenda quo ad personam tantum, & non etiam quoad bona, in alia *decis.* 82. *num.* 5. vide etiam, ad materiam hanc *Berard. Mascatell. in praxi ciuili Sac. Reg. Conf. par.* 4.
5 *in glos. in verbo petendum, nu.* 15. sic concludens, quod maior pars intelligitur in quantitate debita, non in numero personarum, cui debetur, & finaliter, ac omnino vide *doctissimæ commentar. Dan. Regentis Marchionis Tapiæ in eius amplissimo Cod. Ius Regni, part.* 4. *tit. de moratoria, ac salueconductu*, vbi satis eleganter, & copiosè tractat hanc materiam, limitando plures casus, in quibus hęc moratoria, & quinquẽ-
6 nalis dilatio locum non habet, cui adde, vt nec contra mercatores Venetos possint fieri hæ quinquennales dilationes ac moratoriæ, vt ex priuilegio specialiter eisdem mercatoribus Venetis concesso per Catholicã Maiestatem Ferdinandi Primi in anno 1560. cuius verba substantialia sunt, videlicet: *Si dichiara, che non si possa allegare da nissuno priuilegij, ò lettere, moratorie, superseßorie, ò de dandis bonis in solutum, ò cessione de beni, ò vero qualsiuoglia altra cosa, che impedisse la giustitia di essi mercanti, &c.* deindè in fine *Placet Regiæ Maiestati, vt ex actis penes Actuarium de Scacciauento rubricatis volumen scripturarũ Ioannis Baptistæ de Francisco Morrone Veneti cum alijs*, vbi fuit productum tale priuilegium iuxtà sui seriem, & tenorem, & *commentaria doctissimi Regent. Scipionis Rouiti super Prag. Regni* 1. *de cessione bonorum, & in Prag.* 3. *eodem tit.* & nota, quod tale priuilegium mercatorum
7 Venetorum inuiolabiliter in Sacro Regio Consilio fuisse in obseruantiam ad beneficium dictorum mercatorum Venetorum, sicut fuit in causa appellationis interpositæ pro parte Laurẽtii, ac Aurelio de Funectis, creditores recusantes concurrere vti Veneti, stante eorum priuilegio, qui erant conuenti ad concurrendum cum non recusantibus, qui fuerunt condemnati per Magnam Curiam Vicariæ ad concurrendum in biennali dilatione cum creditoribus non recusantibus, dum ipsi concurrere tenuebant, quibus visis videndis, visoque supradicto priuilegio cõcesso per Serenissimum Regem Catholicum Ferdinandum Primũ ad beneficium Venetorum fol. 40. per Sacrum Consilium definitiua sententia fuit declaratum, benè appellatum ad Maiestatem nostram, & nostrum Sacrum Consiliũ pro parte prædictorum creditorum de Funectis, & propterea absoluendos esse, & absolui debere, prout diffinitiua perdicta sententia fuere absoluti, ac liberati à concurrendo in petita biennali dilatione pro parte creditorum concurrentium, quod fuit olim ad relationem eiusdem *Illustrissimi Marchionis Tapiæ tunc Regij Consiliarij* in eodem Sacro Regio Consilio in aula Regii Consiliarii Nicolai Antonii Gizzarelli anno 1604. 5. die Aprilis, penes Vassallum Actuarium, nunc Vinc. Burellus, quæ decisio fuit posita in nouissima impressione *eiusdem Dom. Gizzarelli* 70. *in ordine cum allegationibus ornata, & nouissimis adnotationibus ampliata*, & sic fuit reuocatum decretum Magnæ Curiæ, licet secus fuerit secundum in causa Ioannis Baptistæ de Francisco Morrone de Bergamo Vencti contra Marcum Aurelium Marconem eius debitorem, cui fuerat concessa triennalis dilatio petita ad eius beneficium per creditores concurrentes, vt nõ obstante supradicto priuilegio, minimè molestaret supradictus Marconus debitor, nec in bonis, nec de persona, durante tempore dictæ triennalis dilationis per dictum eius creditorem, & hoc fuit ad relationem Regii olim Consiliarii D. Gregorii de Augulo in anno 16. causæ Commissarii, qui fuit postea creatus consultor in Regno Sicilię, ibique mortuus, est decisio Sacri Consilii: ratio fuit, nam dictus Marconus debitor supplicauit Dominio Excellentissimo Proregi circa hoc, qui ordinauit, vt Sacrum Consilium relationem faceret, qua deindè eidem facta per præfatum Dominum causæ Commissarium, fuit confirmata dilatio supradicta, non obstante dicto priuilegio, Actuarius de Scacciauento; qui enim concessat dictum priuilegium, reuocare etiam
8 potuerat, secundùm communem opinionẽ allatam per *Butrigar. & Eminentissimum Cardinalem Zabarellam, & Abb. in cap. notuit, in princip. de iudic. & in cap. in*

Digitized by Google

natura de iniurijs, & damn. Curt. Iun. in conſi. primo n. 34. vol. 1. imò etiam abſq; cauſa, ſed ſola plenitudine poteſtatis, poteſt reuocare Princeps priuilegium ab eo conceſſum, *textus in l. qui fundus, C. de omni agro deſerto, lib. 11. gloſ. in cap. de cętero, de regul. iuris in 6. Bald. in conſ. 439. colum. 3. volum. 3. & conſ. 300. colum. 1. volum. 5. Alex. conſ. 155. col. fin. volum. 6. Cravett. in conſ. 276. num. 7. volum. 2.* quod videtur contra id, quod habetur in *ſupracita deciſ. 70. Gizzarell.* vbi etiam in fine ait, quod tale priuilegium non poteſt derogari, cum ſit conceſſum toti Reipublicæ Venetorum & ideò non poteſt tolli; ſemel autem dilatione quinquennali conceſſa, & elapſa iterum eſt concedēda debitori ad iſtantiam creditorum concurrentium petita, negatiuè, vt apud *de Thoro in compend. deciſionum, part. 3. in verb. dilatio, fol. 302.* verùm ipſe refert vidiſſe plura decreta circa hoc interpoſita per Sacrum Regium Conſilium ad Relationē *Dom. Regij Conſiliarij Petri Pauli Theodori Genitoris bonæ memoriæ Reg. conſiliarij Scipionis Theodori, olim Iuriſconſulti celeberrimi primæ claſſis in Sacro, Conſilio,* vt in cauſa creditorum Andreæ, & Baptiſtæ Conte, cum creditoribus recuſantibus, quam ipſemet *Thorus ibidem* inſerere curauit, quibus debitoribus nō tantum idem Sacrum Conſilium ſemel, ſed bis, ac etiam ter conceſſi dilationem quinquennalem, non obſtante recuſatione creditorū, non concurrentium, prolatis dictis ſententiis, in anno 1575. die 30. Martii 1580. & 1585. penès Actuarium olim Galderium, nunc de Licto.

Et ſi habeat locum in debito contracto ex cauſa penſionis domorum. vel rerum comeſtibilium, vel pro cenſibus domorum vide *Regis Feder. cap. de anno 1498. inter volumen cap. Neap.* de quo meminit *Anna pater in ſingul. 101.* vbi ſic fuiſſe deciſum teſtatur per Sacrum Conſilium in anno 1555. & quid in cauſa dotis eumdem *de Anna ibidem citatum,* materiam verò dilationum iſtarum videas *allegationem 45. in 1. quæſito dicti Regij Conſil. Theod. Iunioris,* vbi doctiſſimè de his dilationibus, etiamque de illis, quæ per Principem conceduntur, & an clerico liceat declinare forum ſeculare concurrendo in cauſa dilationis petitæ pro maiori parte creditorum, *Dom. Regens Sanfel. in deciſ. 305.*

S V M M A R I V M.

1 Partis appellatione venit dimidia, vliquādo contra, n. 3.

2 Pars quatupliciter dicatur.

4 Quando quis dicatur habere partem in re communi.

AD 3. notab. adde, quod appellatione partis in dubio venit dimidia *l. etiam ff. de vſufruct. l. de ætate, §. qui interrogatus, ff. de interrogat. act.* & alia vt apud *Ioannem Bertach. in ſuo amplo repertor. in lit. P. in verb. pars,* vide *gloſam in cap. potuit penult. extra de locato, & conduct.* immò quod etiam intelligatur de dimidia, tenet *Benedel. in hoc eodem §. in text.* ibi, *à tribus partibus,* iuxtà *l. nomen, §. portionis, ff. de verb. ſignifi.* vbi à tribus partibus, intelligitur, videlicet à tribus, vt inquit idem *Benedel. hic n. 2.* & quotupliciter, ſit pars, & quomodo intelligatur, in dicta Bulla Sixtina, adde *Marc. Anton. Bardum in §. 5., notab. 2. ſupra citat. num. 2.* vbi appellatione partis de dimidia intelligitur, ſed non ſemper pars ſignificat dimidium, ſed prout ſibi aliquid eſt adiectum, vt apud eumdem *Bardum, & apud Afflictum noſtrum in deciſ. 44. num. 32. Proſper. Rendel. in hoc eodem tract. in verſ. vna pars nil habeat, & eumdem in verſ. à duabus partibus, num. 2.* & an dicatur quis habere partem ad domum videlicet reſpectu putei, balnei communis, vel additus, ſeù acceſſus foueæ, fiſtulæ, vel canalis, cum omninò iſta ſint portiones domus, *l. prædijs, §. balnea, ff. de leg. 3.* & alia allata, vt apud *Gratian. diſcep. forenſ. diſcept. 326. num. 5.*

S V M M A R I V M.

1 Numerus impar an ſit diuiſibilis.

AD 5. notab. (quarto omiſſo) dum circa eius materiam ſunt annotationes ſupra, nunc adde hunc 5. notab. quod numerus impar eſt indiuiſibilis in duas partes æquales, vndè Græci vocant illum *Icaſon,* immò *Poeta Mantuanus* inquit.

. . . . . *numero Deus impare gaudet, vt in Egloga 8.*

Sic *Horatius 2. ſermon. ſatir. 3.* ibi, *Ludere par impar, equitare arundine longa.*

S V M M A R I V M.

1 Vicinitas debet concurrere cum conſanguinitate in materia iuris prothomiſeos.

AD notab. adde, quod ſola conſanguinitas minimè ſufficit ad obtinendum

dum congruum, sed cum ea etiam vicinitas debet concurrere, ideòque si adest inter consanguineos vnus, qui est sanguine coniunctus tantum, & alius habet vicinitatem, ac rei propinquitatem, cum sanguinis coniunctione dicendum est, quod iste sit præferendus propter vicinitatem, nam vicinitas cum consanguinitate magis attenditur; duo etiam vincula magis stringunt, *l. in adoptivis, C. de adopt. idq; apud Scribent. hic, & signanter apud Benedell. in supra cit. tract. de iure protho-nis. in rubr. nu.* 51. & infra etiam adnotabimus, in §. *sequenti, num.* 1. & si consanguineus, obtinuit sententiam contra emptorem condemnatum ad relaxandam rem, soluto ei pretio, si poterit renunciari sententiæ prædictæ, & si emptor potest eũ cogere ad pretium sibi soluendum, & ad rem accipiendam iure prælationis per eũ petitam, dum fuit condemnatus ad illam relaxandam, *Gratian. disceptat. forens. in cap.* 572. *num.* 22.

SVMMARIVM.

1 *Aequalitas in iudicio erit seruanda.*
2 *Prælatio conceditur, vbi maius adsit vinculum.*

1 AD vltimum notab. adde, quod in iudicio semper est seruanda æqualitas, hoc etiam ait *Afflict. in Constitut. Regni, in rub. de defensis imponendis, nu.* 2 10. sed quid si vnus ex his habeat maiora vincula, insimul cum coniunctione, ac consanguinitate, dic quod vbi maius adest vinculum, ibi datur prælatio, de quo etiam supra adnotauimus *in 2. notab.* adde insuper *Dom. Benedell. in §. item de ipsis prothonis. num.* 17. *vers. nec est ignorandum.*

SVMMARIVM.

1 *Vicinitatis in iure congrui potius est iure sanguinis.*
2 *Priuilegium accidentale potentius est naturali.*
3 *coniunctionis diuersitas effectum producit diuersum.*
4 *Dictio, prope, idem operatur, quod dictio, iuxta.*
5 *Verbum, habere, quid importet.*

§. 8. *Si autem concurrat.*

HAec est octaua pars in qua narratur quædam alia Constitutio Græcorũ quæ valt, quod si ad ius congrui concurrant parentes iure sanguinis, & vicinus iure vicinitatis, quod præferatur vicinus, qui propè est in iure congrui, hoc dicit vsq; ad §. *est autem.*

1 Nota primò ex text. quod si plures parentes, ideſt pater, & mater, & auus concurrant simul ad ius congrui, & nullam coniunctionem habent respectu rei venditæ, vicinus sola ratione vicinitatis omnes excludit, quia ius vicinitatis in iure congrui potius est iure sanguinis per istum textum. Sed per statuta Ciuitatum in aliquibus Terris aliud est statutum, & tunc in illa Terra stabimus eius statuto, ut *l. omnes populi, ff. de iust. & iur.* nàm ex diuersitate locorum diuersa iura statuuntur, ut in *proem. ff. §. illud satis*, Vnus ergò vicinus excludit multos parentes, sicut aliàs dicitur, quod vna ratio efficax vincit duas peruasiuas secundùm *Baldũ in l. pater filium, in repet. in* 1. *colum. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* vbi dicit, quod vna ratio in specie vincit duas in genere.

2 Secundò nota ex textu, quod maius est priuilegium, quod quis habet iure vicinitatis, & sic rei, quàm priuilegium ratione personæ, quia ratione rei coniunctæ præfertur vicinus parentibus, & sic potentius est priuilegium accidentale, quam naturale, quod est contra *l. si apud, ff. de minor.* vbi potentius est priuilegium ætatis, quod est naturale, qua priuilegium Velleiani, vel Macedoniani, quod est accidentale. Potest dici, quod ideò vicinus præfertur consanguineo ratione subiecti, quo est reale, ideſt ratione rei, quæ venditur, in qua habet vicinitatem, ideò prefertur cõsanguineo, qui nullum ius habet in illa re, quæ venditur, & per hoc facit, quia licet consanguineus pro consanguineo non sit idoneus testis, vt in *l.* 3. *§. lege Iulia, ff. de testib.* tamen ratione subiecti potest esse testis, puta ad probandam ipsam consanguinitatem, vt 35. *quæst.* 6. *per tot.* & ideò si vicinus esset consanguineus, admitteretur ad ius congrui, non ex persona sua, sed ex persona alterius, vt ità dicam, scilicet ratione ipsius vicinitatis, argumento *ff. de lib. & posthum. l. fin. & ff. de contra tab. l. filium*, & sic priuilegium ciuile iunctum cum aliqua naturalitate præfertur naturali solum, quia iura ciuilia naturalitati iũcta potiori sunt, *C. de adopt. l. cum in adoptivis*, secundum *Angel. in cons. suo* 101. incip. *Illustrissima Domina Regina.*

3 Tertiò nota ex Textu, quod diuersitas coniunctionis diuersum producit effectũ.

Nam

Digitized by Google

Nam diuersa est coniunctio sanguinis à coniunctione vicinitatis, & sic diuersum producit effectum, quia prima cõiunctio non habet ius congrui, secunda vero sic, sic etiam dicitur, quod beneficium Ecclesiasticum non datur propter coniunctionem sanguinis, vt in *cap. 1. de præbend.* & pro hoc facit *text. 50. dist. cap. vt constituerentur*, vbi dicitur, quod varia experimenta morborum nos cogunt ad diuersa remedia, & sicut diuersitas corporum diuersitatem animorum sæpè inducit, ità diuersitas coniunctionis diuersitatem sententiæ inducit, licet alibi dicat Text. quod diuersitas officiorum venustam reddit Ecclesiam, vt 89. *dist. c. ad hoc.*

4 Quartò nota ex Text. ibi, *propè*, quod tantum habet dicto, *propè*, sicut dicto, *iuxta*, de qua dictione habens per *Bart. in l. si statuta, ff. de iniur. & in l. Gallus, §. ille casus, ff. de lib. & posthu. & in l. fistulã, §. iustam, ff. de seru. vrbanor. prad.* & notatur in *cap. Abbate, de verb. signif.* & notat *Bart. in l. decernimus, C. de aquæd. lib.* 10. vbi dicit, quod si res distat ad alia per decem pedes, non dicitur iuxta eam, facit *l. omnes, eod. tit. & l. quidam Hyberus, ff. de seru. vrbanor. prad.* vide *textum in l. fin. ff. fin. regund.* sic etiam dicto *ad*, ponitur pro *iuxta*, vt dicit *Bart. in l. item Labeo, §. conuiuium, ff. de iniur.*

5 Quintò nota ex Textu. ibi, *habebat*, quod vicinus debet habere rem emptam per extraneum iure congrui cum effectu. Vndè non liberatur ille extraneus emptor dando interesse, quia verbum, *habere*, significat habere cum effectu, vt *ff. de verbor. signific. l. non tantum, §. fin.* & *habere*, sumitur duobus modis. Primò, iure domini. Nam illud, quod est nostrum habere dicimur, etiam si illud possideat alius, vt *ff. de verb. signific. l. id. apud. se, & l. habere*, & ideò datur rei vendicatio, vt in *l. officium, & in l. rem. ff. de rei vend.* Secundò ratione possessionis, vt in *l. qui nauem*, & ibi *Luc. de Penna C. de nautis Tib. lib.* 11. & qui habet ciuilem possessionem, dicitur propriè rem habere, licet alius habeat naturalem, vt notatur, *ff. de contrab. empt. l. si in emptione, §. omnium*, quis autem dicatur quasi habere, vide quod notatur in *l. 1. in fin. ff. comm. prad.* & scias, quod hoc verba habere importat fideicommissum, vt patet in *l. fideicommiss. & in l. qui concubinam, §. 1. ff. de legat. 3. & ff. de legat. 2. l. Lucius in prine.* & per ista sit finis in isto breui §. quem si coniungis cum §. præcedenti, & sequenti, habebis undecima notabilia ex istis tribus, §. & ex tota ista lege 66. notabilia habebis. §. Est autem.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Vicinitas rei an potius attendatur, quàm coniunctio sanguinis, & n. 4.*
2 *Parentes, vel consanguinei an prius præferendi.*
3 *Vicinitati magis standum, quàm consanguinitati.*

Ad §. 8. si autem concurrat.

AD hunc §. & ad 1. & 2. Notab. & ad id, quia attenditur potiùs rei vicinitas
1 quam sanguinis cõiunctio nota, nam sanguinis cuniunctio multa operatur, ut ait *Afflict. in decis. 208. n. 14.* immò plùra per sanguinis coniunctionem præsumant, vt ex *supradictis in rubr.*

2 Et nota, quod non est posita hic præsens *Græca constitutio* ad derogandum illud, quia disponitur per *Extrauagant.* nec ad aliquid innouandum in ea circa ordinem personarum, quæ vocantur ad prothomisim, *vt in d. §. 1.* ideò voluj *Fredericus Secundus Imperator* hìc inserere hanc *Græcam Constitutionem* causa innouandi, ac corrigendi disposita per *Constitutionem Sancimus* antea scriptam, sed addendi, vt etiam dictum est in *principio adnotationum, §. scriptum est*, sicut ait *Rendel. in d. §. scriptum est, glos. 1.* verum per dispo-
3 sitionem huius *Græcæ Cõstitutionis*, magis attenditur vicinitas rei, quàm coniunctio sanguinis, & vtilius est habere vicinitatem, quàm consanguinitatem absque vicinitate.

4 At secus per *Extrauagant. Sancimus*, per ipsam plus prævalet consanguinitas cum rei coniunctione, quàm sola vicinitas nam dicitur in *text. parentes coniuncti primò vocentur, ità ait Afflict. in dict. §. in primis num. 36.* vt sanguineus præferatur, debet habere vtrumque, scilicet rem coniunctam, & consanguinitatem, quod etiam confirmatur per *Rendellam in dict. §. in primis*, declarando illud, *coniuncti*, positum in *Constitutione*, vt intelligatur etiam per rei vicinitatem, vt in *verb. parentes, n. 11. & 12.*

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Coniunctio qualiter accipiatur.*
2 *Affinitas eò prehenditur appellatione coniunctorum.*

AD 3. notab. vide *Benedell. hîc in §. in primis, num. 2. vers. dupliciter*, & coniunctio qualiter accipiatur in iure ciuili, vide *textum in cap. 1. de procurator. & in cap. coram, de offic. deleg. Abb. in cap. M. Ferrar. col. 3. ver. non semper de constitut.* & si veniant coniuncti cognatione spiritali, vide *glosam in cap. fin. extra de postito, Felin. in dict. cap. cum M. Ferra. col. 8. post Abb. 3. notab.* etiamque affinitas appellatione coniunctorum comprehenditur, *textus est in l. sed etiam hæ, in princ. ff. de procur. vbi DD.*

SVMMARIVM.

1 *Dictio prope quid significet, & ad quod referatur.*
2 *Verbum habere quid importet.*

AD Quartum Notab. addè quid significet dictio *prope*, vide *textum in l. non omnis. §. à barbaris, ff. de re militari, & Bald. in l. quæ fortunis, col. 3. ff. de pignor. act. Bart. in l. non tantum, §. pupillorum, num. 1. ff. de excusat. tutor. & in auth. de monachis, in §. si verò, Decian. in cons. 108. num. 34. vsq; ad 38. lib. 3.* & quod hoc verbum referatur ad possessionem, & dominium, *textus est in l. stipulatio ista 38. §. hæc. quoque, in fine. vers. habere, ff. de verbor. oblig.* cum aliis allatis per *Gratian. discept. forens. in cap. 838. num. 6.*

2 Ad quintum, & vltimum notabil. ad verbum, *habere*, quid importet, diximus supra in *annot. §. 1.* & in quantum ad eius significatum.

SVMMARIVM.

1 *Via publica non potest petere ius cõgrui. Et quid sit quo ad nomen, & materiam, & cuius latitudinis esse debeat n. 2.*
2 *Viam publicam facere qui possit.*
4 *Viarum forma est duplex. Et quis sit earum vsus.*
Imperator dicitur semper Augustus aptitudine, non actus.
5 *Possessio momentanea quæ dicatur.*
6 *Viam publicam quis domum suam habet habet debet reficere. Et quæ via eligenda.*
7 *Via publica an possit per populum Ciuitatis vendi.*
Et an possit præscribi, n. 8. & 9.
9 *Viam publicam, & vbi fossas occupantes quæ pœna puniuntur.*
10 *Peculatus crimen quid sit.*
11 *Vniuersitas an possit seruitutem imponere in via publica.*
12 *Via priuata quid sit, & quid vicinalis.*
13 *Ius congrui numquid habeat locum in portica.*
14 *Ecclesia non conuenitur iure congrui. Et quid sit Ecclesia.*
Ecclesia triumphans, militans, defendens, & personalis quæ sit.
15 *Clericus iure congrui conueniri an possit, si nomine proprio emat.*
16 *Sanctio canonica violata libertatem laedit.*
17 *Clerici statutis laicorum an, & qualiter vbi possint.*
Ecclesiæ res quatuor partes diuisæ.
18 *Ecclesia non consegrata an gaudeat priuilegio consecratæ.*
Statutum laicorum an comprehendat clericos.
19 *Emptor domus pro edificanda Ecclesiæ an possit iure congrui conueniri.*
20 *Consuetudo in feudis inspicitur vbi sita est res feudalis.*
21 *Ecclesia triumphans significatur per corpus Christi, quod in missa leuatur.*
Ecclesia sine temporalibus in nullo profecit.
Fiscalia bona differunt à patrimonialibus Principis.
22 *Fiscum quis habere dicatur. Et an Ecclesia fiscum habeat, Et quid dicatur fiscus.*
Respublica, & fiscus an sit idem.
23 *Fiscus quos habeat priuilegia.*

§. 9. Est autem.

HIC est nonus, & vltimus §. in ordine, vbi dicitur, quod de generali consuetudine via publica, Ecclesia, & fiscus, seu Curia Federici non habet ius congrui, hoc dicit vsque ad finem totius Constitutionis. Nota primò ex textu ibi *via publica*, quod quando venditur res, quæ est iuxta viam publicam, non potest peteré
1 via publica illam rem iure congrui, & consequenter si est via publica in medio, vicinus non habet ius congrui, & consequenter si est via publica in medio, vicinus non habet ius congrui ad illam rem venditam: Sed quero, quid si venditur à Rege, vel Ciuitate uia publica, an vicinus habeat

ius

ius congrui? dic, quod non, quia iste textus loquitur generaliter, quod via publica non habet ius congrui, siuè vendatur ipsa via publica, sivè vendatur res iuxtà viam publicam, & sic generaliter intelligenda est *l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præst. cum similib.* Item, quæro, quot sunt species viarum, dic secundum *Dom. Sebast. in consuetud. de iure congr. incip. vbi domus*, quot tres sunt species, videlicet, publica, priuata, & vicinalis, vt *ff. ne quid in loc. publ. l. 2. §. viarum.* in publica autem via sunt quatuor attendenda, scilicet nomen materia, forma, & vsus. Quoad primum, scilicet nomen, est sciendum quod est trinomis. Nam dicitur publica prætoria, & consularis, vt in *d. §. viarum, vers. vias publicas*, & hęc tria nomina sunt synomina idem significantia, sicut ensis, mucro, & spata, sicut est ius patronatus, quandoque dicitur aduocatio, quandoque vicedominatus, quandoque custodia, siuè guardia vt notat *glos. in cap. quia clerici, de iure patronat.* Quoad secundum, scilicet ad materiam dic. quod materia siuè solũ viæ publicę est dulex, scilicet publicum, & priuatum. Publicum quoad iter adiectum cum certis finibus latitudinis ab eo, qui ius publicandi habuit, vt publicè iretur, & commearetur, vt in *d. §. viam.* Fines autem latitudinis in porrectum, ideſt directũ sunt octo pedes, an fractum, ideſt vbi via obliquatur, sexdecim pedes, vt dicit ibi *glos. & text. in l. via latitudo, ff. de seruit. rustic. prad.* quod intelligit esse verum *Dom. Sebast.* vbi latiduto non fuit limitata per constituentem, puta quia iussit fieri viam publicam in tali loco, non designata latitudine, aliàs si designasset latiorem, vel strictorem, non maius propterea esset via publica? Posset enim constituens iubere, vel facere latitudinem, quàm vellet, ex quo habuit ius publicandi, seù faciendi viam publicam, & sic tamquam in re sua est moderator, & arbiter *l. in re mandata, C. mandat.*

3 Sed quis habet hanc potestatem publicandi, seù faciendi viam publicam? Respondeo, Princeps, Senatus, & Ciuitas, vt *d. §. viam*, Sed illud, quod dicitur de Ciuitate, altiorem requirit indaginem. Priuatum autem solam potest esse via publica, puta si in priuato solo est via publica, quod potest esse hoc modo, quia si ab eo tempore, cuius nõ extat memoria hominum in contrarium, publicè omnibus transire licuit per agrum priuatum, & ex utroque capite istius viæ est locus publicus, seù via publica, ità quod introitus ad ipsam viam incipit ex via publica, vel loco publico, & exitus viæ similiter respondeat ad locum publicum, vel ad viam publicam, nec requiritur, quod fiat iure seruitutis, quia tunc esset via omninò priuata, vt patet in *d. l. 1. §. priuatæ vię.* Nec est inconueniẽs quod proprietas soli sit priuata, & vsum sit publicus: nam riparum vsus publicus est, licet proprietas sit priuatorum, vt *d. l. de ter. ripar.* Item fontis vsus est publicus licet proprietas sit priuatorum, vt in *l. diligenter, C. de aquæduct. lib. 11.* & sic talis via est publica quoad vsum, non quod proprietatem, quantum verò ad tertium scilicet de forma viæ, dic, quod forma viæ est du-
4 plex, scilicet voluntaria, vt latitodo, quæ fit ad voluntatem constituentis, vt supra dictum est, secunda forma est necessaria, videlicet quod quodlibet caput ipsius vię exeat, & correspondeat ad viam, vel locum publicum, & sic quod ex via, vel loco publico ingrediatur ad eam, & ad locũ publicum exeatur ab, ca aliàs non diceretur via publica, vt *ff. de itin. actuq. priuat. l. 3.* quod quartum, scilicet quoad vsũ, dic, quod vsus in via publica est attendendus secundùm naturam soli, quia si solum est publicum non requiritur vsus actu, sed aptitudine tantum. Hoc est, quod fuerit ordinata, seù parata ad recipiendum vsum publicum, quod ex eo apparet, quod populus non vtendo, non perdit eam, aliàs multis non liceret ad Sanctum Iacobum vt *ff. de via pub. & itin. pub. l. viam publicam, & ff. de usucapion. l. vsucapionem, & l. fin.* sic etiam dicimus, quod aqua quotidiana non est, quæ quotidie ducitur, sed ea, quæ quotidie duci posset, vt *ff. de aqua quotid. & æstiu. l. 1. §. quotidiana.*
5 & Imperator dicitur Augustinus aptitudine, non actu, & notatur in *rubr. ff.* & matrimonium dicitur indiuiduum aptitudine, non actu facit *ff. de rei vendic. l. venditio quoque*, sic possessio ducitur momẽtanea aptitudine, quæ est apta durare momento, *vt C. si de moment. possess. fuer. ap. l. 1. facit ff. de seruit. rust. prad. l. Attilicinus.* & dato, quod via publica esset fracta, & diruta. & plena spinis, & veptis, non propterea dicitur minus apta ad vsum publicum cùm possit ab vnoquoquè de populo refici, vel purgari, vt *ff. de via public. vel itin. publ. l. 1.* si verò solum sit priuatum, tunc requiritur usus publicus in actu à tanto tempore, cuius non extat memoria hominum in contrarium, & non iure seruitutis, vt prædictum est, per ea quæ notatur in *l. 1. §. priuatæ viæ, ff. ne quid in loco publ.* & hæc sunt verba *Dom. Sebast. in loc. præallg. quantum ad viam publicam.*

Sed

Digitized by Google

6 Sed antequam veniam ad viam privatam, & vicinalem, dicam aliquid de materia viæ publicæ ultra eum. Et primò est sciendum, quod quilibet debet reficere viam publicam ante domum suam, *ut in l. ad instructionem, C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. fin. ff. de via publ. vel itin. pub.* & etiam Ecclesia tenetur ad hoc, ut dicit *Bart. in d. l. ad instructionē*, & etiam est sciendum, quod *Bart. in l. præsidibus, C. de curs. pub. lib. 12.* dicit, quod nullus cum annona aliam viam tenere debet, nisi per viam publicam, quam communiter ones vadunt, nec debet ire per viam trāsuersalem, adeò quod si extra viam reperitur mala suspicio, est contra eum, de quo etiam per *Baldum in l. prædiis, §. Balneis, ff. de leg. 3. & per Baldum in l. si fugitivi, C. de seru. fugit. & in l. cum proponas, C. de nau. feno, & Bart. in l. qui fiscales, C. de navicu. lib. 11. & per eumdem in l. non solum, ff. de excusat. tutor.* Sed quando sunt duæ viæ aptæ ad eundū, & una via est brevior alia, quam viam debet quis eligere. Respondeo, quod debet eligere illam, per quam securiùs acceditur, & per illam, quæ magis frequentatur, secundùm *Bart. in l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. & C. de fal. l. eos, in fin. & de cursu publ. l. secunda, lib. 12.*

7 Sed necessarium putavi hic inferere, an populus Civitatis possit vendere viam publicam? Videtur, quod sic, nam illa sunt Vniversitatis, *vt instit. de rer. divis. §. Vniversitati, cum ibi not.* ergò potest illam alienare, quemadmodum, & alias res suas, *vt C. de vend. reb. Ciuit. per tot. lib. 11.* facit ad hoc *prima quæst. prima, cap. eos, qui, ad idem l. 2. Cod. de diuer. præd. vrban. lib. 11.* & ibi *Luc. de Penna, & ff. quod vi, aut clàm, l. 3. §. planè, vers. hoc ita.* Item, quia quælibet Civitas habet ius constituendi viam publicā, ut *ff. ne quid in loc. pub. l. 2. §. viam publicam in glos.* quæ incip. *Habuit, ut Princeps, vel Senatus, & ff. de reg. iur. h nihil tàm, & l. seq.* Nam eius destruere, cuius est condere, *vt ff. de legat. 3. l. si quis, in princ. & l. fin. C. de legib.* item, quia ista sunt Vniuersitatis, & sic Vniversitas eorum est domina, *vt ff. de relig. l. 2. §. in locum, & d. §. viam publicam*, ergò per eam alienari possunt. Nàm appellationi usus rei continetur potestas alienandi dominium, *vt in auth. de monach, §. illud quoque*, quia rei suæ quilibet est moderator, & arbiter, ut in vulgata *l. in re mandata*. Vndè si privato non interdicitur rerum suarum alienatio, *vt ff. si quis a par. fuer. man. l. 2.* minimè Vniversitati in qua sunt ipsi privati. Facit pro hoc *ff. de leg. 2. Menius, §. fin.* è cōtra quod non possit alienari, probatur, quia regulariter, quod præscribi non potest, nec alienari potest, *ff. de verb. sig. l.* 8 *alien.* Sed via publica præscribi non potest, *vt ff. de via pub. l. fin. & ff. de vsucapi. l. vsucapionē*, ergò nec alienari; habet enim ius in his quilibet prohibendi, ut *ff. ne quid in loc. pub. l. 2. §. 1.* imò plus potest unus homo solus Vniversitatis ad prohibendum, quam reliqui ad permittendū, *vt ff. commun. præd. l. fin. & ff. com. divid. l. Sabinus, cum concord.* Vndè si quis sub colore, vult viam publicam reficere, vel aptare, ipsam viam publicam deteriorem fecerit, impune vim à quolibet privato patietur, *ut ff. de via pub. refic. l. 1. §. si quis in specie.* Nàm cum concurrant inuicem interesse publicum, & privatum, æstimatur privatum, atque præfertur, ut *ff. de procurato. l. licet, & l. non cogendum, §. si quis ità*, quin etiam via publica non dicitur per municipes possideri, sed ea omnes promiscuè debent uti *ff. de acquirend. poss. §. l. 1. §. fin. ff. de contrahend. emptio. l. sed, & Celsus, in princ.* pro solutione posset sic dici: Aut via publica, de qua agitur, est necessaria solū populo distrahenti, aut etiam aliis, primo casu venditio valet, dummodo fiat cum ea solemnitate, quę traditur in *l. fin. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11.* Secundo casu nō valet, & vide ad prædicta, quod notat *Innocent. in cap. cum ex iniuncto, de nou. oper. nun. sed glosa in l. continuus, §. cum quis, ff. de verbor. obligat.* videtur indistinctè sentire, quod non possit, nisi Prin- 9 cipe statuente, sed Bart. ibi tenet, quod Civitas, quæ non recognoscit Superiorem, potest hoc facere, dum tamen per statutum faciat viam publicam esse privatam, quod potest per *l. 3. §. planè, ff. quod vi, aut clam*, & idem dicit, si Civitas esset subiecta Principi. Sed hoc esset facere fraudem legi, dic tamen, vt ibi per eum. Sed bonum est hic videre, quia pœna puniuntur illi, qui occupant vias publicas, & fossata urbium, cum de iure viam publicam prohibitum est occupari, vel etiam coarctari, ut *ff. ne quid in loc. publ. l. 2. §. viam*, nec eam ullo modo deteriorare, ut in ea *l. §. deteriorē, & §. sequenti*, & idem in finibus publicis, ut *ff. de oper. pub. l. si legatum, §. fines, & si in agris, ff. de admin. rer. ad ciui. pertin. l. Imperatores, §. fin.* Respondetur, quod poterit puniri pœna sacrilegii, quia publica, & sacra equiparantur, & eodem

privilegio gaudent, ut *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. l. fin.* & *ff. de uſucapionib. l. uſucapionem*. Sed quia ſacra occupat, ſacrilegium committit, ut patet 16. *quæſtion. 4. cap. quiſquis inuentus*, & *extra de foro competent. cap. conquæſtus*, nam, quando lex æquiparat, poteſt procedi de ſimilibus ad ſimilia, etiam in odioſis, textus eſt notabilis, & ibi dixi in *cap. 1. §. prædictis, quæ fuit prima cauſa benefic. amit.* & facit bonus textus, quem ibi non allegavi in *l. famoſi*, ibi, *ad exemplum legis Iuliæ iudicandum eſt*, *ff. ad legem Iuliam*
10 *Maieſtat.* Item, qui pecuniam Reipublicæ ſubtrahit, crimen peculatus committit, ut *ff. ad l. Iuliam pen. l. 1.* ergò fortiùs qui viam publicam occupavit, quæ inter bona Reipublicæ, & regalia computatur, ut in *cap. 1. quæ ſint regal. in princ.* quæ etiam, & dignior eſt, quam pecunia, cuius eſt vilis, & abiecta conditio, vt *ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi in rem mobilem*, & *l. ſi quis vi*, *§. differentia*, *eod. tit.* Nam ſine via res hominum inutiles ſunt, vt *ff. de ſerv. urb. præd. l. binas ædes*, quia publico, & cunctorum uſui ſervit, ideò æquum eſt, ut cum plures offendat, acrius puniatur, Nam quantum quis excedit in numero perſonarum per ſe offenſarum, tantum, & in numero criminum punitur, vt *ff. de iureiuran. l. 1. §. fin. ff. de ſepul. viol. l. 3. §. ſi ad plures*, & 31, *quæſt. 1. cap. quomodo*, & ex rei nobilitate in eum pœna grauior conſtituitur, argumento, *ff. de euict. l. emptori*, *§. 1.* & *in auth. de non alien. §. ſi mouet*, & 22. *quæſt. 1. cap. mouet*, & *C. de his, qui ex public. ratio. l. fin. lib. 10.* & hanc partem firmat *Luc. de Penna in dict. l. 1. C. de diverſ. præd. vrban. lib. 11.* vel poteſt dici, quod teneantur pœna quinquaginta librarum auri, argumento, *C. de ope. publ. l. qui ſine*. Sed iuxta hoc quæro, an Vniverſitas poſſit imponere ſervitutem in via publica? certè, non ſi recognoſcit ſuperiorem, cum tunc ſolus Princeps poteſt imponere, ut *ff. de aqua plu. arcen. l. ſi prius*, *§. ſed loco*, & *ff. de via publ. l. 1. cum concord.*

11 Item quæro duo ſunt, qui habent curtem, ſeù viam communem, vel debetur alteri ſeruitus per fundum alicuius, unus emit aliam domum, ſeù prædium iuxta ſuum, ad quod trahit uſum viæ, ſeù curtis communis, aut ſervitutem, cum ſibi debeatur, an poſſit? videtur, quod non, argumento, *l. Parphippum*, *Cod. de cur. pub. lib. 12.* & *ibi Luc. de Penna* tangit iſtam quæſtionem, & concludit, quod ſi domino prædii ſeruientis nullum incommodum contingit poteſt ille uti via ad illud prædium, aliàs ſecus, & pro hoc facit, *ff. de aqua quot.* & *æſtiu. l. 1. §. item Labeo*, & *ff. de itin. actuq. priuat. l. 3. §. penult.* Sed utiliter circa hoc quæro, an ſi aliquis habet Terram in media aliarum Terrarum, & non habet viam unde poſſit ad dictam Terram accedere, an vicinus teneatur præſtare viam ipſam pretio mediante, dicit *Bart.* quod non in *l. 1. ff. de ſeruit. legat. per textum in l. binas*, *ff. de ſeru. urban. præd. cum gloſa ſua*, & *notat Bart. in l. qui duas in fin. ff. de ſeruit. legat. facit text. in l. in vendendo*, *ff. de contrahend. empt. bonus eſt textus in l. via*, *§. fin. in fin. ff. de ſeru. ruſtic. præd.* & *in l. penult. ff. de euict.* & *not. ff. de adim. leg. l. 3. §. ſi loci*, & *pro hoc eſt bonus tex. in l. ſi quis ſepulchrum*, *ff. de relig.* per locum à ſpeciali. Nàm ſi favore religionis vicinus cõpellitur vendere viam, ergò in contrarium eſt ius commune, ut *l. ius ſingulare*, *ff. de legit.* Sed in contrarium facit *text. in l. 2. §. rectè*, *ff. ſi ſeru. vend.* Ergo plenè iſtã quæſtionem examinaui poſt *Andr. in cap. 1. §. ſi quis de manſo*, *de controuerſ. inueſtit.* In Ciuitate autem Neapolis eſt conſuetudo ſcripta, quod vicinus teneatur vendere viam vicino, ſi non habet viam ad terram ſuam, ut patet in 1. *conſuetud. in tit. de ſeru.* & ſi habet unam viam licet longiorem, non debet hebere aliam breviorem. Nàm homo duabus viis terram ingrediẽs eſt maledictus, ut in *cap. quidam viam*, *extra de apoſtat.*

12 Nunc venio ad vias privatas vicinales, & dic, quod via privata eſt, quæ debetur ab agro alteri agro, ut dicit *textus in l. 1. §. priuatæ viæ*, *ff. ne quid in loc. publ.* & duplex eſt via privata, ut dicit *textus in l. 1. §. priuatæ viæ*. Vicinalis via dicitur illa, quæ eſt in vico, vel ad vicos ducit, ut in *dict. l. 2. §. viarum*, *verſ. vicinales*, quod latiùs proſequitur *Dom. Sebaſt. in præallegat. conſuetud.* incip. *ubi domus*, *de iure congrui*, ubi etiam dicit, quid ſi vicus, & quid villa ex quibus infertur, quod via vicinalis non tollit vicino ius congrui, quia iſte Tex. loquitur tantum de via publica, & eadem ratione dic, quod riuus priuatus non tollit ius congrui, *l. 3. ff. de interdict.* ſed flumen publicum ſic, & pro hoc facit *l. ſi autem*, *cum l. ſequenti*, *ff. fin. regund.* Sed ſi flumen eſſet deſiccatum, tunc habet locum ius congui, per ea, quæ habentur in *cap. 1. §. ſi quis de manſo*, *de controuer. inueſt.* ſed in iis ſpecialis terræ conſuetudo attendenda eſt, & ſeruanda, ut *C. de ædi. priuat. l. an in totum.* Itẽ quærit *D. Sebaſt. in dict. conſuet.* pone, quod

Digitized by Google

quod dicta via est sub quodam portico, supra quem porticum ego, & tu habemus domus coniunctas ad inuicem, ius congrui super eo, quod est ædificatum in porticu? videtur, quod non, quia porticus est ædificatus super via publica, & 13 consequenter non habet locum ius congrui. In contrarium facit, quia coniunctio non solum attenditur circa solū terræ, quod est publicum, sed etiam circa confines, qui sunt priuati: Solue primò quantum ad cellaria, quæ sunt inferius iuxtà viam publicam portici desuper existentis, non habet locum ius congrui, quia via est in medio, sed ad membra superiora habet locum ius congrui: quia confines sunt priuati, & latera sunt priuata, & pro hoc facit in argumento, *ff. de aqu. quotid. & æstiu. l. hoc iure, §. fin. & ff. de aqu. pluu. arcen. l. super iter alienum in princ.* & sic una domus, quæ venditur, potest in partem euinci iure congrui à vicino, & in partem non, quod est menti tenendum, quia sæpè venit de facto in Ciuitate, vbi sunt multi portici. Quid autem de Pōte, vide per *Bart. in l. supra iter de aqua pluu.*

14 Secundo nota ex *text. ibi*, *Ecclesia*, quod Ecclesia non agit, nec conuenitur iure congrui, siuè emat, siuè habeat prædia vicina rei venditæ. Nàm illa non potest petere ius congrui. Et aduerte quia secundum opinionem, quàm infrà subdam, magis est priuilegiatus Clericus, quàm Ecclesia ipsa, & expone prius illud verbum, *Ecclesia*, quia non ponitur pro parietibus Ecclesiæ, quia parietes non possunt contrahere, nec agere, nec conueniri, licèt aliter dicat *glosa in l. sicut, §. 1. ff. quod cuiusq; vniuers. nomin.* sed exponitur illud verbum, *Ecclesia*, ideſt aliquis nomine Ecclesiæ, etiam si esset laicus; Vndè si ego laicus emo nomine Ecclesiæ domum, vicinus habet ius congrui, quia Ecclesia videtur emisse, & hoc tenet *Dom. Sebast. in consuetud. si Ecclesia, de iure congrui*, & fortiori ratione dicendum est, si Clericus, vel aliquis Prælatus emit nomine Ecclesiæ, quod non petitur ab eo ius congrui, quia Ecclesia est illa, quæ possidet, cum Prælatus dicatur Procurator ipsius Ecclesiæ, ut in *cap. 2. de donat.* & sic ponitur hic Ecclesia in genere, comprehendendo tàm Ecclesiam triumphantem, per quam significatur Christus, 19. *q. 1. cap. quicumque* quàm Ecclesiam militantem, per quam significatur Papa, *in d. cap. quicumque* quàm Ecclesiam defendentem, per quam significantur Prælati, & Lectores Ecclesiarum, *ut Ageas. 1. cap. similiter*, quā Ecclesiam personalem, per quàm significatur Capitulum, cum Ecclesiam vacata Pastore, *vt extra de rescript. cap. cum te, & melius 7. q. 1. cap. scire debemus.* Sed quid si Clericus emit non pro Ecclesia, sed pro se ipso, & hæredibus suis, an contra eum possit agi iure congrui ad rē emptam, & an Clericus habens domum 15 propriam, & non Ecclesiæ vicinam rei emptæ, habeat ius prothomiseos, *Dom. Sebastian. in consuet. vbi domus, in verbo Ecclesia*, tenet, quod Consuetudo de iure congrui comprehendit Clericos quātum ad eorum bona propria, ut dixi supra *in §. 1. in 3. notab.* & istam opinionem videtur tenere *Bart. in l. cunctos populos, in 5. quæst. C. de Summa Trinit. & Fid. Cath.* prout ibi retuli. Sed contra opinionem *Bart.* videtur tenere *Dom. Abb. in cap. cum laicus reb. Eccles. non alienand. & Bald. in dict. l. cunctos populos, in 13. colum. & Salyc. in auth. cassa, de sacrosanct. Eccles. & idem tenet Calder. in cons. suo 11. sub tit. de constitutionibus*, & idem videtur tenere in simili *Ludouic. de Ros in cons.* 484. & pro ista opinione, quod Clericus emptor prædii non possit conuenire iure congrui, si emit nomine proprio, adducitur optima ratio quia non solùm dicitur fieri contra libertatem Ecclesiæ, quando fit contra priuilegia generalia, concessa Ecclesiis, sed etiam quando fit contra ius commune, quia facilius tollitur priuilegium, quàm ius commune secundum *Ioannem de Imola in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de Constitution. & patet in auth. cassa de sacrosanct. Eccles.* vbi expressè dicitur fieri cōtra libertatem Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quando fit contra canonicas, & temporales sanctiones, & constat in iure communi, vicinos non posse extraneos emptores repellere, ut in *l. dudum, C. de contrahen. empt.* Sed statutum contra libertatem Ecclesiæ nō valet, ut in *dict. cap. Ecclesia*, ergò Clericus non ligatur iure congrui. Sed ista ratio procedit, si volumus tenere, quod ius congrui sit in Ciuitate virtute consuetudinis, aut statuti, sed ius congrui introductum sit vigore iuris communis per istam legem *Freder.* hæc ratio non procedit: undè posset alia ratio assignari, quia etiam dato, quod ista lex sit ius commune, non ligat Clericos quantum ad eorum bona propria, si emunt. Nàm tunc dicitur contra libertatem Ecclesiæ fieri, quando Clericus ratione legis laicis laicorum sit timidior, secūdū *Barto.*

Digitized by Google

in l. 1. §. quæ honorandæ, ff. quarum rerum act. non datur, & tenet Petr. de Anchar. in repetit. canonum statuta, in 11. quæst. de cõstitut. & docet Franc. d. Zabar. in c. perpendimus de sententia excõmun. & Paul. de Cast. in cõs. 336. Sed per hanc legem *Feder.* Clericus fit timidior ad emendum, ex quo timet sibi postea res empta auferri à vicino iure congrui vigore huius legis; ergò dicitur ista lex contra libertatem Ecclesiasticarum personarum. Quare concludo, quod Clerici possunt gere iure congrui contra laicos sed laici non agunt contra Clericos iure congrui, & hoc tenet *Io. de Imol. in dict. ca. constitutus, de restitut. in int. gn.* vt retuli supra in *princ. legis, in 3. notab. & idem tenet in dict. cap. Sanctæ Mariæ, & hoc etiam tenet Dom. Abb. in dict. cap.*
17 *constitutus.* nam Clerici possunt vti statutis, & consuetudinibus laicorum, quaternus concernunt eorum fauorem, secundum quod consuluit *Paul. de Castro. in cons. prælleg.* & ista opinio sic breuiter recitata videtur vercior de iure, sicèt de facto male seruetur. Et ex ista opinione sequitur, vt supra dixi in *prin. huius notabil.* quod Clericus est magis priuilegiatus, quàm Ecclesia quia Ecclesia non agit, nec conuenitur iure congrui, vt dicit *text.* sed Clericus agit, sed non conuenitur iure congrui, quod est mirabile. Sed pulchrum esset inuestigare ratione diuersitatis, potest dici, quod ratio sit ista, quia Ecclesia temporales facultates non reputat proprias, sed communes, *vt 12. quæst. 1. cap. exemplus alàs extraneum. & cap. sequenti, & cap. habeat,* & ideò dicitur, quod de rebus Ecclesiæ fiunt quatuor, vel tres partes. Nàm una pars est pro fabrica ipsius Ecclesiæ. Secunda pars est pro sustẽtatione Episcopi. Tertia pars est Clericorũ obsequentiũ Ecclesiæ. Quarta datur pauperibus, & peregrinis *12. quæst. 2. cap. confessio.*, & *16. quæst. 1. constitutum*, & propterea Ecclesia nec agit, nec conuenitur iure congrui, quia bona sua sunt omnibus communia, & ratione cõmunionis non agit iure congrui, sed bona Clericorum non sunt communia, ideò agunt, & non conueniuntur iure congrui, nihilominus super ista ratione relinquo cogitandum.

18 Sed quæro, quid de Ecclesia non consecrata? dic idem prout in Ecclesia consecrata, si auctoritate Episcoporum fuit ædificata; ut in *cap. Ecclesia; extra de immunit. Eccles. & cap. ad hæc de relig. dom.* esset hic tangenda quæstio, an statutum laicorum comprehendat Clericos, & Ecclesiasticas personas, sed quæ ista quæstio in plerisque locis plenè examinata est, videlicet per *Bart. & Angel. in l. filius familias, §. Diui, ff. de legat. 1. & per Bald. & Cynum in aut. cassa, & in auth. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles. & per Barto. in cons. suo incip. Damini priores, & Petrum de Ancharano in dict. repetit. canonum statuta, in 2. colum. & per Abb. Sicul. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & ibi per alios Doctores, & per Lapum in allegat. 30. & per Angel. in cons. suo 49.* & plenius per *Dom. Andr. Barbat. in repetition. rubr. de reb. Eccles. non alienan. in 2. quæstion. princ. & in 3. quæst. princip.* tractat, quãdo dicitur statutum contra libertatem Ecclesiæ. Ideò omitto, quia eius dictis in veritate nihil adde rem.

19 Sed iuxta prædicta quæritur, quid si aliquis emit domum pro ædificanda Ecclesia, an possit conueniri iure congrui nondum ædificata Ecclesia? dicit *Dom. Sebastian. in consuetud. ff. Ecclesia*, quod sic. Nam potest esse, quod non ædificetur Ecclesia, & sic unus semper esset excluſus à iure congrui, quia semper emptor posset dicere, quod emit pro construenda Ecclesia. Sed quid si incepit ædificare Ecclesiam pendente litigio iuris congrui? dic, quod non consideratur initium fabricæ, sed finis. Nam plerũq; propter defectũ dotis nõ fabricatur Ecclesia, *ut in auth. ut nullus fabricet domum Oratorii, §. 1. & 2.* Item, quia Ecclesia nondum fabricata est nulla, ut in *Clement. literas, de rescript. & notatur in cap. audientiam de Eccles. ædific.* & sic illud, quod esse potest non præiudicat vicino quoad ius congrui, facit in argumẽto *cap. Abbate sanè, de rei iudic. lib. 6.* & ideò habebit locum ius congrui, nisi sit visum Iudici, multis concurrentibus cõiecturis, quod illa domus empta omninò, fiet Ecclesia, tunc cessabit ius congrui, quia lex multà remittit arbitrio Iudicis. prout accumulaui in *cap. 1. ex quib. caus. feu. amitt. §. sed pone*, dicit statutum Ciuitatis Neapolis, quod Ecclesia non habeat ius congrui. Quid si Ecclesia sit extra districtum Neapolitanum. Sad illa Ecclesia bona habet in Ciuitate Neapolis, respectu bonorum, quæ habet in dicta Ciuitate, excludatur à iure congrui virtute statuti? Videtur, quod non, quia statutum non extenditur ad Ecclesiã extra districtum, ut dicit *Dom. Sebastian. in proem. cõsuet. Ciuitatis Neapolis, in verb. districtum, & in prima consuetud. de succes. ab intestat. in verb. antiquitas.* In

con-

Digitized by Google

contrarium tamen eſt veritas, quia ligatur ſecundum conſuetudinem, ubi ſunt bona, & hoc ius congrui eſt ius reale, quod ſequitur ipſam rem, ut plures dictū fuit, & pro hoc facit *text. in auth. ut Eccleſia Romana, in princip.* vbi debet conſiderari conſuetudo, vbi ſunt res, facit, quod dicit *Bald. in cap. 1. §. ſi qua controuerſia, de pace conſtan.* vbi dicit, quod in feudis inſpicitur conſuetudo, vbi ſita eſt feudalis, & idem dixit in *cap. mulier, ſi de feud. fuer. controuer.* & *ibi etiam gloſa vltima quæreba: idem Dom. Sebaſtian. in conſuetud. ſi Eccleſiæ*, ſi quidam iuſſit fieri capellā, & legauit certas poſſeſſiones dictæ capellæ, vel ipſam inſtituit hæredem, an ipſæ res ſubiiciantur iuri cōgrui, & decidit, quod capella, quæ non dum eſt creata, eſt nulla, ut in *dicta Clement. literas*, & ideò habet locum ius congrui. Nec obſtat, quod hæreditas iacet, & hæreditate iacente, non poteſt conueniri; quia tunc poterit peti, quod detur curator illi hæreditati iacenti, ut in *l. cum non ſolum, §. ſin autem, Cod. de bon. quæ liber.* Sed mihi videtur, quod iſta quæſtio ſit ſuperflua, ex quo in legato, & in hæredis inſtitutione non habet locum ius congrui, ut patet ſupra *in eodem l. §. 3.* Item quæro, an bona pauperum dicantur bona Eccleſiaſtica ità quod non habeat locum ius congrui de hoc dixi ſupra in *§. 1. in 1. notab. in quæſt. quid de bon. ſtaurit.* Item quæro, quid ſi aliquis emit unam poſſeſſionem ut fructus illius poſſeſſionis habeant deſeruire uni Præsbitero pro dicenda una Miſſa de requiem æternam in perpetuo tali capella, an habeat locum ius congrui. Reſpondeo, non, quia per Corpus Chriſti, quod in Miſſa leuatur, ſignificatur Eccleſia triumphans, ut *1. quæſt. 1. cap. in Eccleſia, & 26. quæſt. 2. & cap. ſi illud, & extra de ſent. excom. cap. ſi illud*, & ex his patet, quod licitè Eccleſia poteſt poſſidere facultates temporales. Nàm ſicut anima ſine corpore corporaliter non viuit, ſic nec Eccleſia ſine temporalibus in nullo proficit, *1. quæſt. 3. cap. ſi quis obiecerit.* Multæ quæſtiones poſſent tangi ſub iſto verbo *Eccleſia*, ſed, quia non eſſent de materia iuris congrui, ideò ſilentio prætermiſi.

Tertiò, & ultimò nota ex *textu.* ibi, *fiſcus*, quod Fiſcus, ſiuè Reſpublica non agit, nec conuenitur iure congrui. Quid autē de bonis patrimonialibus Imperatoris, ? dic, quod magna eſt differentia inter bona fiſcalia, & bona patrimonialia Imperatoris, ut in *l. bene à Zenone, C. de quadrien. ſcript.* ibi dum dicit, *non à fiſcalibus, ſed ex priuata eorum ſubſtantia*, & ideò puto, quod in bonis patrimonialibus Imperatoris, vel Regis habet locum ius congrui. Quis autem dicatur habere Fiſcum? Certè Imperator, & omnes Reges liberi Fiſcum habent, ut notat *Andr. in cap. 1. in verb. committentium crimen. leſæ Maieſtatis, in tit. quæ ſiunt bona regal.* & *notat gloſa in proem. conſtitut. Regni, propè fin. C. de fiſc. vſur. l. 3. lib. 12.* & *C. de fide inſtrument.* & *iur. haſtæ fiſcal. l. 1. in princ. lib. 11.* & *Cod. de cenſt. l. grauitas*, & *de prin. agen. in rub. l. 3. in fin. lib. 11.* & *Innocent. in cap. ſincera, in fin, extra de donat. inter vir.* & *vxor.* Sed an Eccleſia habeat Fiſcum? certè ſic ut patet in *cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præben.* & *in Clemen. nolentes, de hæretic.* & *10. 17. queſt. 4. cap. ſi quis.* Quid autem de Ciuitatibus, & aliis Dominus recognoſcentibus Dominos ſuperiores, an habebat Fiſcū? dic, quod non, vt patet *ff. de verbor ſignific. l. eum, qui vectigal.* & *C. de bon. vacant l. 1.* & *ff. ad municip. l. ſimile.* Sed an Reſpublica, & Fiſcus ſint idem, vel diuerſa Videtur, quod non ſint idem vt *ff. de bon. poſſeſſ. l. non eſt ambiguum*, & *pate. ff. de interdict.* & *releg. l. ſciendum, in gloſ.* In contrarium videtur, quod ſint idem, patet *ff. de iur. fiſci, in fraudem, §. neque, C. de iudic. l. properandum poſt princ.* nama cauſa Fiſci dicitur cauſa publica, vt *ff. de iur. fiſc. l. apud Iulianum*, & *de hoc notat Bart. ex gloſ. C. de iur. fiſc. lib. 11.* & *gloſ. in proem. Conſtitutionis Regni*, dicit tamen *Luc. de Penna in l. in prouinciis, C. de muner. lib. 11.* Quod Reſpublica eſt genus, Fiſcus eſt pars ipſius generis, vel Reſpublica eſt caput, Fiſcus eſt membrum Reipublicæ, ſaccus publicus vt dicit *Andr. in tit. quę ſint regal. referendo Auguſtin.* & *Doctor idem notat Luc. de Penna in rubr. C. de iur. fiſc. lib. 10.* & *in l. pen. C. de diuerſ. præd. vrban. lib. 11.* & Fiſcus dicitur burſa Cæſaris quia quod non accipit Chriſtus, vel Epiſcopus, accipit Fiſcus, vt dicit *text. 7. quæſt. 7. cap. maiores.* Sed quoniam hic fit mentio de Fiſco per vnicum verbum, & in iure noſtro ſunt rubricæ propriæ, maximè in *ff.* & *C. de iure fiſc.* ideò ſuperſtitioſum eſſet quæſtiones ad materias fiſcales pertinentes hic tractare: Priuilegia autem Fiſci aliàs dixi in *§. precedentibus*, & *ponit Bald. in l. 1. C. de hæred. vel actio vend.* & ergo plura alia poſui in *c. 1. de fratrib. de nouo benefic. inueſtit.* Quare finem facio huic *legi Frederici Imperatoris, in qua Bald.* ſcripſit

Digitized by Google

sit per duas chartas tantum. Nec unquam aliquis Doctor dignus nominari in hac lege scripsit, benè tamen noster *Sebastian. Neapo. in consuetud. Ciuit.* scripsit Multa de supradictis quæstionibus, & ultra eum alias ego hic posui, Fateor tamen hac in lege nihil dixisse de rustico, qui non habet ius cogrui, sed hoc ex speciali consuetudine in hac Ciuitate, & lex ista nichil de rustico dicit. Ideò superfluit est hic videre quis dicatur rusticus, vel villanus: sed de hoc habens per *glos. & Aud. in Constitut. Reg. Prosequentes, de testib. contra comites, milites produc.* & dixit in *cap. 1. §. si quis rusticus de pace tenend.* Et omnia, quæ hic dicta sunt per me *Math. de Afflict. legum Doctor de Neap.* subiicio ingenio meliùs scientis, vt vtar verbis *Iurisconsulti in l. Claudius felix, ff. qui pet. in pign. hab.* Et sic finem facio ad Dei omnipotentis, eiusq; gloriosissimæ Matris Mariæ laudem, gloriamque sempiternam. Amen.

FINIS TRACT. IVRIS CONGRVI. D. Matthæi ad Afflict. Neapolitani nunc recogniti, & ab omnibus erroribus diligentissime expurgati per D. Ioannem Baptistam Zilettum Venetum

ADDITIO

SVMMARIVM.

1 *Via publica quid sit, & num.* 2.
3 *Via in quibus differat à strada.*
4 *Via quotuplex sit.*
5 *Statutum loquens de via, de qua intelligatur.*
6 *Vniuersitas an habeat ius prothoraiseos.*
7 *Populo an liceat vendere viam.*
8 *Via publica an præscribatur per non vsum.*
9 *Transire per agrum vicini quando liceat.*
10 *Occupans viam publicam qua pœna puniatur.*
11 *Surripiens pecuniam publicam qua pœna puniatur vbi causa deciditur.*
12 *Latitudo viæ quanta esse debeat.*
13 *Consuetudini an standum sit circa latitudinem viæ.*
14 *Vniuersitas an possit seruitutem in via imponere.*
15 *Via publica an vendi possit.*
16 *Vicinus an teneatur vicino viam accõmodare.*
17 *Via vicinalis quænam sit.*
18 *Retractus an detur existente via in medio.*
19 *Ius congrui an detur via existente in porticu, super quo adsunt ædificia.*

Ad §. 9. Est autem.

AD 1. *notab.* quid sit via, præter definitionem *Napodani, in consuet.* 1 *vbi domus, in glos. via publica, num. 56. lit. A. eodem hoc in tit.* quæ transcribitur hic per *Afflict.* de verbo ad verbum; sicut ipsemet *Afflict.* fatetur hæc esse verba *Dom. Sebastian. Napodan. vt in fine hic num.* 5. qui immeritò obiurgatur per *Rendell. in glos. via publica num.* 1. dicendum esse *glos. illam Anton. Caputi* appellantem *Afflict.* expilatorem.

2 Et sic ad rem nostram dic, quod via sit ius eundi, agendi, seù ambulandi, vt ait *I.C. in dicta §. via, ff. de seruit. rust. præd. & Institut. de seruitut. §. via, & apud Tiraquel. annot. in genial. dier. lib. 2. cap.* 20. habetur, viam esse hominis, iumenti, ac vehiculi, addè *Cepol. tit. de ser. rust. prædior. de ser. viæ c. 3. nu.* 21. & in

3 quibus differunt via, & strada, dicas stradam esse lapidibus silicatam, seù macadonatam, secus via, & ideò non habet locum de una ad aliam statuti extensio, *Bartolus in l. absit, C. de priuilegiis dominæ augustæ, lib.* 11. *vt per eundem Cepollam supracitatum num.* 3. *per Bard. super Bullam Sixtinam, in notab. §.* 1. *n.* 2. vbi refert; quod statutum de via loquens, de via publica esse intelligendũ,

4 & via quotuplex sit? dicas esse publicã, priuatam, & vicinalem, vt per *Napodanum*, quem sequuntur omnes *Scribent.* hic, & in specie *Bardus in loc. supracitato, in vers. quotuplex sit*, vbi diuidit hoc nomen viæ in pluribus modis præter *Vlpiani* diuisionem in *l. 2. §. viam, ff. ne quid in loc. publico, vel priuat.* & apud alios *Scribentes.*

5 In *text.* ibi, *de via publica*, adde, quod non solum est intelligendum de via publica, verùm de qualibet alia publica re, ac de aliis numeratis per *Rendel. hic super Constitut. in glos. tria sunt, num.* 1. & 2. *in hoc eodem §. text.* 8. sed ad materiã vide omninò *Cepollam in tit. de seru. rustic. prædior. num.* 34. *tit. de seruitute viæ*, vbi meminit de hac præsenti *Constitut.* Quid de Vniuersitate, an habeat ius

6 congrui, & an habentes causam ab ipsa emptores rerum, Vniuersitatis, circa hoc adde *Illustrissium Marchionem Ca-*

Digitized by Google

tolum Tapia Regentem in suo amplissimo Codice ius Regni in 4. lib. in tit. de iur. prothomis. ibique solemnes allegationes doctissimorum olim I. C. ac Aduocatorum Sacri Consilij *Anelli de Amato* primarii Aduocati, deindè ad Præsidatum Regiæ Cameræ Summariæ promoti, qui etiam fecit consilia decisiua, necnon *Hyppoliti Vannii* similiter I. C. antiqui, in causa illorum de Merenda da cessionariorũ cuiusdam quarterii dicti, *li Calendini*, Vniuersitatis Terræ Paterni, contra illos de Grandinettis eiusdem Terræ, ut in eodem 5. *lib. uers. quinque sunt, præcipuè nu[illegible] usq; ad finem tit.* de aliis verò personis, quibus non spectat ius prothomiseos, vide apud *Rendell. in glos. tria sunt, num.* 1. & 2. *in hoc eodem §. in text.* 8. de quibus etiam nos supra diximus in diuersis locis, & apud eumdem *Rendell. in glos. uia publida, num.* 4. 13. & 14. sed quid in via vicinali, vide apud eumdem *Rendell.* & *Mar. Anton. Bardum. in eodem tract. in §. 7. notab. 3. num.* 8. *uers. quantum uerò*,
7 & si in venditione viarum detur prothomisim, & si liceat populo etiam vendere, vel ne, vide eumdem *Rendel. ubi supra*, & *Afflict. infra num.* 2. & an via, à qua egreditur in viam publicam, utatur viarum publicarum iure, vide *Gaspar. Thesaur. in suis quæstionib. forensib. in quæst.* 89. *num.* 4. *lib.* 2. & si per non
8 usum præscribitur via publica, dic, quod non per *tex. in l. uia publica, ff. de itin. actuq. priuat.* circa autem præscriptionem viæ vicinalis, videa *Bald. in cons.* 44. *p.* 8 & *Cepol. in tit. de seruit. rust. prædior. cap.* 3. *tit.* 3. *de seru. uiæ, num.* 2. & quando licitum sit transire per agrum vicini,
9 si via publica est lutuosa, & rupta, vide *Annam in singular.* 582. *Baldũ in tract. de statutis, §. affinis num.* 7. *tom.* 2. *in nouiss. addition.* & de illo, qui sub figura meliorandi viam, aliquid de via usur-
10 pat, occupando viam publicam, & fossata, qua pœna puniatur, videas eumdem *Cepol. ubi supra, num.* 61. *fol. mihi in paruis* 245. sic etiam, & in propriũ
11 usum vertentes pecuniam publicã crimen peculatus committentes, quã pœnas plectantur, & de materia peculatus, *l.* 1. & 3. *ff. ad legem Iul. peculat.* videas *Specul. in tit. de prob. §.* 1. *uers.* 10. & *Pereg. de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 3. *per tot. adde Afflict. in tit. de fratr. de nou. benef. inuest. lib.* 2. *in fallen.* 67. *fol. num.* 9. & nota, quod in anno 1651. in hac Ciuitate nostra fuit decapitatus quidam Officialis generalis Questoris nominis N. N. propè Castrum nouum propter hoc crimen peculatus, quem non nomino propter modestiam. Actuarius fuit Ianuarius Casolla, cui crimini erat annexa falsitas, cum qua ceperat pecuniam cum nonnullis aliis complicibus, qui fugam arripuerunt, & deindè fuerunt per Regiam Iunctam ab Excellentissimo Dom. Prorege mandatam facti contumaces, & deindè foriudicati, & quæ sit propria pœna peculatus, in quibus casibus usque ad pœnam mortis naturalis extendi possit, vide *Dom. de Marin. resolut. quotidian. lib.* 1. *cap.* 291. *Dom. Iudicem Mag. Cur. Vicar.* & *Reg. Cons. Philippum Paschalem in tract. de virib. patr. potest. parte* 3. *cap.* 4. *nu.* 31. & 32. qui etiam eodem loco *superius num.* 30. ampliat procedere, etiam in capseris publici Banci, qui pecunias Banci inscitis Dominis in proprios usus conuertunt, ut tanquam fures criminaliter puniendos esse, per *Petrum Cabal. in resol. crimin. casu* 136. quod fuit obseruatum in anno 1650. in personam F. de F. capserii cuiusdam publici Banci in hac Ciuitate residentis, qui pro hoc delicto fuit condemnatus, & missus in Regias triremes ad remigandum perpetuo. Actuarius fuit Viola Scriba Fiscalis, licet secus consuluit *Dec. in cons.* 6. *in thesaurio Principis cit. ab eodem Dom. Pascal. vt supra. d. n.* 30.

12 Circa verò latitudinem viæ quæ, & quanta esse debeat, vide apud *I. C. in l. via constituti, ff. de seruit. rust.* & *in l. viæ latitudo supra cit. Cepol. ubi supra num.* 4. *vers. quæro secundò*, vbi circa latitudinẽ viæ seruitutis promissæ, & de latitudine viæ, vel stradæ, in qua seruitus non debetur, & an in dubio standum sit consuetu-
13 dinibus regionis quantam solet construi viæ letitudinem, idem *Cepoll. ubi supra*, & circa eius mensurationem vide *Bertach. in suo amplissimo repertorio, in verb. via*, & *in verb. dicta vers.* 2. & *in verb. distantia*, & *in verb. spatium*, *Abb.* & *Felin. in cap. olim num.* 4. *de except. Alciat. l.* 3. *ff. de verbor. signif.* & *apud eumdem Bertach. in verbo, distantia*, & *apud Tiraquell. loc. supra cit.*

14 Vniuersitas autem an seruitutem in via publica imponere possit, vide *Baldum in cons.* 206. *col. fin. vol.* 1. & *communiter DD. in l.* 1. *C. de diuers. præd. rust.* & *vnb. lib.* 11.
15 & si via publica vendi possit, vel ne pro ædificiis construendis, videas *Becc. in cons.* 15. *Cepol. in tr. de seruit. rust. præd. tit.*
16 *de seruit. viæ*, & ad id, quod vicinus tenetur præstare viam alteri vicino, soluto pretio, si alius vicinus viam non habet

exeun-

Digitized by Google

exeundi ad locum publicum, vide *Conſuetud.* quam nos habemus in *tit. de ſeruit.* quæ incipit, *ſi quis habens terram nõ tamen viam, &c. fol. mihi* 355. vide etiam *apoſtil. ibidem Dom. de Franchis* incipientem, *videas Andream*, de qua etiam *Conſuet.* meminit hic *Afflict.* noſter.

17 Circa verò *verſ. nunc venio ad vias priuatas vicinales*, quæ verò ſit hęc via privata vicinalis vide omnino *textum in l. prima, §. priuatas, & §. viarum, ff. ne quid in loc. publico, & omnes Scribentes hic*, & præter eos *Cepol. in loco ſu-*
18 *pra citato, num.* 68. & ad id, ſi detur, vel ne retractus, via vicinali exiſtente in medio, vel vico, ac riuo aquæ? dic, quod ſic, nam iſta non inducunt ſeparationem confinium, nec contiguitatem diuidunt, vt vicinus retractu uti non poſſit, pro quibus vide *Afflict. in deciſ.* 62. & *Ioannem de Amicis in conſ.* 1. incip. *in cauſa, & litæ num.* 17. *Marcum Mantuam in tract. eodem ad Afflict. hic in* 6. *dubita n.* 46. *Viuium dec.* 488. *Marilian. deciſ.* 64. quos citat *Dom. Epiſcop. Ric. in collectan.* 2300. & *Regium Conſiliorum Scipionem Theodorum in allegationibus ſuis in* 82. *allegat.* vbi etiam quæ ſit via vicinalis, quæ publica, quæ priuata, & circa ipſarum differentias. Sed quid de
19 via ſtante in porticu, ſemper quo adſint ædificia contigua, an detur ius congrui? vide præter *Afflict.* hic, qui mouetur ex auctoritate *Napodani*, non faciendo ſicut fecit *Caputus*, qui tranſcripſit dicta *Napodani*, ſub ſilentio pretranſecundo, ſicut inquit hic *Rendel. in verſ. quid tamen in conſ. via publica, num.* 14. & 15. *de Põte vbi ſupra*, & quæ dicatur via priuata, vide *Gratian. diſcept. for. cap.* 559. *num.* 5.

SVMMARIVM

1 *Eccleſia quot modis capitur?*
2 *Quæ veniunt appellatione Eccleſiæ?*
3 *Monaſterium, ac locus pius appellatione Eccleſiæ venit.*
4 *Eccleſia an ſubiaceat iuri prothomiſeos?*
5 *Eccleſia in quibus caſibus teneatur ad venditionem ſuæ partis.*
6 *Vicinus an teneatur vendere ſeruitutem altius non tollendi.*
7 *Emptor ab Eccleſia an conueniri poſſit iure prothomiſeos, & n.* 8.
9 *Eccleſia vendens, vel emens non ſubiacet diſpoſitioni huius Conſtit.*
10 *Emphyteota Eccleſiæ an habeat ius prothomiſeos?*
11 *Ementes ab Eccleſijs an ſint immunes.*
12 *Clerici an ſint immunes iure prothomiſeos, quando emunt nomine proprio?*
13 *Clerici gaudent immunitate de bonis Eccleſiaſticis, ac patrimonialibus.*
14 *Clerici an teneantur ad refectionẽ viarum, pontium, & aliorum.*
15 *Clerici Regulares an ligenter conſuetudine iuris congrui circa bona Eccleſiaſtica.*
16 *Clerici in quibus cauſis conueniri poſſint coram Iudice ſeculari, & num.* 25.
17 *Brachium ſeculare impartiendum erit, & quando.*
18 *Clericus auctor laudatus an declinet forum, & quid in confectione inuentarij?*
19 *Clerici an ſubiaceant. ſtatutis, & conſuetudinibus laicorum?*
20 *Clerici vti an poſſint ſtatutis laicorum eis fauorabilibus?*
21 *Clerici an comprehendantur ſtatutis odium comprehendentibus?*
22 *Leges laicales prohibentes arma Clericis portare an valeant.*
23 *Clerici conuenti coram ſeculari pro ſolutione cenſus an opponat exceptionem fori.*
24 *Statuta proibentia extractiones extra dominium num. ligent.*
25 *Eccleſiæ, quæ gaudere debent immunitate, an ſit neceſſaria conſegratio.*

1 AD 2. notabil. adde, quot modis capitur Eccreſia. dic, quod præter notata, & allata à *Rendel. in §. vltimo hic, in verſ. Eccleſia, nu.* 3. 4. & 5. *Bald. in margarit. in verſ. vltimo mortuo, & in cap. cum clerici, ibique Abb. Siculus de verbor. ſignific. poſt gloſam ordinariam* 7. *quæſt. v. cap. ſcire, in fine, tit. ne* Prælati, *Iaſon in repetitione l.* 1. C. *de ſacroſanct. Eccleſ. in princip* adde etiam *gloſam in cap. cum clerici, extra de verbor. ſignificat.* vbi amplè ponitur quot modis capitur hoc verbum, *Eccleſia, & in cap. finc Prælat. vi ſuas*, & quæ dicatur Eccleſia? dic, quod eſt thronum Dei, ſecundum *Speculat. in præam. in princ.* & quæ ve-
2 niunt appellatione Eccleſiæ? dic collectio fidelium vt in *tit. de conſecrat. diſtinct.* 1. *in cap. Eccleſia, & Clemen.* 1. *quæſt.* 6. *vbi Cardin.* Item Monaſterium, omniſq; locus pius, *Ioann. Andr. in tit.* 1. *in princip. de reſtitut. in integrum in* 5. *in nouel.* & latè eam capiendo, ità *Abb. in cap.* 2. *de conſuetudinib. & Cardin. in Clemen.* 2. *quæſtion.* 3. *de iudic.* item pauperes *Baldus in l. omnes, C. de Epiſcop. & Cleric. l. ſi quis ad declinandum, in princip. colu.* 5. *eod. tit.* apud Iudeos verò quomodo vocetur? dic *Synagoga, Abb. in cap.*

In-

Digitized by Google

Iudeis, apud Saracenos appellatur *Moſquea*, adde *R. P. Suar. in tract. de virt. ac ſtat. relig. tit. de tempor. ac locorum ſacrorum religioſa obſeruatione. lib.* 3. *cap.* 9. vbi quæ requirantur, vt dicatur Eccleſia, ſeu locus Religioſus pro immunitate gaudenda quærit.

Ad id circa Eccleſiam adde *Conſuet. noſtram Neap. ſi Eccleſia, in tit. de iur. con-*
4 *grui*, vbi diſponitur vt Eccleſia non ſubiacet iuri congrui nec paſſiuè, nec actiuè, de quo etiam ſupra adnotauimus in *notab.* 1. *§.* 2. *verſ. item quæro, n.* 8. *vt in dict. Conſuet. in verſ. & è conuerſo*, hoc item apud *Scribent. ſuper hanc Extrauagant. Imperatoris Frederici, vt per Rendel. in gloſa Eccleſia, n.* 3. *Benedel. n.* 12. *in hoc eodem §. Maxil. in Cõſuetud. Barenſi, tit. de iur. prothomiſ. in* 3. *Conſuet. n.* 16. *Gomes. in ll. Tauri, l.* 70. *n.* 6. rationemque apud eumdem *Rendel. cit. loco* reperies, vt in *nu.* 5. *verſ. eſt autem, Do. de Marinis in libr.* 1. *quotid. reſolut. cap.* 55. *num.* 15.

5 Et quando, & quibus in caſibus Eccleſia teneatur, & cogi poſſit ad vendendum ſuã partem pro ampliatione alterius Eccleſiæ contiguæ. Quidue pro ampliatione atrii Eccleſiæ; ſi vicinus compellatur ad vendendum etiam pro clauſtro, & ſcalis Eccleſiæ, ac viridario Monaſterii, *Regens Sanſel. in addit. ad dec.* 307. *in* 3. *par.* vbi ſic fuiſſe ſeruatum refert in cauſa Monaſterii Diuæ Mariæ Angelorum Fratruum Minoritarum Sancti Franciſci ſiti extra menea ciuitatis huius per Collaterale Conſilium, atiam pro ampliatione Eccleſiæ, eiusque conſtructione, vide *Gizz. Gidrb. & de Thoro. in loc.*
6 *cit. per eumdem Regent. Sanſe.* & ſi vicinus tenetur vendere Eccleſiæ ſeruitutem altius non tollendi idem *Dom. Sanſel loco cit. & per Fontan. deciſ.* 279. *nu.* 13. *Grammat. deciſ.* 75. *Caroc. deciſ.* 262. ſic etiam pro ampliatione Seminarii Cappellanorum, & aliorum locorum, vt apud *de Franch. dec.* 123. *Gaſpar. Theſaur. queſt. forenſ. quæſt.* 64. quod dictum fallit in Fiſco, vt diximus ſupra, & quid in re communi, idem *Sanſel. cit. dec.* 307.

7 In emente ab Eccleſia an contra ipſum habeat locum ius congrui, adde *Napoda. in Conſuetud. Neap. ſi Eccleſia in gloſa emat num.* 77. vbi tenent affirmatiuè, ibi, *Reſpondeo emptorem teneri, Benedel. in eodem tract. num.* 11. *in verſ. tertius ſi Eccleſia, Rob. Maranta in* 8. *diſput. nun.* 57. *verſ. ſed pulchrum dubium eſt.* vbi indiſtinctè tenent pro parte affirmatiua, poſſeque vicinum agere iure congrui contra empto-
8 rem Eccleſiæ, rationemque aſſignat, quia ius congrui afficit emptorem, tertiumque poſſeſſorem qui legibus laicorum ſubiacet, ex mutatione perſonæ mutatur, & rei conditio ait idem *Maranta*, vt ſupra, ſic etiam per *Maxil. in Conſuetud. Barenſi*, incipit,
9 *Colonus §. item nec Eccleſia, num.* 18. *& ſequent.* licet Eccleſia, quæ vendidit, non ſubiaceat huic Conſtitutioni, nec eius diſpoſitioni, lex Regia non comprehendit Ec-
9 cleſiam, vulgatis Iuribus, ſed per Affl. ſecus habetur, vt ſupra in *d. §.* 1. *notab.* 3. *num.* 8. *Dom. de Marin. in cit. cap.* 55. *n.* 15. & per nos etiam ſupra *cit. §.* quem ſequitur *Boe. in deciſ.* 234. *num.* 1. pro reſolutione huius quæſiti vide *Proſper. Rendel. in eodem tract.* ſæpè cit. *in §. vlt. in verb. Eccleſia, à num.* 11. *vſq. ad num.* 14. *verſ. tertius eſt caſus.*

10 Et ſi emphyteuta Eccleſiæ habeat, vel ne hoc ius congrui, *Do. Epiſcop. Ric. in collectan.* 2148. *in fine*, vbi citat *Tuſcum in fingul.* 16. & ſi ementes ab Eccleſiaſticis perſonis ſint, vel immunnes à gabellis & datiis, videas *Speculat. in tit. de immunit. Eccleſ.*
11 *§.* 1. *de Amic. in conſ.* 180. *Gabr. commun. concluſ. in tit. de legib. lib. concluſ.* 3. *n.* 19. *Bald. conſ.* 31. *volum.* 1. *Tiraq. de retract. lignag. §.* 1. *glo.* 13. *n.* 12

12 Deindè quærit Afflict. quid in Clericus, ſi poſſint conueniri iure congrui quando emunt nomine proprio, cui adde ea quę ſupra in *§.* 1. *notab.* 3. *nu.* 8. adnotauimus, nec non, & eumdem *Do. de Marin. in ſupra citato cap.* 55. *libr.* 2. qui *nu.* 1. inquit, quæſtionẽ hanc adeò controuerſam inueniſſe apud DD. vt quaſi cernere non potuit, quænam ſit magis communis ſententia. pro ornatu verò huius adde *Honded. in conſ. volumin.* 1. *Tiraq. de retract. §.* 1. *gloſ.* 13. *n.* 11. *&* 12. *Boer. cit. deciſ.* 331. *num.* 2. vbi poſt quæſtionẽ propoſitam circa Eccleſiam, deſcendit ad Clericos, *Capyc. decis.* 98. vbi *Dom. Addent.* & ſpecialiter *Dom. Proſp. Petra* ex antiquiſſima, ac nobiliſſima familia Baronũ Vaſti Girardi, cuius nepos Dom. I. C. D. Carolus Petra peritiſſimus iuvenis, omniſque generis doctrinæ ornatiſſimus ſectatur nunc veſtigia, *Benedel.* qui teſtatur de communi, ut citato loco *num.* 15. & in principio Conſtitutionis, *num.* 121. *in ampliat.* 11. *Gomeſ. in leg. Tauri in l.* 21. *num.* 20. *Mattienz. ad eaſdem leg. ad* 7 *leg. nu.* 5. *Marantam, & Maxil. loc. ſupra cit.* oculatiſſimũ *Camillum Borrellum* doctiſſimum virum, olim in ſua ſenectute Iudicem in noſtra Magna Curia Vicariæ in ciuilibus, qui cũ eadem officii adminiſtratione obiit, ſuper *Pragm. odia litium. in* 1. *§. gloſ.* 3. *nu.* 238. *Mantuan. lib.* 2. *dial. Iur. dialog.* 39. *in fine*, & apud eumdem *Tiraq. in alio loco gloſ.* 8. *§.* 1 *num.* 41. *in verb. ſeparent, Napodan.* in cita-

Digitized by Google

ta *Conſuetud. Neap. in Eccleſia, & in Conſuetud. ubi domus, in verb. Eccleſia*, vbi diſtinguit in Clerico emente pro ſe, vel pro Eccleſia, & in Clerico emente pro titulo ſui patrimonii, ut in hoc caſu conveniatur coram ſuo Iudice competente, ſic etiam apud *Anton. Caput. in gloſ. cit. Eccleſia, per totum*, vbi refert eadem *Napodam* verba, & *Afflict. noſter ſupracit. §. 1. num. 8. & 10. & demum Rendel. in cit. tract. num. 16.* loco ſupra citato *Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 742. num. 16. & Dom. de Thoro in compend. deciſ. Neap. par. 2. in verb. ius congrui, fol.* 321. vbi quærit ſi competit Clerico contra laicum in foro ſæculari, *de Franchis dec.* 285. *Reg. Sanſel. deciſ. 2. num. 3. par. 1.*

13 In feudalibus verò quid iuris, an recognoſcatur à laico, idem *Reg. Sanſel. cit. dec.* & an gaudeant immunitate Eccleſiaſtica de bonis patromonialibus, adeſt Bulla Beatiſſimi, ac Sanctiſſimi *Papæ Honorii* impreſſa inter volumen Pragmaticarum, ac Conſtitutionum Regni ſub *tit. quib. immun. Cler. gaud. deb. & cap. item ſtatuimus, quod Clerici ex conuentione, & Do. Reg. Tap. Ius Reg. liber. 4. in tit. de iur. prothomiſ. à num.* 59. *cum ſeq.* & ſi teneatur ad
14 refectionem viarum, pontium ad delicta commiſſa in conuicinio, videas Addendentes ad *Conſt. Reg. Si damna clandeſtina, tit. de homicid. l. n. 54. col. 2. & Dom. Regent. ac olim Præſid. S. R. C. D. Franciſc. Merlin. controu, foren. c. 2. n. 6.*

15 Statutum iuris congrui, ac alia laicorum an ligent Confraterias, ac Hoſpitalia, & ſi gaudent eiuſdem priuilegiis, ac immunitatibus Eccleſiaſticis, *Fontanel. in dec. Senat. Catalon.* 109. & 110. Verùm ſi de iure noſtro conſuetudinario Clerici Regulares ligenter circa bona Eccleſiaſtica concernentia ſeruitutem altius non tollendi, vel de communi pariente vtendo, vide *dec. Reg. Sanſel.* 188.

16 Et quibus in caſibus Clerici poſſunt conueniri non coram Eccleſiaſtico Iudice, ſed ſeculari, vide *Perrin. in addit. ad rubr. ritus* M. C. V. incip. *Item ſeruat. ipſa Curia, ſub rubr. de Cler. volent forum declinare*, affert multas fallentias circa Clericos, quando coram laico ſunt conuenienti tàm in ciuilibus quàm in criminalibus, quæ additio reperitur poſt *Reg. Conſtit. fol. mihi.* 397. ità *de Anna in ſing.* 135. *Afflict. dec.* 230. aliosue citatos ab Addente eius noto, videlicet *Reg. Conſil. Fabeo de Anna ad d. ſing. Genit Reg. Sanſel. in dec.* 160. *par. 2.*
17 vbi quando ſecularis teneatur brachium impartire ad petitionem Iudicis Eccleſiaſtici, & circa modum impartiendi, eumdem *Sanſel. in alia* 110. *deciſ. in par. 2.* vbi in Clerico citato in confectione inuentarii facien-
18 di, ait poſſe citari coram laico, ſicut etiam obligari pro tollendo ſequeſtro, præſtita cautione coram Iudice laico. Quid de Clerico coniungato circa liquidationem inſtrumenti obligationem penes acta M. C. V. an Iudex laicus ſit competens Iudex, idem *Dom. Reg. in dec.* 130.

Et ſic clericus citatus vti auctor laudatus ex cauſa promiſſæ euictionis declinet, vel ne forum Eccleſiaſticum, vide *Io: Petr. Fontan. dec. Catacalon.* 202. *Dian. reſol. mor. tract. in reſol.* 22. *de immun. Eccl. tom. 3.* & ſi conueniatur pro adminiſtratione tutelæ, an coram ſuo Iudice eſt conueniendus, videas *dec. Rouit.* 20.

19 Et ad id ſi Clerici ſubiaceant ſtatutis, ac conſuetudinibus laicorum, ac eis ligentur, vide pro huius veritate *tex. in cap. quod clerici, de foro comp. vbi DD. & in cap. Eccleſiæ S. Mariæ de conſt. vt in n.* 18. *circa fin. Aloyſ. de Leo in l. priuilegia, n.* 41. *C. de ſacroſ. Eccleſ. Marſil. in l. 1. §. fin. n. 32. ff. de quæſt. Oliuam ſuper rit. Archiep. in rit. 22. Dom. de Franch. in dec.* 380. *Capyc. dec. 60. Guid. Pap. dec.* 381. *noniſſimos Campanos in cap. Reg. item ſtatuimus, & in Clemen 1. de uit. & honeſt. cler.* videas *Cãpan. in ſuo ampliſſimo diuer. Iur. canon. in rubr. de priuil. cler. cap. 2. Napod. in proem. Conſuet. Neap. in verb. Antiſtes n. & Vrſil. in præcit. add. ad dec. Affl.* 310. *per tot. Bærboſ. in cap. dilecti, col. 3. de for. comp. Matthæ. in ſing.* 111. *Bal. in conſ.* 135. *col. fin. vol. 2. Alex. conſ.* 310. *col. 3. par. 2.* & ex recenſioribus *Maran. in diſp. cit. 8.* & finaliter *Lel. Caput. in com. ad. Conſuet. Neap. in proem. ad tit. de perſon. n. . in prælud. ſuper. proem. Regis Caroli, & Reg. Marchionem Tap. in Cod. Ius Reg. ſuper cap. Item ſtatuimus, ſub. tit. de cler. lib. 1. f. . & R. P. Molf. ſuper Conſuet. Neap. in tit. per. perſo. par. 2. q. 7.* vbi ait *num.* 45. quod ſi Clerici, ac Eccleſiaſtici contradicunt quoad prædicta, & tranſgrediunt talia ſtatuta, eos peccare mortaliter ſine dubio, vbi teſtatur de communi ſententia vt in *tract. de contract. tit. 3. de dom. iuriſd. Reg. comp. q. 5. ar. 3. n. 53. cum ſeqq.* & alios apud *Philipp. Paſcal.* in ſuo ampliſſimo *tract. de virib. patr. poteſt. cap. 6. par. 1. nu.* 40. & *Dom. de Franch. in dec.* 285. vna cum omnibus Addentibus, & demum *Dom. Aloyſ. Ric. in collect.* 2997. *p. 6.* & ſi Clericus, ac Eccleſiaſticis perſonis ſuccedatur ſeruata forma conſuetudinum Neapolis, vel potiùs ſecundùm Ius commune fœminis excluſis, vel incluſis ſuperſtitibus maſculis, videas nouiſſimas *obſeru. ad conſuet. Dom. Reg. Conſil. Andreæ Prouenzalis* olim Ad-

uoca-

Digitized by Google

uocati famigeriſſimi, ac maritimarum rerum iudicis vigilantiſſimi in *obſeruat.* 20. & ſi ipſi, vel Eccleſiaſticæ perſonæ ſoli, vel cum aliis ſuccedant ſecundùm Ius conſuetudinis, vel ſecundum ius commune ab inteſtato agnatis, & cognatis, eumdem *Prouenz. in obſ. ſeq.*

20 Et an eis uti poſſint, ſi generalia, & fauorabilia ſint, vide *tex. in d. cap. Eccleſia S. Mariæ, in cap. benè quidem, diſt. 96. Hoſt. & Abb. in cap. fin. de ſolut. Matthæ. & Barbat. vbi ſupra, Io. Andr. in cap. 1. de oper. noui. nunc.* & ſignanter *Dec. in conſ. 114. per tot. Gratian. in diſcept. foren. in cap. 164. n. 91. cap. 182. n. 30.* & ſi in generalibus di-

21 ſpoſitionibus, ac ſtatutis non continentibus odium irrationabile comprehenduntur Clerici, cæteræque perſonæ Eccleſiaſticæ etiamque Cardinales, vide *Gomeſ. in reg. Cancel. q. 4. in tit. de orig Cancel.* & an legentur ſtatutis, ac conſuetudinibut laicorum circa ordinatoria acta iudiciorum eumdem in *cap. 33. n. 3.* & apud *Dom. Donat. Anton. de Marin. reſol. quotid. c. 74. n. 11. lib. 5. Fon-*

22 *tan. dec. Senat. Cathalon. 218. cum ſeq. 219.* & ſi leges laicales prohibentes armorum aſportationem reſpectu clericorum ſint validæ, vel ne, *D. Arias de Meſa in ſuis var. reſolut. reſolut. 35. nu. 14. & 15. lib. 3.* quod propter bona temporalia an ſubiaceant laicis, videas *Dom. Iud. Capiblancum de Baron. in verb. clerici.* Quid in cauſa ſequeſtri, &

23 an coram iudice ſeculari poſſit conueniri ad ſoluendum ānuum cenſum alicuis incōpetentia opponere poſſit, videas eundem *de Marinis in lib. 2. reſolut. quotid. cap. 75.*

24 *n. 13.* & ſtatuta prohibentia extractionem extra dominium num ligent perſonas Eccleſiaſticas, & illis non obtemperantes an peccent mortaliter? & quid ſi pro eorum uſu tantum eumdem de *Marin. reſol. quotid. cap. 31. f. 1.*

Ad *verſ. ſed quæro, num. 18.* adde *R. P. Suar. in tract. de virtute, ac Religionis ſtatu, lib. 3. de Templorum, ac locorū ſacrorum,*

25 *cap. 9.* vbi quærit, quænam Eccleſiæ propriè gaudeant immunitate, & an ſi neceſſaria conſegratio, vt Eccleſia dici poſſit, ac immunitate gaudere? & quid in fabrica Eccleſiæ, ſeù in toto circuitu ipſius. Quid in Hoſpitali, quidue in cæmeterio, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Curia an dicatur, & quot modis capitur.*
2 *Fiſcum qui dicantur habere?*
3 *Emens à Fiſco an ſecurus?*
4 *Ius prothomiſeos an militet in re vendita ſubbaſta.*
5 *Fiſcus eſt in terris Papæ, Imperatoris, & Regum.*
6 *Curia Romana an habeat Fiſcum. Et quid in Epiſcopis, & Archepiſcopis, n. 7.*
8 *Barones an habeant Fiſcum, vel non.*
9 *Quæ, & quot Curiæ Romæ fuerint.*

1 AD vlt. notab. quæ ſit Curia, & unde dicta, videas in primis *Caput. in gloſ. impreſſa in cit. tract. Proſp. Rendel. in verb. curia, n. 1. idem Rendel. in ead. gloſ. curia, n. 1.* quot verò modis capitur Curia, *Benedel. hic in text. curia n. 19. ad §. vlt.* & an idem

2 ſignificet Curia ſicut Fiſcus hoc in loco, & qui dicantur habere Fiſcum, *Franc. Marc. dec. 38. p. 1.* & quotuplex ſit Fiſcus, eumdem *deciſ. ſeq.* & an æquiparentur, Fiſcus Reſpublicam, & Eccleſia videas omninò apud eumdem *Rendel. vbi ſupra nu. 2. 3. 16. 18.* & ipſius apud *Peregrin. tract. de iur. fiſc. lib. 1. tit. de his, qui habent iura fiſcalia, per tot.* emens verò à Fiſco an ſit ſecurus, ac ſi ſubhaſta ſiuè præter haſtam fiſcalem, iuxta *text.* vulg. in *l. benè à Zenone, & l. fin. C. de quadr. præſcr. & in §. fin. de uſucap. in Inſt.* videas ad materiam præter *Rendel.*

3 *hic n. 8. verſ. idque comprobabis. Peregrin. de iur. fiſc. in lib. 6. tit. 4. n. 15. & 19.* vbi inquit, *vt acquirens à Fiſco tutus ſit, ſiuè corporalis, ſiuè incorporalis res ſit, adeò vt ab alio inquietari nequeat ſuper ea re reali, aut perſonali actione, reſeruata tamen actione contra Fiſcū illi tertio intra quadriennii metas proponenda, & non vltra.* Hæc *Peregr.* præterquam ſi ad conſignationem debiti fiſcalis diſtraherentur bona ſui debitoris ad eius exonerationem, quod fieri permittitur, vt idē *Peregrin. vbi ſupra, d. n. 14. & 22.* nā in

4 his caſibus eſſe locum retractui, cùm nō ſubhaſta res vendita ſit, ut in dicto caſu, ut ſupra, locum non eſſe diximus, ut in §. 2. priuilegia Fiſci quæ, & quanta ſint, videas apud eundem *Peregr. & Petr. Duen. in reg. 114. & 173. & Affict. noſtrum in rubr. 12. de frat. de nou. benef. inueſt. num. 9.* ac ſignanter *Boſſ. in tit. de fiſc. & eius priu.* ſic etiam nota, quia fiſcus non eſt, niſi in

5 Terris Papæ, Imperatoris, ac Regum, vide de *Anna in ſing. 220. fiſcus*, ubi dicat *Affl. in conſtit. Reg. beneficium, n. 4.* vbi etiā teſtatur de prohibitione ſuo tempore facta Officialibus Terræ Griptaliarum, qui volebant conſtituere Procuratorem fiſcalem

6 in Terra Bari, uti Officiales Reginæ Poloniæ, & Curia Romana an habeat fiſcum? & ibi dicitur Curia, ubi ipſamet Sedes Apoſtolica reſidet, refert *Gom. ſuper reg. Cancel. Apoſt. in tit. de orig. Cancel. in ver.*

7 *poſtquam, fol. 59.* & ſi Baroues, eorumque Officiales in eorum Curiis habere poſſint fiſcales, & quid in Epiſcopis, & Archiepiſcopis, an ipſi ſimiliter fiſcalem habere

Digitized by Google

poſsit, videas quæſo *bon.mem.Illuſt.March. de Corleto D. Reg. Fuluium de Conſtantio virum Patritium in trib. lib. vlt. Cod. in rub.num.*10. *&* 11. *de iur.fiſc. lib.* 10. & undè traxit originem Camera Regia Fiſcalis,
8 tradit *Guid.Pap.dec.*453. quem refert *Illuſt.Ricc. in collect.*140. Barones ſi habeant fiſcum, vel ne *Petr. Fontan.* refert, quod non in ſua *dec.*123. *num.* 18. vbi inquit deindè, *Quod ſi ipſi fiſcum non habent, habent tamen apud eos quidquam aliud loco fiſci, ut ſua iura obtineant,* Hæc ille allegat *Dom. Capiblancum tract. de Baronib. & Reg. de Poloniæ, & Maſtril.*
9 quæ, & quot Curię Romæ fuerint, & de verbo Curiæ, apud *Andr. Tiraq. annot. in genial. dier. cap.*16. *lib.*1.

Et hæc ad laudem, & gloriam Dei, eiuſque ſemper Virginis Matris MARIÆ, ac Protectoris noſtri Ianuarii Sanctiſsimi, paratus ſemper corrigi quæcunque ſcripsi; ignorare enim vitium non eſt, ſed natura, ait *text. in l. Stichum, ff. de leg.* 3. *Bald. conſ.*42. *&* 44. *lib.*2.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
LOCUPLETISSIMUS
RERVM NOTABILIVM.
Quæ in hoc Volumine continentur.

A

Abſentia.



Abſens qui dicatur,& quis præſens. Afflict. in §.1.n. 29. fol. 116.

Abſentia quomodo præſumenda doloſa, & an profit. ibid.n.30.fol.116.

Abſens,vel impeditus tenetur mittere procuratorem,alias ei currit tẽpus iuris congrui, n.31. 33.34.fo.ibid.& fol.117.

Abſentare quando quis dicatur malitioſè. remiſſiuè in additio. ad §.2. ad 7. notab.n.2.fol. 141.

Abſentia ſi iuſta, vel iniuſta fuerit,an erit probanda. ibid. num. 4.

Abſentia niſi probetur, nunquam præſumitur,num. 5. fol. 142.

Abſens ex cauſa Reipublicæ an ſit reſtituendus:ibid. n. 6. & quid ſi ex cauſa voluntaria ab initio, ibid. vbi nouiſſima Sacri Conſilii deciſio.

Abſens minori æquiparatur, & ſemper præſens dicitur. ibid. num 7.

Abſẽtia iuſta,vel iniuſta præſumi ã debeat,n.8.f.142.

Abſentia quotuplex ſit, remiſſiuè.ibid.nu.9.

Abſentia doloſa,vel ſine dolo, & fraude an præſumatur,ibid.n.10.

Abſentes an teneantur mittere procuratorem. in addit.ad §.2.ad notab.10.n.3.& 10.fol.143.

Abſens,vel impeditus proteſtari debet,in addit.ad §. 2.ad 8.notab.fi.1.fol.142.

Accidentalis.

Accidentalia an ſint ſubſtantialia in venditione rei in addit.ad §.2.verſ.ſed ulterius queritur,nu. 16. fol. 124.

Actio.

Actio,quę pro alimentis datur relictis in teſtamento contra hæredes,an inſolidum.in addit.ad rubric. in verſ.ad n.4.f.14.num.4.

Actio iuris congrui eſt perſonalis in rem ſcripta in addit.ad §.1.ad ſextum notabil.n.9.f.85.

Actio iniuriarum datur patri pro filio, & marito pro vxore,magiſtro pro diſcipulo, ſocio pro ſocio,Eccleſiæ pro Clerico, & ſimilibus. in addit. ad §.2.in verſ.ſed iuxta iſtam legem. num: 3.fol. 144.

Actio iniuriarum extinguitur per annum,nec ad hęredes tranſit.addit.ad verſ.ſed quæro,§.3.n.1.fol. 160.

Actio iniuriati tollitur ſeptem modis.ibidem n. 2.

Actio iniuriarum criminaliter intentata,an poſſit exerceri pendente lite ciuili.ibid.n.3.

Actio iniuriarum quoad intereſſe an tranſeat ad hęredes poſt litem conteſtatam,n.4.fol. 162.

Actio iniuriarum competens quænam requirat.ibid. num. 5.

Actio duarum perſonarum,una ab emptore, altera a venditore quomodo proedat in iure,remiſſiuè. in addit.ad 7.notab,in §.4.n.9. fol. 199.

Actor.

Actor,vel reus quis dicatur in iudicio recuſationis in add.ad rubr. in verſ.ad n.22.n.6.f.37.

Digitized by Google

INDEX

Actus.

Actus currit, ibi ordo non seruant, in addit. ad 9. notab. §. 1. n. 17. fol. 96.

Actum sciens, non ut ipse, sed ut alius an sibi præiudicet, Affl. in §. 2. num. 14. fol. 111.

Actus denunciationis an teneat, si in eo non est expressum fieri nomine procuratoris in add. ad verſic. item quero, in §. 2. num. 14. fol. 130.

Actus frustatorii sunt euitandi, ibid. nu. 19.

Acta facta tempore tyrannidis, quæ in eo tempore valeãt, an deindè reuocantur. in add. ad vers. sed iuxta hoc quæro, in §. 2. num. 6. fol. 133.

Actus simulati, & fraudulenti in tertii præiudicium, an admittendi. in add. ad 2. notab. in §. 4. n. 2. fol. 186

Accessorium

Accessorium in venditionibus numquid sequi debeat principale. Afflict. ad §. sextum, num. 7. fol. 223.

Accusare.

Accusare an possint cæteri offensi, stante remissione iniuriati, in addit. ad 4. notab. §. 3. n. 5. f. 160.

Ad Iudicem spectat examinare, quod dicatur iustum pretium, in additio. ad 2. notabil. num. 2. fol. 137

Aditus, Adire.

Aditus, seù introitus ad domum, quæ habet vnum aditum, an detur data diuisione domus, & quid in venditione domorum habentium clausurã communem, in addit. ad vers. item præsumitur in §. 4. n. 95. fol. 194.

Aduocatus.

Aduocatus in eãdem causa iudicare non potest, sed benè in cõsimili in addit. ad ruber. in ver. ad n. 22. fol. 37. num. 8.

Aduocati promissionibus Magnatum credere non debent. Affl. ad §. 5. n. 9. fol. 212.

Aduocati potentiores prohibentur facere, vt contrahatur cum potentibus, in add. ad §. 5. nu. 8. fol. 214.

Aequiparare

Æquiparatio inter emptionis contractum, & locationem quando militat. in addit. ad 8. notab. §. 1. num. 43. fol. 94.

Aequalitas.

Æqualitas in iudicio erit seruanda. in addit. ad vlt. notab. §. 7. num. 1. f. 244.

Æstimum.

Æstimum patris prodest filio. Afflict. in rubr. n. 18. fol. 7.

Æstimatio facit alienationem, & debetur laudemium, in adit. ad vers. item quæro, §. 1. num 12. fol. 102.

Æstimatio rei qualiter veniat considerandæ, Affl. in §. 2. num. 18. fol. 113.

Æstimatio rei venditæ in iure congrui an facienda, ad tempus litis contestationis, an uerò tempore sententiæ, ibid. n. 21.

Æstimatores nuncupantur Tabularii in Ciuitate nostra in addit. ad 2. notab. §. 2. fol. 137. num. 4. in vers. circa æstimatores.

Æstimatio qualiter fit stante pacto de retrouendendo, ibid. n. 11. f. eod.

Æstimatio qualiter fit facienda in pretio in prædio dato in emphyteusim per Ecclesiam. In addition. ad vers. ad id, quod ait, n. 1. §. 2. f. 138.

Æstimatio communis an attendatur, vel res quantũ vendi potest, ibid. n. 3.

Æstimatio rei ad quem finem fiat. in add. ad 5. notab. §. 3. n. 3. f. 161.

Æstimatio an possit crescere, vel decrescere ea facta pro pretio iusto, & qualiter intelligatur, in addit. ad 10. notab. §. 4. n. 9. & 10. f. 205.

Affinitas.

Affinitas comprehenditur appellatione coniunctorum, in additio. ad 3. notab. §. 8. num. 2. fol. 247.

Agnatio.

Agnatus proximior vocatus ex propria persona, potest reuocare feudum alienatum absque consensu, quod secus in feudo hæreditario nouiter quæsito in add. ad. §. 2. in vers. sed iuxta istam legem, n. 5. f. 144.

Alienatio.

Alienari prohibitus potest testari inter suos *Affl. in rubr.* n. 13. f. 6.

Alienatio facta in coniunctas personas non dicitur alienatio. *addit. in rubr.* vers. ad n. 13. in nu. 1. fol. 24.

Alienatio facta in extraneum an valeat, si fiat in immediatè proximè succesſurum vltimo morienti ab intestato. *addit. ad rubr.* in vers. ad n. 13. nu. 5. fol. 25.

Alienatio prohibita in extraneum an valeat, si fiat pro adimplenda causa pia. *addit. ad rubr.* vers. ad n. 13. in n. 7. f. 25.

Causa pia semper est excipienda in prohibitione generali, ibi.

Alienatio prohibita, prohibetur omnis actus, per quem sequitur alienatio. *addit. ad rubr.* vers. ad n. 14. in n. 1. f. 26.

Alienare verbum quid importet. *in addit ad* §. 1. ad 5. notab. n. 1. f. 92.

Alienatio appellatione veniunt locationes, & hypothecæ n. 5. 83.

Alienotio necessaria non venit appellatione alienationis ibid. n. 6.

Alienatione facta; alter, qui nominare tenetur personam in emptione subhasta, antequam nominet, an teneat, & quid in persona nominata. ibi. n. 12. 13. & 14. Decisio affertur.

Aliud est vendere, aliud est promisseo de vendendo. ibi. n. 22. f. 94.

Alienatio dicitur ex locatione ad longum tempus, & dominium vtile transfertur. *in addit.* ad 8. notab. §. 1. n. 6. f. 90.

Alienatio rei stabilis facta absq; denunciatione personis, quibus erit facienda, an dominium in extraneum transferatur, & detur retractus rem petendi ab eodem possessore. *in addit.* ad 9. not. in §. 1. n. 1. f. 95.

Alienatio omnes est prohibita secundùm ius feudorum, nisi de consensu Principis. *in addit. ad vers. sed iuxta hoc quæro.* in §. 2. n. 21. f. 134.

Alienare verbum quid denotat. ibid. n. 38. f. 136.

Alienatio facta rei dotalis in fraudem cõgrui, an valeat. *in addit. ad 5. notab.* §. 3. n. 20. f. 163.

Alienationes factę pendente iudicio an valeant. *in addit. ad* §. 5. n. 23. f. 215.

Al-

Digitized by Google

INDEX

Allegare

Allegans consuetudinem illam probare tenetur. *in addit. ad 3. notab. 6. §. 6. n. 5. f. 230.*

Alimenta.

Alimentorum legatorum in transactione requiritur authoritas Prætoris, & inter coniunctos, nisi præterita sint. *in addit. ad rubr. n. 1. in ver. ad n. 4. f. 14.*

In eis transactio quare non admittatur, nec super eis potest pacisci. ibi. nu. 2.

An differant in hoc alimenta debita ex causa vltimæ voluntatis à debitis ex ui contractus inter viuos *in addition. ad rubricam ibidem n. 3.*

Alimenta Vltimarum voluntatum multa habēt priuilegia, sunt loco piarum causarum, ibidem num. 5.

Reducuntur ante omnia vt legatum pium ibid. n. 7.

Aliud.

Aliud pro alio inuito creditore an solui possit. *in addit. ad vers.* sed iuxta prædicta *in* §. 3. num. 30. fol. 171.

Annus.

Annus denunciationis iuris prothomiseos currit à die scientiæ. *in addit. ad 10. notab.* §. 6. num. 3. fol. 235.

Annus.

Annui redditus in re immobilia connumerantur in ver. ad n. 5. §. 1. n. 3. f. 63.

Annui redditus neq; inter mobilia, neque inter immobilia connumerantur, sed semper inter immobilia collocantur. ibidem num. 5. & 6. & qualiter num. 7. fol. ibid.

Appellare.

Appellatio an detur à iuramento calumniæ. *in addition. ad 5. notabil. in* §. 4. num. 5. *ad 5. notab.* f. 196.

Appellatione mobilium, seù immobilium bonorum an veniant iura, & actiones. in vers. ad nu. 5. §. 1. num. 12. fol. 63.

Apponere.

Appositio armorum in Ecclesia an meritum consequatur apud Deum. *in addit. ad vers. item quæro.* §. 1. num. 4. f. 98.

Apprehendere.

Apprehensio possessionis requiritur in re donata, quod benè procedit in hac Ciuitate, & districtu. *in addit. ad 6. notab.* §. 3. n. 7. & 8. fol. 165.

Arbiter.

Arbitri à sententia, an, & quando possit appellari. *in addition. ad rubr.* vers. ad num. 14. f. 27. n. 11.

Arbitri excusantur propter infirmitatem. ibidem num. 17.

Arbitri de communi consensu an possint recusare. ibid. n. ibid.

Arguere.

Argui an possit à prohibitis de maiori ad minus. *in addit. ad rubr.* vers. ad num. 14. in num. 5. fol. 26.

Argumentum

Argumentum à cōductione ad venditionem validè pro rebus fiscalibus. *addit. ad Affl.* in §. 1. nu. 29 ad vers. sed iuxta hoc quæro, fol. 60.

Arma.

Arma, & insigna alterius familiæ nemo assumere potest. Et quid in prælatando *in addit. ad.* vers. item quæro §. 1. num. 2. f. 98.

Arma reperta in Ecclesiis an quis possit remouere ob dematati onem Ecclesiæ, vel remanere debent. ibi. n. 3.

Arra

Arrarum datio nunquid venditionem faciat. *Affict. ad ruber. vers. à modo sancimus* n. 20. f. 45

Arra quænam sit, & differt à pignore. n. 3. & esse nomen synonimum. n. 4. *in addit. ad* §. 1. *vers. ad tertium queritur*, n. 2. f. 85. & 86.

Arræ quando dantur, ac censeantur datæ pro parte prætii, ità vt impedit distractum. ibidem. n. 6.

Arræ quando dantur pro parte pretii, an faciant cessare rem esse integram, quod secus si nō darentur pro parte pretii. ibi. n. ibid.

Arra an exigatur, & amittatur in quēcumque contractum ibi. n. 7.

Arra quando redditur duplicata, & quando emptor potest exposcere implementum contractus. n. 16. fol. 36.

Ars.

Artifex malum odorem faciens vicinis propter salsatariam an possit expelli. *in addit. ad rubr.* in ver. ad n. 3. in n. 10. f. 14.

Artes mecchanicæ quæ dicantur. *addit. ad rubr.* ver. ad nu. 15. in n. 14. f. 29.

Ars aromataria, vel procuratoria, & notariatus an sit vilis. ibi. n. 16.

Assensus.

Assensus Domini an requiratur in cessione rei emphyteuticæ. in *addit. ad rubr.* ad num. 10. fol. 21. num. 1.

Assensus Domini an, & quando requiratur in diuisione feudi, & vassallorum diuisio corrumpit dignitatem, & familiæ memoriam. *add. ad ruber.* ver. ad n. 13. in n. 10. f. 25.

Assensus est stricti iuris, & requiritur in alienatione feudi. *in addit. ad 9. notab.* in §. 1. num. 11. & 12. fol. 96.

Assensus non extenditur de re ad rem, de contractu ad contractum, de persona ad personam, de tempore ad tempus. ibi. n. 13.

Assensus est necessarius pro translatione dominii. ibi. n. 14.

Associatio.

Associatio cum bannitis præsumitur potiùs casualis, quàm dolosa, & deliberata. *in addit. ad rubr.* in ver. ad n. 16. in n. 17. f. 30.

Audire

Audiri non debet offerens iuratoriam cautionem. *in addit. ad 4. notab.* §. 4. n. 13. f. 188.

B

Bannitus.

Bannitus agere non potest, & petens congruum, denegatur ei audientia. *in addit. ad* §. 2. *ad 7. notab.* n. 13. f. 141.

An teneatur mittere procuratorem. *in addit. ad* §. 2. *ad notab.* 10. n. 7. f. 143.

Bastardus.

Bastardi iure sanguinis carent, nec dicuntur agnati, aut cognati, aut coniuncti, nec possunt arma domus ferre. *Affict. in* §. 1. *ad princip. leg.* nu. 32. fol. 43.

Bastardi an retineant nomen familiæ, & uti armis & insignis domus. *in addit. ad vers. iuxta hoc quæro* fol. 98. n. 6. ad §. 2.

Bastardi an possint acquirere aliquam dignitatem, & an ius accusandi, ibidem. n. 7. & 8. f. 98.

Digitized by Google

INDEX

Baſtardi, qui utuntur inſignijs domus, an competat eis ius congrui. *in addit. ad verſitem quæro* n. 1. f. 98.

Baſtardorum triplex differentia. ibi. n. 4.

Baſtardi nequeunt portare arma de domo. ibid. nu. 6. & 8. f. ibid.

Baſtardi filiorum appellatione quando non veniunt ibi. n. 7. f. ibid.

Baſtardi non dicuntur de domo patris, quia non ſunt de agnatione, neque de famiglia patris, & quando, ſed contrarium in Italia practicatur, ibi. n. 9. 20. & alibi. f. 98.

Baſtardi portant arma cum aliquo ſigno. ibid. n. 11. f. eod.

Baſtardi filii Doctorum an gaudeant nobilitate ipſorum, n. 14. f. 99.

Baſtardi an ueniant appellatione familiæ. ibid. n. 15. f. ibid.

Baſtardi poſſeſſores ſunt manutenendi in poſſeſſione ibi. n. 19.

Baſtardi an ſint de familia. *in addit. ad* 3. *not.* §. 3. nu. 13. f. 159.

Barones.

Barones tempore careſtiæ poſſunt prohibere, ne bona comeſtibilia extrahantur. *in addit ad rub.* n. 10. fol. 11.

Baro cogitur vendere vaſſallos, ſi illos malè agad. ibid. num. 17.

Barones, ſeù feudatarii exercentes mercaturam an amittant merces, n. 17. vbi quid ſi hoc fiat cauſa percipiendi maiora emolumenta, ac reditus. *addit. ad rubr. in verſ.* ad n. 15. in n. 11. f. 29.

Baro vt primus ciuis habet ius in territorio demaniali. *in addit. ad verſ. ſed iuxta predicta* in §. 3. nu. 21. fol. 171.

Baro an poſſit prohibere vaſſallos paſcere in territorio demaniali ipſius Baronis quoad uſum tantum ibid.

Baro an poſſit prohibere vaſſallis venationem, vel capturam piſcium. ibid. n. 23.

Baro poteſt emanare banna, vt nemo vendat, niſi eo requiſito, ſimiliter ne vendat comeſtibilia. ibi. nu. 25. Quod limitatur pro neceſſitate ſui victus n. 26. & ſic deciſum, & quando non attendatur ita deciſio, n. 27. ibid. n. 24. f. 171.

Baro dicitur principalis ciuis. ibid. n. ibid.

Baro an cogere poſſit ciues ad hoſpitandum exteros, & deciſio affertur. ibid. n. 29.

Barones an habeant fiſcum, vel non. *in addit. ad vlt. notab. in* §. 9. n. 8. f. 259.

Beneficium.

Beneficium de ſuo nemo cogitur facere, *addit. in rub. in ver.* ad n. 6. nu. 8. f. 16.

Bladum,

Bladum ſemel venale expoſitum poteſt cogi ad vendendum. *in addit. ad rubr.* n. 6. f. 11.

Bona.

Bona ſtaurita nunquid cenſenda vt bona Eccleſiaſtica, vel ſecularia, *Affict. in princ. leg.* §. 1. nu. 12. & 13. f. 42.

Bona mercantilia an poſſint ſequeſtrari, ſi appareant officialium. *in addit. ad rubr. verſ. ad* n. 15. in n. 19. f. 29.

Bona extaurita, ac ſimilia, an ſuppliciunt iuri cõgrui *in addit. ad* §. 1. *ad verſ. hunc.* n. 1. f. 78.

Bona extaurita, & ſimilia an ſubiaceant iuri congrui *in addit. ad* §. 1. *ad verſ. bunc, an ſi extaurita* ris n. 1. f. ibid.

Bona vaſſallorum poſſunt capi, & differri ſolutiones faciendæ per particulares, & Vniuerſitates tempore belli, *in addit. ad verſ. ſed iuxta hoc quæro*, §. 2. n. 5. f. 133.

Bona vaſſallorum alienari poſſunt etiam litigioſa tempore belli, ibid. n. 9.

C

Capere.

Capto ab hoſtibus non currit tempus reſtitu ſpectantes capitulante, *in addit. ad* 6. *notab.* §. 5 num. 6. f. 140.

Capitulum.

Cap. exercere volentes, ponderatur, *in addit. ad verſ. ſi fiſcus*, n. 13. f. 202.

Capitula Regni concernentia adminiſtrationem iuſtitiæ per Officiales exercendam referuntur, ac etiam *Conſtit. Reg. in addit. ad* 3. *notab* §. 5. nu. 3. fol. 215.

Carceratus.

Carceratus poteſt comparere per procuratorem, petendo prothomiſeos, *in addit. ad* 5. *not.* §. 2. n. 1. fol. 140.

Carceratio an ſit cauſa iuſta excuſationis de non comparendo. num 2. fol. 140.

Careſtia.

Careſtia an inter caſus fortuitos ſit *in addi. ad princ rub.* n. 7.

Caro.

Carnis appellatione an veniat adeps, ſeù lardum *in addit. ad rubr. ver.* ad n. 5. n. 4. f. 15.

Caſus.

